castitas etiam loci abolat infamiam. Ingens petulantium
concurfus ad fornicem: discite martyrum miracula sancte
uirginel: dediscite locorum uocabula: clauditur intus
columba strepentes accipitres: foris certant singuli qui p-
dam primus inuadat. At illa manibus ad celum leuatis
quasi ad domum uenisset orationis non ad libidinis diuer-
sorium. Xp̄e inquit domusti uirgini feros leones potes
domare etiam hominum feras mentes: chaldeis vorauit i-
gnis: iudeis se unda suspendit misericordia tua non natu-
ra sua susanna ad supplicium genu fixit: & de adulteris tri-
umphauit: aruit dextera que templi tui dona uiolabat:
nunc templum ipsum adtrectatur tuum: ne paciatis ince-
stum sacrilegi qui non passus est furtum: benedicatur et
nunc nomen tuum utq; ad adulterium ueni uirgo disce-
dam. Vix compleuerat precem: & ecce uir militis spe-
terribilis intravit: quemadmodum cum uirgo tremuit cui
populus tremens cessit. Sed non illa immemor lectionis &
daniel inquit supplicium susanne spectaturus aduenerat:
& quam populus dannauit: unus absoluit. Potest & i hoc
lupi habitu ouis latere habet et xps milites suos qui etiam
legiones habet: aut fortasse percussor intrauit: ne uereare
anima talis sol & martyres facere. O uirgo: fidel tua salua

refecit. Cui miles ne quiesco paueas soror frater hic ueni salua
re animam non perdere. Serua me ut ipsa serueris. Quali adul
ter ingressus siuis martyr egrediar: uestimenta mutemus: co
ueniunt mihi tua & mea tibi: sed utraq; christo tua uestis
me uerum militem faciat: me a te uirginem: bene tu uestieris
ego melius exuat: ut me persecutor agnoscat: summe habi
tum qui abscondat feminam: trade qui consecrat martyrem:
induere clamitem que occultat membra uirginis: serua: pu
dorem: summe pilicum qui tegat crines: abscondat ora solis:
erubescere qui lupanari intrauerint: sane cum egressa fueris ne
respicias retro. Memor uxoris loth que naturam suam: quia
impudicos licet castis oculis respexit ammisit: nec uereare
nequid pareat sacrificio. Ego pro te hostiam deo reddo tu p
me militem christo habens bonam militiam castitatis que stupe
dit militat sempiternis: Loricam iusticie que spiritali munimine
corpus includat: Scutum fidei quo uulnus repellat: galeam sa
lutis. Ibi enim est presidium nostre salutis: ubi christi. Quonia
mulieris caput uir uirginis christus. Et inter hec uerba clamides
exiit suspectus tam adhuc habitus & persecutoris & adulteri
uirgo ceruicem clamidem miles offert. Que pompilla que
gratia cum in lupanari de martyrio certarent: addantur per
sonae miles & uirgo: hoc est dissimiles inter se nature: sed re
miseratione consimiles: ut compleatur oraculum. Tunc lupi
& agni simul pascentur: Ecce agna & lupus non solum pasci
tur simul: sed etiam immolantur: quid plura: mutato habi
tu euolat puella de laqueo: iam non suis alis ut pote que spi
ritalibus ferebatur: & quod nulla unquam uiderunt secula: egredit
de lupanari uirgo: sed christi: ad illos qui uidebant oculis
et non uidebant oculis & non uidebant ceteri raptores ad
agnam lupi fremuere ad predam: unus qui erat immodestio
introduit. Sed ubi hausit oculis retextum: quid hoc inquit
est: puella ingressa est uir uidetur: ecce non fabulosum illud
certa pro uirgine: sed quod uerum est miles ex uirgine. At

etiam audieram & non credideram q̄ aquas x̄p̄s in uina conuertit: iam mutare cepit & sexus recedamus hinc dum adhuc qui sumus sumus: nunquid & ipse mutatus sum qui aliud cerno q̄ credo: ad lupanar ueni. Cerno uadimonium: & tū mutatus egrediar: pudicus exibo: qui adulter intraui. Indicio rei quia debebatur tanto uictori corona: damnatus est pro uirgine qui pro uirgine comprehensus est: ita de lupanari nō solum uirgo sed etiam martyres exierunt. Fertur puella ad locum supplicii cucurrisse certasse ambo de nece: cum ille diceret ego sum iussus occidi te absoluit sententia quando me tenuit: at illa clamaret non ego te uadē mortis elegi: sed pudorem pudoris optaui si pudor queritur manet nexus: si sanguis expositur fide iussorem non desidero: habeo unde dissoluat. In me lata est ista sententia que pro me lata est: certe si pecunie te fide iussorem dedissem & absente me iudex tuum censum feneratori adiudicasset: eadem me sententia conuictus meo patrimonio soluerem tuos nexos: si recusarem quis me indignam morte censeret? Quanto maior ē capitis huius usura: moriar innocens ne moriar nocens. Nihil hic medium est hodie: aut rea ero tui sanguinis: aut martyr mei si cito redi. Quis me audeat excludere: si mota feci quis audeat absolueret plus legibus debeo: rea non solum fuge mee sed etiam cedis alienis sufficiunt membra morti q̄ non sufficiebant iniurie est in uirgine uulnere locus qui nō erat contumelie. Ego obprobrium declinaui: non martirium tibi cessi uestem: non professionē mutavi q̄ si mihi precepis mortem non redemisti me sed circumuenisti. Caue queso ne contendas: caue contradicere: audiaris: noli eripere beneficium quod dedisti dum mihi hanc sententiam negas illam restituas superiorem sententiam enim sententia superior utatur si posterior me non tenet superior tenet: possumus uterq̄ satisfacere sententie: si me prius paciarius occidite non habent aliam quam exerceant penam: in uirgine

obnoxius pudor est. Itaque gloriofior eris: si uidearis de adul-
tera martyrem fecisse: quam de martyre adulteram reddidisse.
Quid expectatis? duo contenderunt & ambo uicerunt: nec
diuisa est corona sed addita. Itaque sancti martyres inuice
sibi beneficia conferentes: altera principium martyrio dedit
alter effectum. At etiam philosophorum gymnasia da-
monem & furtiam pithagoreos in celum ferunt: quorum u-
nus cum esset morti adiudicatus commendandorum suorum
tempus poposcit: tyrannus autem astutissimus quod repperi
non posse estimare petiuit: ut sponsorem dare qui pro
se feriretur ipse si faceret moram: quid de duobus precla-
rius nescio utrumque preclarum: alter uadem mortis inuenit
alter se optulit. Itaque cum reus moram supplicio faceret fi-
deius illor uultu sereno mortem non recusauit: cum duceretur
amicus reuertit: ceruicem substituit colla: subiecit tunc ammi-
ratus tyrannus cariorum philosophis amicitiam quam uita
fuisse petiuit: ut ipse ab his quos damnauerat in amicitiam
reciperetur tantam uirtutis esse gratiam: ut & tyrannum in-
clinaret. Digna laude sed minora nostris: nam illic ambo
uiri hic una uirgo que primo etiam secum uinceret: illi
amici isti incogniti: illi tyranno uni se optulerunt: isti ty-
rannus pluribus hoc etiam crudelioribus quam ille peperit: isti
occiderunt inter illos in uno obnoxia necessitas in his ambo-
rum uoluntas libera hoc quoque isti prudentiores: quam illis stu-
di sui finis amicitie gratia: istis corona martyrii: illi enim
certarunt hominibus isti deo. Et quoniam regis istius secun-
dum mentionem patres contexere: quid de diis suis senserit: quo-
magis infirmos iudicetis: quos irident. Sui namque is cum ue-
nisse ad templum iouis: amictum aureum quo operiebatur
simulacrum eius detrahi uultit: imponi lanceum dicebat: aure-
byeme frigidum: estate onerosum esse. Sic deum irrisit
suum: ut nec onus ferre posse: nec frigus putaret. Itaque esca-
la pio cum barbam uidisset auream tolli imperauit: in cognu-

esse appellans: ut filius barbam haberet. Item simulacris
tenentibus aureas patenas ademit: allegans accipere se de
bere quod dii darent. Quoniam haec sunt uota inquit
hominum: ut a diis quae bona sunt adipiscamur. Nihil
autem auro melius: quod si tamen si malum est habere reos
non debere si bonum habere magis homines debere qui
uti scirent. Ita ludibrio habitus sunt: ut ne qui iupiter ue
stem suam defendere potuerit: nec barbam esculapius: &
nec appollo pubescere adhuc ceperit: neque omnes qui dicitur
tut: dii retrahere potuerunt patenas quas tenebant: non
tam futuri reatum timentes quam sensum non habentes. Quae
igitur eos colat qui nec defendere se quasi dii: nec absco
dere quasi homines possunt. At in templo dei nostri cum
hieroboam rex sceleratissimus dona quae pater eius posue
rat auferret: ac super sanctum altare libaret ydolis dexte
ra eius quam extendit aruit: nec sua ei quae inuocabat ydola
profuerunt. Deinde conuersus ad deum rogauit ueniam:
statimque manus eius quae attererat sacrilegio sana est religio
ne tam maturum in uno & misericordiae diuinae & indigna
tionis exemplum extitit ut sacrificanti subito dextera ad
meretur penitenti uenia daretur. Haec ego uobis sancte
uirgines non dum triennalis sacerdos minuscula parauit u
su indoctus licet sed uestris edoctus moribus quantus. E
nim adulescere uisus potuit: ut tam parua initiatae religio
nis aetate. Si quos hic flores cernitis de uestra uita collectos
legite si non sunt haec precepta uirginibus: sed de uirgi
nibus exempla nostrae uirtutis effigiem nostra depinxit oratio
uestre grauitatis ymaginem quasi in speculo quodam ser
monis istius cernitis refugere uos: si qua est nostro gratiam
in balastis ingenio uestrum est: quicquid iste redolere li
ber: & quoniam quot homines tot sententiae siquid defe
catum est: in sermone nostro omnes legant: siquid deco
tum maturiores probent: siquid modestum pectoribus inbe

reat genas pingat: siquid fortulentum .etas florulenta nō im-
probā. Debuimus sponsa excitare ad amorem: scriptum est
enim. Diliges dominum deum tuum. Debuimus in nuptias
calamistris quibusdam erinis saltem orationis ornare. Scrip-
tum est enim. Plaudite manu & percutite pede. Debuimus per-
petuos spargere thalamos rosas etiam in his coniugis temporalibus:
nubenti prius plauditur q̄ imperat: ne ante dura offendant
imperia q̄ blanditus amor focus in oleat. E culcorum uis plai-
se sonitum discit amare ceruicis: ne recuset uigum deniq̄ prius
asueatur: uerbo lasciuie q̄ uerbere discipline. At ubi colla sub-
didit uigo & habena constringit & stimulus urget: compa-
res trahunt & uigalis inuitat. Sic etiam uirgo nostra debuit
prius amare: pio ludere aureatorum celesti fulcra mirari in ipso
uestibulo nuptiarum: & postel frondium seruis cernere corona-
tos: & eboris trepentis interior haurire delicias: ne se prius do-
minico uigo timefacta subdueret: q̄ uocata inclinaret. Veni
igitur huc a libano sponsa: ueni huc a libano transibis & pertran-
sibis. Sepius enim nobis iste uersiculus recantandus est: ut uel
dominice uocata uerbis sequatur: siqua non credit humane
hoc nos magisterium non inuenimus sed accipimus: sic istitur
mistici carminis doctrina celestis. Obsculetur me ab osculo
oris tui: quia bona opera tua super unum & odor unguentorum
tuorum super omnia aromata unguentum exinanitū ē nome-
tuum. Totus iste deliciarum locus ludum sonat plausum &
excitat amorem prouocat. Ideo inquit adolescentule dilexerunt
te: & attraxerunt te retro odorem unguentorum tuorum cur-
ramus: induxit me rex in tabernaculum suum. Ab oculis ce-
pit ut ad tabernaculum perueniret: atque illa tam pacies
duri laboris exerceatq̄ uirtutis: ut aperiat manu claustra
in agrum exeat in castellis maneat: in principio tū retro o-
dorem currit unguenti mox cum in tabernaculum uenerit
unguentum mutatur a castellis deniq̄ quo euadat. Vide
simul inquit est: edificemus super eum turre argenteeas.

Quae ludebat oculos iam turrel erigit ut preciosis sanctorum
turbata fastigis non solum hostilis frustretur incursus ve-
rum etiam bonorum propugnacula struat uita meritocum.

**EXPLICIT DE VIRGINIBVS LIBER II INCIPIT
TERTIVS.**

NONIAM QVAE. Habuimus digessimus supe-
rioribus libris duobus tempus est soror sancta ea quae
mecum conferre solet beate memoriae liberii pre-
cepta reuolueret ut quo uir sanctior eo sermo accedat gratior.
Nanque cum saluatoris natali ad apostolum Petrum uirginita-
tis professionem. Veltis quoque mutatione signares. Quo enim
melius die quam quo uirgo posteritatem adquisiuit adstantibus
etiam puellis dei compluribus quae certarent inuicem de tua
societate. Bonas inquit filia nuptias desiderasti uides quan-
tus ad natalem sponsi tui populus conuenerit & nemo in pa-
stus recedat. Hic est qui rogatus ad nuptias aquam in uinum
conuertit. In te quoque sincerum sacramentum conferret uirgi-
nitatis quae prius eras uulibus obnoxia naturae materialis ele-
mentis. Hic est qui quinq; panibus & duobus piscibus quatuor
milia populi in deserto paut plures potuit si plures iam tunc
quae pascerentur fuissent. Denique ad tuas nuptias plures uocauit
sed iam non panis ex ordeo sed corpus ministratur e caelo. Ho-
die quidem secundum hominem homo natus ex uirgine sed
ante omnia generatus ex patre qui matrem corpore uirtute
referat patrem unigenitus in terris unigenitus in caelo deus
ex deo partus ex uirgine uisitia de patre uirtus de potente
lumen ex lumine non impar generatus non potestate discre-
tus non uerbi exitatione aut prolatione confusus aut cum
patre mixtus. Sed ut a patre generationis iure distinctus sit
ipse est fraternus tuus sine quo nec caelestia nec marina nec
terrena consistunt uerbum bonum patris quod erat inquit

in principio. Habet eius eternitatem & erat inquit apud
patrem: habes in discretam a patre inseparabilemque uirtutez.
Et deus erat uerbum: habes eius diuinitate: de compen-
dio enim tibi fides est haurienda huc filia dilige quia
bonus. Nemo enim bonus: nisi unus deus. Si enim non
dubitatur quia deus filius deus autem bonus est: utique
non dubitatur quia deus bonus filius. Hunc inquit dilige
ipse est quem pater ante luciferum genuit: ut eternum
ex utero genuit: ut filium ex corde eructauit ut uer-
bum. Ipse est in quo complacuit. Pater ipse est pater
brachium: quia creator est omnium patris Sapiencia
quia ex dei ore processit. Patris uirtus quia diuinitatis
in eo corporaliter habuit plenitudo quem pater ita dili-
git: ut in sinu portet ad dexteram locet: ut sapientiam
dicat ut uirtutem noverit. Si igitur uirtus dei christus
nunquid aliquando sine uirtute deus: nunquid aliquando
sine filio pater? Si semper utique pater: utique semper & fi-
lius. Perfecti ergo patris: perfectus est filius. Nam qui uir-
tuti derogat: derogat ei cuius est uirtus. In equitate non
recipit perfectam diuinitas. Dilige igitur quem pater
diligit: honorifica quem pater honorificat. Qui enim non
honorificat filium: non honorificat patrem. Et qui negat
filium: nec patrem habet: hec quantum ad fide. Sed inter-
dum etiam cum fides tuta iuuentus suspecta est: modico
itaque uino utere ne infirmitate corporis augeas: non ut uo-
luptatem excites. Incendunt enim pariter duo uinum &
adolescencia: infrenent etiam teneram etatem ieiunia et
parsimonia cibi: recinaculis quibus indomitas cohibeat
cupiditatis ratio reuocet mitiget spes: restringat metus.
Nam qui moderari nescit cupiditatibus: sicut equi rapta-
tus indomitus uoluitur obteritur: laniatur affligitur:
quod aliquando iuueni ob amorem dianæ contigisse pro-
ditur. Sed poetical mendacis colatur fabula: ut neptun

nus prelate rualis dolore incitatus equis dicat furorem
unmississe quo eius magna potentia predicetur: q̄ iuuenē
non uirtute uicit: sed fraude decepit: Vnde etiam sacri-
ficiū quot annis instaurant dianę: ut equus ad eius i-
moleatur aras: quam uirginem dicunt quę id quod etiaz
meretrices erubescere solent: amare potuit nō amantem.
Sed habeant per me licet fabule suę auctoritatem: quali
non licet scelestum utrunq̄ minus tm̄ sit iuuenem amore
adultere sic flagrasse ut periret q̄ duos ut ipsi dicunt deos
de adulterio certasse. Iouem aut̄ dolore cortantes filię
i medicum uindicasse adulteri q̄ eius curasse uulnera qui
dianam insiliuit adulterarę. Venatricę sane optamam non
ferarum: sed libidinum sed ferarum etiam ut nuda ueniet.
Dent igitur nenuptunno dominatum furoris: ut adstruant
crimen incesti amoris. Dent dianę regnum insiliuis quas
incolebat: ut confirmet adulterium quod gerebat. Dent
esculapio q̄ mortuum reformauerit: dumodo profiteant:
q̄ fulminatus ipse non euaserit. Dent etiam ioui fulmina
quę non habuit: ut testificentur obprobria quę n̄ habuit
opprobria. Sed a fabulis ad proposita reuertamur: escul-
apio quoq̄ omnibus quę gignant membris calorem parce uten-
dum puto. Carnes enim etiam aquilas uolantes deponit:
in uobis quoq̄ ales interior illa de qua legimus. Renoua-
bitur sicut aquila iuuentus tua. Sublime tenens uirginę p̄-
pel uolatu superflue cānis nesciat appetentiam: conuione
deuitande celebritates fugiende salutationes ipsas uisita-
tiones in iunioribus esse parciores uolo: si forte deferendū
sit parentibus aut equalibus. Territur enim officus pu-
dor audacię micat risus obrepit: modestia soluitur. Dum
affectatur urbanitas: interroganti non respondere i fantasia
respondere fabula est. De esse igitur sermoni uirginem q̄
super esse malo. Nam si mulieres etiam de rebus diuinis in
ecclesia iubentur tacere: domi uiros suos interrogare de

uirginibus: quid cautum putamus in quibus pudor ornat
etatem: taciturnitas commendat pudorem. An uero medio
ere pudoris exemplum est: quod rebecca cum ueniret ad
nuptias & sponsum uidisset: uelamen accepit ne prius uide
retur q̄ uigeretur & utiq; pulchra uirgo non decori timuit
sed pudori. Quid rachel quemadmodum extorto osculo fle
uit & genuit: nec flere desisset nisi proximum cognouisset.
I ta & pudoris seruauit officium: & pietatis non omisit
affectum. Quod si uero dicitur uirginem: ne consideres ne
quando scandaliget te: Quid dicendum est sacrate uirgini:
que si amē animo peccat: si amatur & facta. Maxima est
uirtus tacendi preteritum in ecclesia nulla te diuinarum senten
tia fugiet lectionum si aurem amoueas uocem prenas: nul
lum ex ore uerbum quod reuocare uelis proferas si partior lo
quendi fiducia sit: copiosum quippe in multiloquio peccata
homicide dictum est peccasti quiesce ne peccas amplius.
sed uirgini dicendum est quiesce ne pecces. Conseruabat ei
maria ut legimus omnia in corde suo: que de filio dicebant.
E tu cum legitur aliquid quo christus aut uenturus annun
tiatur aut uenisse ostenditur. Noli fabulando obstrepere
sed mentem amoue: an quicquam est indignius q̄ oracu
la diuina circumstrepere ne audiantur ne credantur ne reuelē
tur: circumsonare sacramenta confusis uocibus ut impediatur
oratio pro salute depropta omnium gentiles idolis suis re
uerentiam tacendi deserunt. Unde illud exemplum prodit
alexandro sacrificante macedonum rege puerulum barbari
qui ei lumen accenderet excepisse ignem brachio atq; adul
to corpore mansisse immobilem: nec dolore prodidisse ge
mitu: nec tacito poenam indicasse fletu. Tanta in puero
barbaro fuit disciplina reuerentie: ut naturam uinceret.
A tq; ille non deos qui nulli erant: sed regem timebat. Quid
enim timeret eos: quos idem ignis si contigisset arsisset.
Quanto melius q̄ quidam in conuiuio patris adolescentis iube

tur: ne meretricios amores indicus insolentibus prodat:
& tu in mysterio non potes uocis uirginitas prima signe-
tur. claudat ora pudor. debilitatem excludat religio
instituat consuetudo naturam. Virgineum mihi prius
grauitas sua nuntia & pudore obuius gradu sobrio uultu
modesto & preuentia integritatis ante eam signa uirtuti
non satis probilis uirgo est que requiritur cum uidetur.
Freques sermo est cum plurima sanarum murmurata religio
se auribus plebis obstreperent sacerdotem dei precepisse ut
conticiscerent: ac reuerentiam sacre deferrent orationi.
Tunc subito circumfusos strepitus quieuisse. Silent igitur
paludes homines non silebunt & irrationabile animal
per reuerentiam recognoscit quod per naturam ignorat
hominum tantam esse immodestiam: ut plerique deferre
nesciant mentium religioni quod deferunt aurium uoluptati.
Hec tecum sancte memorie liberiusque apud alios maiora uicis
apud te minora exemplis: ita omnem disciplinam non solum
uirtutem adequauisti: sed etiam emulatione uicisti. Namque
ieiunium in preceptis habemus: sed singulorum dierum. Tu
autem multiplicatis noctibus ac diebus innumera tempora
sine cibo transigisse. Si quando rogaris ut cibum summas pau-
lis per deponas codicem respondes illico. Non in solo pane ui-
uit homo: sed in omni uerbo dei. Ipse epularum usus cibis
obuius: ut edendi fastidio ieiunium desideretur potus e fo-
te. Fletus in prece sonnus in codice. Hec iunioribus conuenire
annis donec mens eum matura canesceret. Ast ubi domiti tro-
pheum corporis uirgo substulerit moderandum labori: ut ma-
gistra supparis eructur etati. Cito fecundis onerata palmitibus
emerit: etatis utilis crepat: nisi aliquando reprimatur eadem
tam donec adolescat exuberet & inueterata plantetur ne sil-
uescat sarmentis: aut fetu nimio exanimata moriat. Bonus
agricola optimam uitam & fortu terre cohibet & defendit a
frigore: & ne meridiano sole uratur explorat agrum quoque

uicibus exerceat: uel si non patitur otiosum diuersa alter-
nat semina mutatis: ut foetibus arua requiescant. Tu quoque
uirgo ueterana pectoris tui colles diuersis saltē seminibus
fere nunc alimonis mediocribus: nunc ieiunus parcioribus
lectione opē prece: ut mutatio laboris induciae sint: quæ
non totus messem generat ager. Hinc de collibus iuneta
consurgunt: illuc purpurascens cernas oliuas: hi colentes
rosas sepe etiam relictis aratris ipse ualidus agricola digito
solum scalpit: ut florum deponat radices & asperis mani-
bus quibus luctantes inter iuneta flectit: iuuenicos molli-
ouium pressat ubera. Eo quippe melior ager quo nume-
rosior fructus. Ergo & tu boni agricolæ exemplum secuta:
non perennibus ieiunus tanquam depressis uomeribus hu-
mum tuam findas. Floreat in ortis tuis rosa pudoris lilium
mentis & irraguum sacri sanguinis uiolaria bibant fontes:
uulgo hoc ferunt quod uelis prolixè facere aliquando ne fe-
ceris. Debet esse aliquid quod quadragesimæ diebus addat:
sed ita ut nihil ostentationis causa fiat. Sed religionis oratio
quoque nos deo crebra commendat. Si enim propheta dices:
septies in die laudem dixi tibi. Quæ regni erat necessitatibus oc-
cupatus: quid nos facere oportet qui legimus. Vigilate et o-
rate: ne intretis in temptationem. Certe solemnes orationes:
cum gratiarum actione sunt deferendæ. Cum e somno surgi-
mus cum prodimus: cum cibum paramus sumere: cum sump-
serimus & ora incensi: cum denique cubitum pergitur: sed &
in ipso cubili uolo psalmos cum oratione dominica frequen-
ti contextas uice: uel cum euigilaueris: uel antequam corpus
sopor irriget: ut te in ipso quietis exordio rerum secularium
cura liberam diuina meditante somnus inueniat. Denique
etiam ille philosophiæ ipsius qui nomen inuenit quotidie
pruulque cubitum iret tibi cen uidebat molliora canere: ut an-
xia curis secularibus corda mulceret. Sed ille sicut is qui
laterem lauat: secularia secularibus frustra cupiebat abolere.

Magis enim se oblinebat luto : qui remedium a uoluptate
quererebat. Nos autem terrenorum uiciorum coluione dete-
sa ab omni inquinamento carnis mentium interna munde-
mus. Symbolum quoque specialiter debemus tanquam nostri
signaculum cordis ante lucanis horis quotidie recensere. Quod
etiam cum horremus aliquid animo recurrendum est. Quoniam
enim sine militie sacramento : miles inceptorio bellator in
prelio. Iam illud quis non ad nostram institutionem die-
tum intelligat : quod ait sanctus propheta. Lauabo per
singulas noctes lectum meum : lachrymis stratum meum
rigabo. Nam siue lectum iuxta litteram intelligas tantam
ubertatem ostendit profundi oportere lachrymarum : ut
lauetur lectus stratum rigetur fletibus obsecrantis. Fletus
enim presentium merces est futurorum. quoniam. Beati qui
fletis : ipsi enim ridebitis. Siue pro corpore accipiamus pro-
pheticum dictum : delicta corporis penitentie lachrymis ab-
luamus. Fecit enim sibi lectum salomon ex lignis libani : col-
lum eius erat argenteum : acclinatorium eius aureum : dor-
sum eius gemmatum stratum. Quis est iste lectus : nisi nostri
corporis species. Namque in gemmis aer specie fulgoris ostendi-
ditur : in auro ignis : in aqua in argento terra per ligna ex
quibus corpus humanum quatuor constat elementis : in quo
nostra recubat anima si non aspero montium non humi arido
ex per quietis existat. Sed sublimis a uitis ligno fultra req-
uescat. Unde etiam dauid dicit. Dominus opem ferat illi su-
per lectum doloris eius. Nam lectus doloris esse qui potest
cum dolore non possit qui non habet sensum : corpus autem
doloris sicut corpus est mortis. Infelix ego homo quis me
liberabit de corpore mortis huius. Et quoniam uersiculum
induximus in quo dominici corporis fecimus mentionem :
ne quem forte perturbet legentem quod dominus corpus susce-
pit doloris. Recordetur quia lazari mortem & doluit et
fleuit & in passione est uulneratus : atque ex uulnere aqua et sa-

quis exiit spiritumq; exalauit aqua ad lauacrum sanguis
ad potum spiritus ad resurrectionem. Vnus enim christus
est nobis spes fides charitas. Spes in resurrectione fides in
lauacro charitas sacramento. Tm̄ ut corpus suscepit dolōis
ita etiam stratum in infirmitate uersauit: quia conuertit in
commodum carnis humane. Nam passione infirmitas est so-
luta: mors resurrectione. Et tm̄ merere pro seculo: gaudē
debetis in domino tristes ad penitentiam alacres ad gratia.
licet & flere cum flentibus & gaudere cum gaudentibus.
oportere gentium doctor salutari preceptione prescripserit:
Verum qui penitus enodare cicatricem omnem desiderat que-
stionis ad eundem confugiat apostolum. Omne enim inquit
quodcumq; facietis in uerbo aut in facto: in nomine domi
nostri iesu xpi gratias agentes deo patri per ipsum. Omnia
ergo dicta nostra factaq; referamus ad xpm: qui uitam fecit
ex morte: lucem creauit ex tenebris. Namq; ut corpus ego-
tum nunc calidioribus fouetur: nunc frigidioribus temperat.
remediorūq; mutatio si iuxta preceptum fiat medici salu-
tariū est: si contra mandatum usurpetur languoris augmen-
tum est. Ita medico nostro quicquid perditur christo reme-
dium est: quicquid usurpatur incommodum. Debet igitur
bene conscie mentis esse letitia: non inconditis commessatio-
nibus non nuptialibus excitata syntonis: ibi enim intuta ue-
recundia in lecebra suspecta est. Vbi comes deliciarum est
extrema saltatio. Ab hac uirgines dei procul esse desidero.
Nemo enim ut dixit quidam secularium doctor saltat sobri-
tati insani. Quod si iuxta sapientiam secularem saltationis
aut remulancia auctor est aut demencia. Quid diuinarum
scripturarum cautum putamus exemplis: cum iohannes pre-
nuntius christi saltatricis optone iugulatus exemplo sit
plus nocuisse saltationis inlecebram q̄ sacrilegi furoris ame-
tiam: Et quoniam talis uiri non strictim pretereunda est
recordatio: interest ut quis & a quibus & quam ob causam

quomodo & quo tempore sit oculus aduertere debeamus. Ab adulteris uultus occiditur: & a reus in iudice capitalis sceleris pena conuertitur. Deinde premium saltatricis est mors prophete postremo q̄ omnes etiam barbari horrere consuerunt inter epulas atque conuiuia consumande crudelitatis profertur edictum: & a conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuium fatalis flagiti circumfertur obsequium. Quanta in uno facinore sunt crimina: extruitur regifico luxu ferale conuiuium: et explorato quando maior solito turba conuenit: regine filia intimis emendanda secretis in conspectu uirorum saltatura producit. Quid enim potuit de adultera discere: nisi damnum pudoris? An quicquam est tam prouum ad libidines: q̄ in conditis motibus ea que uel natura abscondit ut disciplina uelauit membrorum operta nudare ludere oculis rotare ceruicem comam spargere? Merito inde iniuriam diuinitatis proceditur. Quid enim ibi uerecundie potest esse ubi saltatur: strepitur concrepatur. Tunc rex inquit delectatus dixit puelle: ut peteret de rege quod habet uel dimidium regni si petisset concederet. Vide quemadmodum seculares ipsi de secularibus iudicent potestatibus: ut pro saltatione etiam regna donentur. Puella autem armonita a matre sua poposcit afferi sibi in disco caput iohannis: quo dicto rex contristatus est. Non penitentia regis: sed confessio iniquitatis est quam diuine habet consuetudo sententiae: ut qui gesserunt impia: ipsi propria confessione se damnent. Sed propter discumbentes inquit quid indignius q̄ ut homicidium fieri iuberet ne discumbentibus displiceret: & propter ius inquit iurandum. O religionem nouam: tolerabilius periurasset. Unde non in merito dominus in euangelio iubet non esse iurandum: ne sit causa periurii: ne sit necessitas delinquendi. Itaq̄ ne ius iurandum uiolaretur: percutitur innocens. Quid prius horrescam nescio: tollerabiliora periuria q̄ sacramenta sunt tyrannorum: quis non cum e conuiuio ad carcerem cursari uideret: putaret prophetam uis

sum esse dimicti? Quis inq̄ cum audisset natalem esse hō
dū solenne conuiuium puellę optionem eligendi q̄ uellē
datam missum ad iohannem absolutionem non arbitretur?
Quid crudelitati cum deliciis? quid cum funeribus uoluptati?
rapitur ad penam propheta conuiuiali p̄cepto: quo non
cupere & uel absolui perimitur gladio: caput eius adfertur
indulco: hoc crudelitati ferculum debebatur: quo in facia
ta epulis feritas uesceretur. Intuere rex aceruissime tuo
spectacula digna conuiuio: porrige dexteram ne quis se
uitę tue deit: ut interdignos tuos riuū defluant sancti
crucis. Et quoniam non ex saturari epulis famis: non re
stingui poculis potuit: in audite seuitę sitis: bibe sara
guinem seturientibus adhuc uenis exerti caput profuen
tem. Cerne oculos in ipsa morte sceleris tui testes: auer san
tes conspectum deliciarum clauduntur lumina non tam
mortalis necessitate q̄ horrore luxurie: os aureum illud exā
gue cuius sententiam ferre non poterat: conticescit & adhuc
timetur. Lingua tm̄ que solē etiam post mortem offi
cium seruare uiuentis palpitare licet motu damnabat ince
stum. Portatur hoc caput ad herodiaden: Letatur exul
tat quasi crimen euaserit: quia iudicem trucidauit. Quid
dicitis uos sanctę femine? uidetis quid docere quid &
dedocere filias debeat? saltē sed adultere filia que uero
pudica que casta est: filias suas religionē doceat non sal
tationem. Vos autem graues & prudentes uiri: discite de
restabilium hominum & epulas deuitare: talia sunt con
uiuia qualia iudicia perfidorum. Iam ad finem orationis
ut a pandenti bene suggeris soror sancta: quid sup̄ eorum
meritis estimandum sit qui se precipitauerunt ex alto uel in
fluuium demerserunt: ne persecutorum inciderēt manus
cum scriptura diuina uim sibi xp̄ianum prohibeat infere.
Et quidem de uirginibus in necessitate custodie constitu
tis: enodem habemus adsertionem cum martirii extet ex

plum. Sancta pelagia apud antiochiam quondam fuit an-
norum xv. soror uirginum: & ipsa uirgo hęc primo domi
classico persecutionis inclusa cum se a predonibus fidei uel
pudoris circumfideri uideret & absente matre & sororibus
uacua presidio sed deo plenior: quid agimus inquit: nisi
prospicias captiua uirginitas & uotum est & metas est
mori: quia mors non excipitur sed adsciscitur moriamur
si licet: uel si nolunt licere moriamur: deus remedio non
offenditur & facinus fidelis ableuat: certe si uim ipsam nos
cogitemus que uoluntaria magis est illa uis mori uelle:
nec posse nec difficultatem ueremur. Quis enim est qui
uult mori & non possit cum sint ad mortem: tam procli-
ues uite: iam enim sacrilegas aras precipitata subuertam
& accensos focos cruore restringam: non timeo ne dextera
deficiens non peragat ictum: nec pectus se dolore subdu-
cat: nullum peccati carni relinquam: non uerebor ne de-
sit gladius possumus mori nostris armis: possumus mori sic
carnificis beneficio matris in gremio. Fertur ornasse caput
nuptialem induisse uestem: ut non ad mortem ire diceret
sed ad sponsum: ast ubi detestabili persecutores ereptam
sibi uiderunt predam pudoris matrem & sorores ceperunt
querere: Verum ille spiritali uolatu iam campum castita-
tis tenebant: Cum subito hinc persecutoribus imminentibus
in torrente fluuio exclusa ea fuga incluse ad coronam:
Quid ueremur inquit: ecce aqua quis nos baptizari prohibet
& hoc baptisma est quo peccata donantur regna querunt:
& hoc baptisma est post quod nemo delinquit excipiat nos
aqua que regenerare consueuit: excipiat nos aqua que
uirgines facit: excipiat nos aqua que celum aperit i firmo
regit mortem abscondit: martyres reddit: te rerum condi-
tor precamur deus ne examinata spiritu corpora uel unda
dispergat: ne mors separet funera quarum uita non separa-
uit affectus: sit una constantia una mors una etiam sepultura:

Hæc effate & suspensio paululum incincte sinu quo pudorem
tegerent: nec gressum impedirent conseratis manibus tanquam
choros ducerent in medium progrediuntur alueum: ubi un-
da torrentior ubi profundum abruptius illo uestigium diri-
gentes nulla pedem retulit nulla suspendit in celsum nulla
temptauit ubi gressum stigeret anxie cum terra occurrentem
offense uado letre profundo uidere spiam matrem stringen-
tem nodo manus gaudere de pignore timere de casu ne si-
bi filias uel fluctus auferret: has tibi inquit hostias christe
in molo presules castitatis duces itineris comites passionis.
Sed quis uire miretur tantam uiuentibus fuisse constantiam: cui
etiam defuncte immobilem stationem corporum uendicauit
tint: non cadauer unda nudauit non rapidi cursus fluminis
uolutarunt. Quam etiam sancta mater licet sensu carens pietatis
tamen adhuc seruat amplexum: & religiosum quem strinxerat
nodum nec in morte laxabat & que religioni debitum sol-
uerat pietate herede mereretur. Nam qualis ad martyrium uice-
rat: usque ad thumulum uindicabat. Sed quid alienigenis
apud te soror uxor exemplis: que hereditarie castitatis inspira-
ta successio parental infusione martyris erudiunt? Unde enim
didicisti: que non habuisti: Unde disceres constituta in agro
nulla socia uirgine: nullo informata doctore. Non ergo disci-
pulam: quæ sine magisterio fieri non potest: sed heredem uirtutis
egisti. Qui enim fieri possit ut sancta sororis tibi non esset me-
tris auctor cui auctor est generis: que persecutionis etate ser-
uilibus quoque contumelias ad fastigium passionis euecta etiam
uultum ipsum qui inter cruciatum totius corporis liber esse con-
suevit in uirgine & spectare potius tormenta quam perpeti carnifici
dedit tam fortis & paciens ut cum teneras pœne offerret ge-
nas prius carnis ex cedendo deficeret quam martyr in uirgine cederet
non uultum inflexit non ora conuertit non gemitu uic-
ta lachrymam dedit. Denique cum cetera penarum genera uicis-
set gladium quem querebat inuenit.

DE VIRGINIBVS LIBER III. EXPLICIT INCIPIT

QUARTVS

MOBILE APVD ueteres salomonis illud fertur
fuisse iudicium. Cum duabus litigantibus mu-
lieribus interpellatus esset: quarum altera con-
uersa per sonum cum infantem oppressisset suum postulabat
alienum: altera ueri amoris conscia & culpe nescia filium
iure proprium uendicabat. Vterq; igitur perseveranter nite-
re cognitoris hesit: intentio non enim poterat salomon ar-
bitrari esse interioris arcari cōpetentis utriusq; mens esset
occultior ibi: tum conuentus ambiguo macheta promi uul-
sit mandatoq; ministris quo simularent triste ministerium
diuidi iussit infantem ut singule mulieres singulas partes
adipiscerentur. Quo audito illa que petebat alienum non
solum adqueuit: sed etiam diuisione paruuli depoposcit
nullo affectu conuenta materno. Illa que suum sciebat in-
fantem non uinci metuens: sed orbari nec iam solatio proprio
sed pignori suo consulens orare hoc cepit: ut in columis magis
puer traderetur aliene q̄ sectus in partes matris proprie redde-
retur. Vnde salomon qui non maiestate diuina: sed ut argu-
mentis ut homo interiorem interrogabat affectum: illi potius
iudicauit paruulum esse reddendum q̄ ueram matrem dolor
proprius prodiidisset. Illam uero quam morituri paruuli mi-
sericordia non mouebat exortem pronuntiauit esse nature:
q̄ exortem uidit esse pietatis. Veritas ergo non latuit: sed tñ
per simulationem alterius fluctuauit. Duiq; etiam bona mat-
euentu hesit ambiguo: dum iudicii periclitatur incerto.
Hec licet in figura superioribus sint facta temporibus scripta
sunt tñ ad correctionem nostram: ut intelligamus prodi-
omnia posse que facta sunt: & omnia composita reuelari.
D u e igitur iste quoniam propositum est nobis hoc loco non
tractare de mulieribus: d u e inquam iste fidelis est atq; temp

tatio. Temptatio inq̄ communis ab initio auctor erroris que
postq̄ posteritatem suam carnalis uicio conuersationis &
sonno mentis ammisit posteritatis fructus auferre cona-
tur alien.e. Itaq̄ dum temptatio litigat fidel fluctuat
donec macera christi latentes distinguat affectus. Que
est hec machera christi: illa de qua scriptum est. Gladi-
um ueni mittere in terra. Est enim gladius de quo
scriptum est. Et tuam ipsius animam pertransibit gladi-
us. Q̄ autem sit hic gladius que machera cognosce. Verbum
est inquit acutum & ualidum & omni gladio acutissimo
penetrans usq̄ ad diuisionem anime & spiritus artuum &
& medullarum. Bonus gladius dei uerbum: bonus gla-
dius ut pote scrutator cordis et renis: qui mendacium a ue-
ritate discernat atq̄ eos quorum animam pertransierit nō
interficiat sed reseruet. Hec igitur de regnorum dicta sūt
libro adsumpta de causa de hystoria recentē ad e conscientia
usurpata & fide prompta: nunc decurſe ex libro iudi-
cum inspiciamus seriem lectionis non enim ociosis paricidi-
um fuit auribus audiendum itaq̄ reperamus hystoriam
iephē iudex iudeorum fuit euentu belli conflictatus am-
biguo preliorumq̄ ueritas incerta uotum uouit huiusmodi
si aduersarios depulisset ut quequid & primum intra dom-
sue occurrisset hostia: immolare deo presuli suorum tri-
phorum. Itaq̄ bello potius fatisq̄ hostibus domum redit:
cui in ipso uestibulo filia memor pietatis ignara oblationis
occurrit. Sed recordatus illico pater & proprie sponsionis
ammonitus ingemuit soluendi munere sponsionem. Heu
me inquit filia perdidisti me: Ego enim aperui os meum
dece ad deum. Tum illa. O pater si in me aperuisti os tuum
ad dominum: fac mihi ita ut exiit de ore tuo. Duorum
tam tantum mensuum in diuitias postulauit: donec in mō-
tem ascenderet & super uirginitate suam fletet. Deinde
duobus post exactis mensibus: remeauit ad patrem uotum

ille compleuit. His enim uerbis utendum est: quando scriptura diuina effectum rei non producit: sed refugit p̄aricidii mentionem. Quid igitur hec probamus minime gentium: si t̄n & si p̄aricidii non probo aduerto preuaricantem metu: & formidine sponsionis. Deniq; ad abraham dictum est. Nunc scio quia amas dominum deum tuum: quia non pepercisti unico filio tuo. habes igitur iudicium quo docetur preuaricandū temere non esse promissum uerum Deo p̄aricidium nō probari in eadem adseritur lectione: cum pro filio ouis subicitur: ut ipsa potius q̄ filius feriretur. Habuit igitur yēbe quod sequeretur exemplum: quia dominus sanguine non delectatur humano. In uno enim oraculo ad abraham prompto: docuit filiorum salutem religionis obsequio post habendam a parentibus offerri deo debere filios non debere iugulari. Certe cum hic filia sollicita fuerit de patris uoto: cur pater nō dubitaret de filie p̄aricidio: & cum illa paternum cauere mendacium: iste filie non cauere interitum. Dicet aliquis quia ratione illic deus non permisit p̄aricidium fieri: hic sit passus impleri: nunquid acceptor personarum deus: non sed meritorum atq; uirtutum: certe dum consilium esset ambiguum signare debuit oraculum: quid ad presens factum & in reliquum conueniret exemplum. Vbi uero iam precessisset exemplum necessarium non iudicauit oraculum cum facti formauerit: quid fieri oporteret ostenderit aut fortasse quia non una forma factorum pater doluit fleuit filia uterq; de dei miseratione dubitauit. Non doluit abraham nec consuluit parental affectum ubi audiuit diuinitatis oraculum: nō distulit sacrificium: sed maturauit obsequium: non dubitauit isaac cum imparibus sequeretur patrem passibus: non fleuit cum ligaretur: non dilationem poposcit cum offerret. Et ideo misericordia largior ubi fides promptior. Et bene nō fleuit factum patris: quia risus est matris. Pro qua deuotionis exultatione ouis pro illiusa est immolari: quia se-

ipse non distulerat immolandum: nec de dei miseratione am-
biguus nec de sui deuotione sollicitus. Nemo igitur inuentus
est: qui tam cruentum patris reuocaret affectum: quia om-
nis promissio muneris conueniebat officium. Sacrificium itaque
sanguinis immolatur & nemo est qui resistat: sacrificium ca-
stitatis offertur: & qui prohibeat inuenitur pater parricidii:
promisit & soluitur: preter integritate filie uouit & tam-
pie oblationis inuidetur affectus. Illic filia dolens sanguinem
suum obtulit pro patria sponione: hic tam piuum promissum
nec hereditario munere: nec propria soluitur uoluntate: 9
Quo in negotio etiam nos uocamur in culpam: qua tandem in
nuptias prohibuimus illicitas. Vocent ergo in eandem culpam
etiam baptistam iohannem: & cum aliud nihil forte habeamus
quod probetur in nobis: hoc solum condemnetur in nobis quod
probatum est in propheta. An erubescendum protulimus auc-
torem: quam uero causam aliam habuit ille martirii: repeti-
te animo causam illius passionis: certe hoc fuit. Non licet inquit
tibi eam uxorem habere. Si hoc de uxore hominis quanto ma-
gis de uirgine consecrata: si hoc dictum regi est: quanto ma-
gis dicendum priuatis. Gratias itaque diuinitati quod hic nul-
lus herodes atque utinam nulla herodias: non licuit quod pro uir-
ginitate sermonem dicere: et cur scriptum est: Iudicate pu-
pillo: & iustificate uiduam: Et cur scriptum est: Patris orfa-
norum: & iudicis uiduarum: Ergo castimonie & integra-
ti decitas deserimus: aut etiam condemnauimus: at certe ipsi
gentilibus inter aras & focos uenerabilis solus esse uirginitas.
E in quibus nulla meritorum est pietas: nulla mentis integritas
in his tantum carnis uirginitas predicat. A profanis igitur ce-
rimoniis uirgines nemo prohibebit: ab ecclesia dei uirginitas
accipitur: illic coguntur quod non docentur: hic interdicitur
quod non licet non doceri: illic premissus reuocant a nuptiis
hic ad nuptias cohortantur in iuris: illic uiolentia fit ut
capiantur: hic fit uiolentia ne profiteantur: & potest esse

patientia sacerdotum : ut non uel morte oblata si ita necesse
est integritatis sacrificium uindictetur. Considerate quia
uirgines pre ap[osto]lis resurrectione domini uidere meruerunt.
Certe hoc docuit hodierna que decursa est lectio. Nam cum
in nouo monumento sicut iohannes dixit : corpus positum
esset domini iesu : in suo autem monumento sicut est sedm
librum euangelii mathei posuisset ioseph domini corpus
obseruabant uirgines. Bene & matheus monumentum dixit
nouum : ne ex monumento ueteri resurrexisse alius credere
tur. Bene etiam secundum spiritum iusti in monumentum
positum est : quia christus a mortuis in nouo iusti resurgit
affectu. Bene etiam secundum litteram alienum monumentum
fuit : quia suum monumentum dominus non queriuit. Ha
beant thumulum qui sub lege sunt mortis : uictor mortis sui
thumulum non habebat. Non enim ille sepulchrum mortis
desiderabat : qui de morte trophea referebat. Vidit ergo ma
ria resurrectionem domini : & prima uidit & credidit. uidi
& maria magdalena quamuis ad huc ista nutaret. hoc loco
non mediocrem aduertite questionem : ne dubitare de resur
rectione uirgines debeatis. uidete quod meritum non sola car
nis uirginitas facit : sed etiam mentis integritas. Deniq[ue] maria
magdalena dominum prohibetur tangere : quia nutabat de
resurrectionis fide. Illa igitur tangit christum que fide tan
git. magdalena autem stabat ad monumentum foris plorat.
que foris est plorat. Nam que intus est plorare non nouit.
plorat autem quia corpus non uidit christi & perisse puta
uit quia ipsa non cernit. Ergo maria foris : sed non petrus non
iohannes foris : deniq[ue] illi currentes intrauerunt. & ideo non
plorauerunt & gratulantes recesserunt illa que non introuit
fleuit non credidit fraude sublatum putauit : nec cum angelos
cerneret credendum arbitratur. Et ideo dicunt ei angeli mu
lier : quid ploras : quem queris : hoc angeli dicunt & dominus
postea isdem uerbis repetuit ut sciatis quia angelorum uerba

mandata sunt domini. Denique eadem ut dixi etiam domi-
nus: uerba repetiuit dicens. *M. uirgo quid ploras: que queris?*
Que non credit mulier est: nam qui credit in uirum perfectum
resurgit in mensuram etatis plenitudinis christi. *M. uirgo in-*
quit non de sexu: sed de cunctatione conuicium est. Et bene
mulier que nutabat: quia iam uirgo crediderat. *Quid plo-*
ras: hoc est tu tibi es causa plorandi: tu tibi es auctor flecti.
que es christi incredula: ploras quia non uideas christum.
crede & uidebis: adest christus: nec unquam huius a quibus que-
ritur deest. *Quid ploras: hoc non lacrymarum opus est sed fi-*
de prompta & deo digna: noli cogitare mortalia & non plo-
rabilis: noli cogitare peritura: & flecti causam habere non
poteris: cur inde ploras: unde alii gratulantur: Quem que-
ris: hoc est non uides quia adest christus: non uides quia chri-
stus est dei uirtus: quia christus est dei sapientia: quia christus est
dei sanctitas: quia christus integritas: quia christus est natus ex
uirgine: quia christus ex patre & apud patrem & in patre sepe
natus: non factus: nec degener: sed semper uerus deus ex
deo uero. Tulcrunt inquit dominum de monumento: et
nescio tibi posuerunt eum. *Erras mulier que putas ab alio*
christum de monumento esse sublatum: & non potestate propria
resuscitatum. Sed nemo tulit dei uirtute: nemo tulit dei
sapientiam: nemo tulit uenerabilem castitatem: non tolli-
tur christus de monumento iusti: nec de sue uirginis
secreto & pie mentis archano. & si qui uolunt tollere au-
*ferre non possunt: tunc ait illis dominus. *M. maria respice ad**
me. Quando non credit mulier est: quando conuerti incipit
maria uocatur: hoc est nomen eius accepit: que parturit christum.
Est enim anima que spiritualiter parit christum. Respice inquit
ad me: Qui christum respicit emendatur: errat autem que
christum non uidet. & ideo illa conuersa respexit: & dixit.
R. abi: quod interpretatur magister: que respicit conuer-
titur: que conuertitur plenius intuetur: que uidet & proficit.

E ideo magistrum appellat: quem mortuum esse credebat.
at loquitur quem putabat amissum. Noli inquit me tan-
gere. Hoc est & si correctionis temptamenta sunt non tan-
git tñ christum nutantus affectus. Noli inquit me tan-
gere. Hoc est noli tangere Dei uirtutem: Dei sapientiam
reuerendam / integritatem honorabile castitatem. Sed
uade ad fratres meos. Quid est aliud dicere: nisi noli iā
foris flere uade ad electos & obseruantissimos sacerdotes
& dic illis. Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum
deum meum & deum uestrum. Quid est aliud dicere: nisi
mulier. Hinc moueas questionem certe a perfectioribus
querere dicent tibi: que distinctio sit inter patrem meum
& patrem uestrum. Nam qui iuxta diuinam generatione
pater mihi est: si iuxta adoptionem pater uester est. Pa-
trem meum dicendo a creaturis se dei filius separauit pater
uestrum dicendo adoptionis spiritualis gratiam designauit.
I ta & Dominum meum dicendo mysterium sue i carnatio-
nis ostendit: ut quem patrem naturalem habet: Deum ap-
pellat propter suscepti corporis sacramentum. deum quoque
uestrum cum dicit profectum in nobis sue operationis on-
dit. Et uere deus uester factus est nobis ex quo passus
est christus: quando ut alia omittam pro integritate
seruanda morti uirgines sunt paratę. Nihil de causa. nihil
de persona loquor. Vbi enim domini gratia ibi debet esse
pax domini: nec quenquam publicis arguo sed me ipsum
defensatum uenio. Accusati enim sumus: & nisi fallor ac-
cusatores nostri plerique de uobis sunt: horum ego affectus
redarguere malo q̄ personal prodece: criminis autem inui-
dia hęc est: quia suadeo castitatem qui hoc non libenter ac-
cipit ipse se prodece: uirginitatem inquit docet & periuades
plurimis. utinam conuinceret. Utinam tanti criminis proba-
retur effectus: non uereret inuidiam si efficaciam recogno-
scerem. atq; utinam me exemplis potius argueretis: q̄ ser-

monibus cederetis. Sed uereor ne preuaricatores mihi ad po-
suisse uidear: qui me alienis commendent laudibus. Initiatas
inquit sacris mysteris: & consecratis integritati puellas nu-
bere prohibet. Utinam possem reuocare nupturas: utinam pos-
sem flammam nuptialem pro integritatis mutare uelamine.
An indignum uideretur: ut sacrate uirgines a sacro sanctis alta-
ribus non abducantur ad nuptias: & quibus licet sponsum e-
ligere non licet Deum proferre. In me g^o facti conditio
mutatur: ut pro opprobrio mihi cedat quod semper spee-
tauit ad gratiam sacerdotum. Iacere semina integritatis: &
uirginitatis studia prouocare. Quero enim utrum quasi im-
probum hoc an quasi nouum: an quasi inutile reprehendatur.
Si quasi improbum: improba ergo uota sunt omnium: impro-
ba uita est angelorum quam gratia resurrectionis imitatur.
Qui enim non nubunt neq; nubentur: erunt sicut angeli in celo.
Qui utiq; hoc reprehendit resurrectionis uota condemnat: itaq;
improbum uideri non potest quod hominibus pro pre-
mio constitutum est: nec potest eius rei species displicere cuius
ueritas & infructu est & in uoto. Sed esto non sit improbum:
nunquid nouum est? Nos enim noua omnia que christus
non docuit iure damnamus: quia fidelibus uia christus est.
Si igitur xp^{us} non docuit quod docemus etiam nos id dete-
stabilem iudicamus. Discutiamus ergo utrum xp^{us} integra-
tem docuerit: an repudiandam putauerit: & sunt inquit
spadones qui se ipsos caltrauerunt propter regnum celorum.
Est g^o preclara militia: que regno celorum militat. Itaq;
iam tunc Dominus docuit esse debere in temerata studia ca-
stitatis. Unde & apostolicam ceteris preeminere cernentes. Si ita
est auit causa iuri cum uxore expedit nubere: quo dicto
& grauiora iudicarunt onera uinculi conjugalis & uere i-
tegritatis gratiam pretulerunt sed dominus scire & predica-
dam omnibus integritatem imitandam paucis. Non omnes
inquit capiunt uerbum istud: sed quibus datum est. Hoc

est non est communis plurimis: & uulgaris integritas: nec pro
infirmitate permittitur: sed pro uirtute conciditur: deniq;
cum dixisset. Et sunt spadones qui se ipsos castrauerunt:
propter regnum celorum. Ut ostenderet hoc non medio-
cruis esse uirtutis. Qui potest inquit capere capiat. Et ideo
post hoc uerbum offeruntur pueri ad benedicendum: qui
corruptibile expectes integritatis munus immaculate etate
seruarent. Taliu[m] est enim regnum celorum. Qui i pueri-
lem castimoniam tanquam in naturam infantium corrup-
tibile ignorantia remeauerint. Est g[er]o etiam celesti uoce
probata uirginitas dominicisq; expectenda preceptis. Quo
loco magisterium diuine uocis imitemur: nam cum in su-
petioribus coniugium memorauerit non esse soluendum:
nisi ex causa formationis in posterioribus integritatis gra-
tiam. donu[m]q; contexuit ut doceret non damnanda esse
esse nuptias sed probandas nuptias: tamen ipsi integritatis
studia preferenda. Quis enim tam auersus a uero q[uam] nup-
tias damnat: sed quis tam alienus a ratione qui coniugu-
onera non sentiat? Et enim mulier innupta & uirgo cogi-
tat que sunt domini: ut sit sancta corpore et spiritu.
Nanque nupta est cogitat que sunt mundi: quomodo pla-
ceat uiro. Et preter has molestias quamuis nubendo non
peccat: contritionem tamen habebit carnis huiusmodi.
Grauis enim partus labores graues creandorum: & erudien-
dorum liberorum molestia. Quibus ante prescripsit neq[ue]
huiusmodi auerteretur iniuriis. Multe enim i partus
doloribus constitute coniugio renuntiare se dicunt: mul-
ti etiam matrimonii onera conferentes alieno ab uxore au-
tuntur affectu: & ideo apostolus ante premisit. Vinculus
es uxori: noli querere solutionem. & b[e]n[e]d[i]ct[us] ait. Vinculus es.
Quodam enim uir & uxor nexu inter se amatorio cupulantur:
& quibusdam inuicem sibi habentis amoris adstricti sunt.
Bona igitur uincula nuptiarum: sed t[ame]n uincula: & si uincula

tamen uincula charitatis. Bonum est coniugium sed tamē
a iugo tractum & iugo mundi: ut uir potius cupiat pla-
cere q̄ Deo. Bona etiam uulnera charitatis: & oscula prefe-
renda. Valia enim uulnera amici q̄ uoluntaria oscula inimici.
deniq; petrus uulneratus iudas osculatur illum. oscula cō-
demnant. Hunc uulnera emendant illius osculi productionis
uulnera fundantur istius lachrimis culpa lauatur. Itaq; ut
ostenderet sermo propheticus: bona uulnera charitatis eccle-
sia dicit in canticis canticorum. Quia uulnerata charitatis
ego sum. Nemo ergo uel qui coniugium eligit reprehenda-
dat integritatem: uel qui integritatem sequitur condemnet
coniugium. Namq; huius sententię aduersarios interpretes
damnauit iam dudum ecclesia: eos s. qui audeant soluere
copulam conjugalem. Audite enim quid dicat sacro sancta
ecclesia. Veni frater meus exeamus in agrum: requiescamus
in castellis diluculo surgamus in uineas: uideamus si floruerunt.
Nihil utrosq; ager fructus habet: sed ille melior est qui
et fructibus redundat & floribus. Ergo est ecclesię ager
diuersis fecundus copus: hic cernat germina uirginitatis
flore uernantia illic tanquam in campis siluę uindictate
grauitate pollentem: alibi tanquam uberi fruge coniugii
ecclesię segetem replentem mundi horrea: ac ueluti ma-
tunitate uineę fetibus torcularia iesu domini redundantia
in quibus fidelis coniugii fructus exuberat. Nec improbum
igitur nec nouam integritatis est studium. Videamus ne
forte inutile iudicetur. Non nullos enim dixisse audiui q̄
put mundus: defectu genis hominum conjugia labefac-
tata sunt qua erō: qui tandem quesitū uxorem qui non
inuenit: quando fuerint bella pro uirgine? quis unquam
pro uirgine sit peremptus. De coniugis autem ista nascuntur
ut perimatur adulter uxoris: raptor preclus appetatur: ista
reipublicę semper damno fuerunt: pro uirgine sacra nemo
damnatus est: quia castitatem non pœna cohibet: sed reli-

gio auget fidel que conseruat. Siquis igitur putat consecrati-
one uirginum minui genus humanum consideret quia ubi
paucę uirgines ibi etiam homines pauciores: ubi uirginitatis
studia crebriora ibi numerus quoque hominum esse maiorem.
D iscite quantas alexandrina totiusque orientis & affricana eccle-
sia quę annis sacratę consueuerint pauciores hic homines pcedunt
quę illic uirgines consecrantur. Ex ipsius igitur orbis terrarum
usu non inutilis uirginitas estimatur. Presertim cum per
uirginem salus uenerit orbem fecundatura romanum: quę
siquis hoc prohibet prohibeat igitur pudicas uxores dege-
quia frequentius possunt parere incontinentes. nulla pere-
grinanti marito fidem seruet ne damnum faciat proles
future & partus frequentioris amittat etatem. Sed
difficilior fit uia adolescentibus ad nuptias impetrandas
quid si forte commodior? Quæro enim cum il aliquem ha-
bere tractatum: qui arcende uirginitatis sententiam gerit.
I taque qui sunt isti discutere debemus. utrum quę uxores habent
an qui non habent: si qui habent timere non debent: uxo-
res eorum iam uirgines esse non possunt: si qui non habent
non sibi iniuriam faciunt: quę eius tantum nuptias speraue-
runt que nuptura non essent. An fortasse patres profiliatum
coniunctione solliciti moleste ferunt uirgines consecrari:
nec huic quę uereantur habent si sequantur consilium inter
paucas sue ciuitatis eligentur. Aiunt etiam plerique maturioris
etatis uirgines esse uelandas: neque ego abnuo sacerdotalis
esse cautionis debere: ut non temere puella ueletur. spec-
tet etatem sacerdos sed fidei ut pudoris spectet & maturita-
tem uerecundie examinet & grauitatis canitiem: morum se-
nectam pudicitie annos animos castitatis. Tum dein si ma-
tris tuta custodia comitum sobria sedulitas: si hæc prestosse
non deest uirginum longeuam canitiem. Si hæc desunt diffe-
ratur puella moribus quę annis adolescentior. Non quę etas re-
icitur florentior: sed animus examinatur. At certe teclan

non senectus: sed uirtus probauit. Et hinc quid plura
contexam: cum omnis etas habilis deo: perfecta sit christo.
Denique non uirtutem etatis ad pendicem dicimus sed uir-
tutis etatem: nec mirere in adolescentulis professionem cum
legeris in paruulis passionem scriptum enim est. ex ore infan-
tium & lactentium perfecisti laudem. An dubitamus si eu-
usque ad continentiam sequatur adolescentia: quem usque
ad mortem confitentur infantia: & quasi incredibile puta-
mus si puellae nobiles christum sequantur ad regnum: qui
etiam pueris sequantur in desertum sicut legimus. Quia satis
tata sunt de quinque partibus quatuor milia hominum excep-
tis inquit pueris & mulieribus. Nolite ergo a christo arceri infan-
tes: quia & ipsi pro christi nomine subiere martirium.
Talius est enim regnum celorum uocat eos dominus: & ta-
prohibet. de his dominus ait. Sinite eos uenire ad me. No-
lite adolescentulas arceri: de quibus scriptum est. Propte-
rea adolescentule dilexerunt: & induxerunt te in domum
matris suae. Nolite postremo a christi charitate etiam paruulo
separare: quam etiam intra matris uterum ad huc positi ex-
tatione prophetica fatebantur. In ipsis adue ecclesie princi-
pius turbae requirebant eum: qua ratione quia manus inquit
imponens curabat eos: nec tempus ad sanandum nec locus
queritur omnibus enim locis omnibusque temporibus non est
praetermittenda medicina intra domum maria ab angelo be-
nedicitur: intra domum dauid ungitur in prophetam: u-
biusque iesus curat ubique sanat in itinere in domo in deserto
in itinere curatur: quae symbriam tetigit in domo principis
synagoga filia resuscitat: in deserto turba sanatur: denique
sic habet. cum sol autem occidisset & omnes qui habebant in-
firmos uariis languoribus ducebant illos ad eum: at ille si-
gulis his manus imponens curabat eos. Sanabat ergo & in de-
serto & occidente iam sole & sanabat imponens manus ut
& dominum se & hominem demonstraret. Non in merito

igitur facta iam die turbe requirebant eum : uide ordine
sol occidente egri deferuntur ad xpm . Facta autē die
turbe requirebant eum : quando enim nisi per diem q̄-
ritur xps : nam qui in luce ambulat non recedit a xpo .
I taq̄ nox habebat adhuc egrotantium gemitus die-
iam fidem plebis iam letitiam sanatorum ut q̄ scriptum
est compleretur . A uesperum demorabitur fletu-
& ad matutinum letitia . Que enim turbe maior gratia
quam ut etiam in desertum locum christum sequatur :
in quo ille docet a perfecto abesse debere iactantiam .
N on enim sanandorum copiam sed operum iactantiam de-
clinabat . & nos igitur si salui esse desideramus : uel si iam
meremur sanitatem . procul a luxuria procul a lasciuia
tanq̄ in arido uite istius & ieiunio solo quodam siti cor-
poris fugitante deliciarum christum sequamur . sequamur
per diem ad est ecclesie dies quem abraham uidit & gau-
sul est . Sequamur q̄ per diem christum : non enim in
noctibus reperitur : incubili inquit meo in noctibus : q̄
sui quem dilexit anima mea quesiui eum & non inueni
eum . uocaui eum & non obaudiuit me non in foro nō
plateis christus reperitur : deniq̄ nec illa eum in foro et
implateis potuit repperire : Que dicit : exurgam ibo &
circuibō in ciuitate in foro & implateis & queram quem
dilexit anima mea : quesiui eum & non inueni eum : uoca-
ui eum & non obaudiuit me . Nequaquam igitur ibi q̄-
ramus christum ubi inuenire non possumus . non est xps
circumforanus xps enim pax est in foro litis . christus
iustitia est in foro iniquitas xps operator est in foro in-
ane ocium xps charitas est : in foro obtrectatio christus fi-
des est : in foro fraus atque perfidia christus in ecclesia ē .
in foro idola & ut illa uidua quam in alio prestrinximus
libro cognoscat non obtrectandi me locutum illa studio
sed monendi meq̄ non asperum sed sollicitum gratiam

reconciliationis accipiat in ecclesia uidua iustificatur i fo-
ro circumuenitur. Fugiamus ergo forum fugiamus plateam
prudentiam autem notam adsume tibi: ut custodias te &
muliere aliena. Per fenestram enim de domo sua i plateis
prospicit: fugiamus plateas non enim iniuria tantummodo
est non uenisse quem queras: sed etiam plerumque ibi non op-
portet & quesisse uulnus est quesisse in domibus uirorum qui
sibi falso doctorum nomen adsumant: quesisse procatius
quam uerecundius. Ergo caueamus exemplo ecclesie illius
ne qui nos custodes inueniant: qui circum eunt ciuitatem:
Inuenerunt inquit me custodes: qui circum eunt ciuitatem
percusserunt & uulnerauerunt me: & tulerunt pallium
meum a me custodes murorum. Non in se filie non inquit
in se filie: sed in nobis ecclesia uulneratur. Caueamus
igitur ne lapsus noster uulnus ecclesie fiat: ne quis a nobis
pallium auferat: hoc est amictum prudentie insignie pa-
cencie quo melioris ambitio uestis exuitur. Qui enim
mollioribus uestibus induuntur: in domibus regum sunt.
Nobis autem pallium dedit xp̄us quo ap̄t̄os suos & corpus
suum ipse uestiuit: quod demique iubet te dare. Siquis
a te tunicam petet: ut dimittas ei & pallium. Id est in-
signie philosophie tradas: & quasi amictum prudentie
tue cum qui ante nudus fuerit circumuestias. Ibi igitur
filie xp̄m queramus ubi querit ecclesia in montibus
boni odoris: qui excelsorum sublimitate factorum sua
uicem uite odorem promeritorum uerticibus exalant.
Fugit enim plateas: fugit conuentus & strepitus fori: &
iuxta quod scriptum est. Fuge fraternus meus & simi-
lis efficere ceruo aut hirculo cerui in montes aromatum.
Sempiternis enim inuisus colubris effugitans canum atque
humi reptantibus: infestus serpentibus nescit habitare
nisi in sublimitate uirtutum nescit commorari nisi in ali-
bus ecclesie filiabus que possunt dicere. N̄ p̄i cui bonus

odor sumus deo. Sed quibusdam odor mortis in mor-
tem in his qui pereunt: quibusdam odor uitae in uitam
in his utiq; qui odorem resurrectionis dominice uiuida
fide sperant. Isti sunt aromatum montes qui domini cor-
pus iesu acciperunt: & in lineis cum aromatibus ligaue-
runt. Quicumq; enim crediderunt quia iesus mortuus est
& sepultus est & resurrexit: hic excelsum uere cacumē
fidei uirtutum fastigiū exultauerunt. Vbi ḡ christus
queritur: in pectore prudentis scilicet sacerdotis: & qm̄
de deserto tractatus hic summitur ubi querendus sit
etiam ipse demonstrat dicens. Ego flos campi & lilium
conuallium tanq̄ lilium in medio spinarum. Ecce aliū
locum in quo sol & Dominus deuersari imo non in uno h̄
in pluribus. Ego inquit flos campi. Quia patentē sim-
plicitatem pura mentis frequentat. Et lilium conuallium.
Flos enim humilitatis est xps non luxurie: non uolupta-
tum atq; lasciuie: sed flos simplicitatis flos humilitatis
tanquam lilium in medio spinarum: non ne inter asperi-
tates laborum contritionesq; animorum: boni flos odo-
ris exurgit: quia contrito deus corde placat. Hoc est de-
sertum filie quod ducit ad regnum: hoc est etiam de-
sertum quod florē ut lilium iuxta quod scriptum est:
Letare sterilis & exulta desertum: & floriat ut lilium.
In hoc deserto filie arbor illa bona fructifera que bono
fructus facit: incipit brachia factorum suorum diffun-
dere uerticē diuinitatis attollere: iuxta quam nostrae
lingua filiae fructescant. Quia sicut arbor mali inter li-
gna filiae. Ita frater meus: inter medium filiorum. Et
uidens hoc ecclesia letetur: & gaudeat dicens. In umbra
eius concupiui & sedi: & fructus eius dulcis in faucibus
meis. Videns inq; haec ecclesia: & fidei nostrae iam leta suc-
cessu dicat. Inducite me in domum uini: & ordinate in me
charitatem. Caritas non potest esse sine fide. Tres enim

uelut uades sunt ecclesie: spes fidel charitas. Cum spes
precesserit: fidel fundata fuerit ordinatur charitas. ec-
clesia copulatur. Didicisti q̄ ubi christum querat: dulce
etiam que admodum possis mereri ut ille te querat: excita
spiritum sanctum dicens. Exurge aquilo & ueni auster:
aspice ortum meum & profluant aromata mea descendat
fructus pomiferarum suarum. Ortus uerbi anime uernatilis
affectus est: & impomiferis uirtutis est. Fructus uenit ergo
& siue manduces siue bibas: si christum inuocal adest dicens.
Veni manducate panes meos: & bibite uinum meum. Siue
etiam dormias pullat adianuam: uenit inquam frequenter
& per prospectum mittit manum suam: sed non semper nec
ad omnes: sed ad eam animam que potest dicere. Nocte e-
xui me tunicam meam. Exui enim in hac seculi nocte prius
tibi corporalis uite: amictus est exuendus. Exuit enim se ca-
ne dominus: ut prote de dominationibus & potestatibus mu-
di istius triumphare: quomodo induam illam uide anima
deo deuota quid dicat: sic se actus corporis & terrenos exuit
more: ut nesciat quomodo etiam si uelit rursus possit i-
duere: quomodo induam illam hoc est qua uerecundia quo pudore
qua postremo memoria consuetudo enim boni usum ueteris
prauitatis ammisit. Laui pedes meos: quomodo inquinabo
illos. Didicisti in euangelio q̄ pedes lauare fidei mysterium
humilitatis insigne sit: iuxta quod scriptum est. Si ego
laui pedes uestros dominus & magister: quanto magis uos
debetis alter alterius pedes lauare. Sed hoc ad humilitatem
pertinet: quantum uero ad mysterium pedes debet lauare
suos qui uult partem habere cum xpo. Si enim non lauero
inquit tibi pedes: non habebis mecum partem. Cum hoc
petto dicitur: quid de nobis sensetur. Qui lauit igitur
pedes: non necesse habet iterum lauare. Et ideo caueat ne
inquinet eos: & bene sancta ecclesia dicit lauam pedes meos.
Non dicit quomodo iterum lauabo eos: sed quomodo iterum

inquinabo eos quasi oblita macule ueteris : oblita contagi
admon& in ministerio corporali : quemadmodum spiritua
lem debeamus actuum nostrorum diluere uestigium .
I taque pedes cum semel laueris aeterni fontis iriguo & myste
ri mundaueris sacramento . Caue iterum corporee cupidita
tis in luitie luculentiaq; actus sordibus inquinentur . Isti sunt
pedes quos dauid lauit in spiritu : qui te docet que admom
eos inquinare non possis : dicens . Stantes erant pedes nostri
in atris hierusalem . Vtique hic non corporis : sed animi intel
lige pedes . Quomodo enim terrenus homo in celo habet cor
poris pedes : hierusalem enim sicut Paulus te docuit in celo e
& idem te docuit : quemadmodum in celo stare possis cum
dicit . Nostra autem conuersatio in celis est . Conuersatio
morum : conuersatio factorum conuersatio fidei quisq; sic
uiuunt : potest dicere . Frater meus misit manum suam per
spectum : & uenter meus turbatus est : ad illum surrexi ape
rire fratri meo . Bonum est ut ad aduentum domini interio
ra turbentur : si ad angeli aduentum maria turbata est . q̄to
magis ad xpi nos turbamur aduentum influentibus q̄ppe
diuinis corporeis peregrinatur affectus & usus . ille exte
rioris hominis exolescit : & tu turbare & tu festina festina
tes illi agnum manducare precipiunt . surge aperi ad ianuam
christi est uestibula domus tue pulsat . Si aperueris introi
bit & introibit cum patre : nec solum cum ingressus fuerit me
cedem relinquit . Sed etiam priusq̄ ingrediatur mercedem p
mittit . Adhuc anima turbatur : ad huc parietes domus sue
palpat : ad huc hostium querit ubi xps est : adhuc soluit
uinculum carnis & corporis claustrum . adhuc christus
foris pulsat . Manus inquit mee stillauerunt myrrham : &
digni mei pleni in manibus clusure . Quam myrrham stillant
anime manus : nisi illam quam obtulit iustus ille nicodemus
magister in israel . ille qui meruit lauacri primus audire my
sterium : qui attulit mixturam myrrhe & aloes quasi libralis .

& misit in corpus iesu. Perfectum utiq; odorem fidei at-
tulit: hunc odorem flagrat anima que xpo aperire inci-
pit: ut accipiat primum odore dominice sepulture & cre-
dat. Quia caro eius non uidit corruptionem: nec odore a-
liquo mortis emarcuit: sed eterni illius floris & semper ui-
rentis odore condita surrexit. Quomodo enim poterat
uel in carne marcescere: cuius nomen unguentum exinan-
tum est. Exinavit se ut spiraret tibi semper hoc unguen-
tum erat sed erat apud patrem: erat in patre olebat tm
angelis tanquam intra uas celi aperuit os pater dicens. **E**-
cce posui te in testamentum generis mei in lucem gentium
ut sis in salutem usq; ad extremum terre. Descendit filius
repleta sunt omnia: nouo odore uerbi. Et ructauit cor
patris uerbum bonum. Flagrauit filius: spiritus sanctus
exalauit: atque per omnium corda diffudit. Diffusa e-
nim charitas dei in cordibus nostris: per spiritum scm.
Ipsa dei filius in corpore tanq; in uase odorem: primo co-
hibebat suum tepus operiens: sicut ait. Dominus mihi
dat linguam eruditionis: ut sciam quando oporteat
medicere sermonem. uenit hora: aperuit os exiit ungu-
entum. Quando uirtus exibat deo: hoc unguentum exi-
natum est supra iudeos & collectum est a gentibus
Exinanatum est in iudea: & redoluit in omnibus terris. Hoc
unguento uicta est maria & uirgo concepit: uirgo peperit
bonum odorem dei filium. Hoc unguentum effusum est
super aquas & sanctificauit aquas. Hoc unguentum uncti
sunt tres pueri: & iuniorum his flamma rotauit: hoc da-
niel unctus est & leonum ora molliuit: feritateq; per-
mullit. Fluit hoc unguentum quotidie & nunquam
defecit: accipe uas tuum uirgo & accede ut possis hoc un-
guento repleti: accipe unguentum estimatum trecentis de-
nariis sed gratis datum non uenditum ut omnes haberet
gratis. Virgo ungere noli contristari sicut uidal: quia

hoc unguentum effunditur sed cōsepellente xpm. Clau-
de sane uas tuum: ne unguentum effluat. Claude inte-
gritatis clauē loquendi uerecundia abstinentia glorian-
di: hoc que habet unguentum christum recipit: &
ideo que habebat ait. Aperi inquit fratri meo: frater
meus transiit. Quomodo transiit id est mentis interna
penetrant: sicut dictum est marie. Et tuam ipsius aīam
pertransiit gladius. Uiuum enim uerbum Dei sicut gla-
dius acutus penetrans corporalium repagula cogitationū
cordis int̄na rurat. Et tu igitur anima una de pp̄to:
una de plebe: Neq; enim xps stupet aliqua secularium
discrimina dignitatum nec auratam uestem aut monile
preciosum: aut nobilia corruscantium gemmarum serua-
muratur: quorum dispendiū sepellis mouetur in ecclesia
pax fugatur: certe tu una de uirginibus que corporis
tui gratiam splendoris mentis inluminas. Propter enim
et que ecclesie compareris: tu inq; in cubiculo tuo et
nocturno intempore constituta semper meditare christū
& eius aduentum omnibus sperato momentis: si tardae
tibi uideretur exurge tardare uideretur: cum diu dormis.
Tardare uideretur: cum ab oratione uacas. Tardare uideretur:
cum uocem non excitas psalmis. Primitias uigiliarum
tuarum: xpo dicata. Primitias actuum tuorum: xpo
immola. Audisti in superioribus: quia uocauit te dicens.
Veni a libano sponsa: ueni a libano. Transibis & pertran-
sibis a principio fidei. Transibis in seculum certatura: p̄
transibis ad xpm triumphatura de seculo. Audisti quia
te a leonum & pardorum: id est a spiritualium nequiarum
incurtionibus separauit. Audisti quia placet ei: tua
rum pulchritudo uirtutum. Audisti quia uestimen-
torum tuorum aromata: hoc est bonum odorem in-
tegritatis omnibus odoribus premit. Audisti quia
ortus et clusul suauium pomiferarum refertus fructibus.

Pete igitur ut asperet supra cubile tuum atque odorem pigmentis & gratie spiritualis ad cumulandum. Respondebit tibi. Ego dormivi & cor meum uigilat. Audis uoce pulsantis ad ianuam & dicentis. Aperi mihi soror mea: surge proxima mea: columba mea perfecta mea. Charitate proxima simplicitate columba uirtute perfecta: quia caput meum repletum est rore. Sicut enim ros celi nocturnas ammouet siccitates: ita ros domini nostri Iesu Christi nocturnis & secularibus tenebris eterne uite stillauit unorem: hoc est caput quod aestu mundi nesciuit arefcere. Unde ait. Quia si in humido hoc faciunt in arido: quid facient? Hoc igitur caput rorat alius sibi abundat: & bene abundat caput Christi quia caput tuum Christus est qui plenus est semper: nec liberalibus exhauritur suis aut diuturna deficit largitate. In hoc caput ferrum non ascendit quod est instrumentum belli in signe discordie. Nunc specta & uide: ros ille qualis sit. Salicet non uulgaris humoris. Cincinno autem sunt in eo guttarum noctis. Noli proxima mea accipere cincinnos corporalium capillorum: non illa ornamenta sed crimina sunt. Lenocinia forme: non precepta uirtutis. Alios cincinnos nazareus habet quibus ferrum non ascendit quos nemo precidit: qui non calamistris compositi & arte digesti sed multiplici crispantes uirtutum nitentium gratia refulserunt. Duce in hystoria quales nazareus cincinnos habeat: quos quodam diu sanon habuit intactos nunquam uinci potuit cincinnos perdidit & meritum uirtutis ammisit. Audita igitur uoce uerbi: quam exueras. Tunicam nocte ne queras quemadmodum indual eam: offunditur enim & frequenter offertur per nequitiam spiritalem: quemadmodum inquam indual eam obliuiscaris & nescias & quasi iam dominus adistat exors corporalium uinculorum turbata consurgat in mentem orationibus prepaues mentem: dum surges ut ex humilibus ad superna contendas & studeas fores tui cor-

dis aperire: dum manus tuas tendas ad christum fidelem tu
gesta spirabunt odorem. Moue igitur manus naribus tuis:
& odorem actuum tuorum in defessa: ac peruigili alacri-
tate mentis explora: mulcebit te odor dextere tue & fla-
grantia resurrectionis tua membra redolebunt. Myrrham
digiti sudabunt tui: hoc est fidei uere gratiam spiritalia ge-
sta fragrabunt. Capis g' uirgo ex interiore tuo corpore uo-
luptatem: & ipsa tibi dulcis ipsa tibi suauis est: ipsa tibi q' pec-
cantibus sepe contingit non incipit displicere. Plus enim tibi
placebit nuda simplicitas: corporee fraudis exuta tegmi-
nibus. Talem te xps desiderauit: talem te xps elegit: aper-
to itaque ingreditur hostio. Neque enim potest fallere:
qui se ingressurum esse promisit. Complectere igitur quem
quesisti. Accede ad ipsum: & illuminaberis. Tene illum:
roga ne cito abeat: obsecra ne recedat. Verbum enim dei
currit fastidio non capitur: negligentia non tenetur. Ru-
beat anima tua in uerbo eius: & celestis sermonis insiste ue-
stigio cito enim transit: deniq' quid ait illa? Quesiui eum
& non inueni eum: uocaui eum & non obaudiuit me. Nec
putes displicere te que uocasti que rogasti que aperuisti:
q' tam cito abut. Sinit nos sepe temptari. Denique turbis
rogantibus: ut non recederet. Quid ait in euangelio? Et
aliis ciuitatibus oportet me euangelizare uerbum dei: quia
ideo missus sum. Sed etiam si ille abuisse tibi uideatur: exi rü-
sus explora: noli iam deo deuota illos metuendos circumfo-
ranos intelligibiles timere custodes. Noli timere eos qui cir-
cumcunt ciuitatem: noli uulnera formidare que sequentibus
christum nocere non possunt. Etiam si corpus tuum: hoc
est uitam corporis tui auferant: uicinus est christus quem cu
inueneris ubi cum eodem commorari debes cognoscere: ne
forte ante discedat. Cito enim deserit negligentes. Quis
igitur te nisi sancta ecclesia debet docere: quemadmodu
xpm teneas: immo iam docuit si que legis intelligas. Quam

modicum inquit fuit cum transit ab ipsis: donec inue-
ni quem dilexit anima mea: tenui eum & non reliquam
eum. Quibus igitur christus tenetur non in uicibus nexi-
bus: non restituit nodis sed uinculis charitatis mentis
habentibus stringitur: & aie tenetur affectu. Si uis & tu
tenere christum quere uigiter: nec poenam metuas.

Inter supplicia enim frequenter corporis: inter ipsas per-
secutorum manus christus melius inuenit. Quam medi-
cum inquit fuit: cum transiui ab ipsis. Exiguo enim
spacio breuique momento cum persecutorum manus eua-
seris: nec subcubueris potestatibus mundi: tibi christus
occurrit: nec te diu temptari patitur: que sic christum
requirit: que christum inuenit potest dicere. Tenui
eum & non reliquam eum donec introducam eum in
domum matris mee: & in cubiculum eius que me con-
cepit. Que est domus matris tue & cubiculum eius:
nisi in te inueniatur tue secretique nature: hanc domum seruat.

Huius domus mundato penetralia ut cum immaculata do-
mus fuerit: nec ullius adulterine conscientie sordibus
inquinata: spiritalis domus in sacerdotium sanctum La-
pide angulari coagmentata consurgat & spiritus sanctus
habitet in ea: que sic christum requirit: qui sic christum
obsecrat non relinquitur ab eo. Immo etiam frequenter
reuisetur. Est enim nobiscum: usque ad consumationem mu-
di. Ego christus repertus est & tenetur: & repertus est
ille qui per fenestram tuam manum misit: que est fene-
stra nostra nisi per quam opera christi uidemus: oculus scilicet
animi & mentis obtutus. E ideo uirgo per fenestram
tuam christus introeat: christus manum suam mittat per fenestram
tibi ueniat non corporis amor. Si igitur per fenestram tuam
manum mittit Dei uerbum: uide quemadmodum fe-
nestras tuas preparaui: uide quemadmodum ab omni pul-
uere delictorum detergere debeas: nihil tetrum habeat

nihil adulterinum fenestra uirginis procul sibi & ceteras
affectata nugas decoris procul adulterini amoris illecebras
similis aurum causa est quibus non suspendenda onera non
figenda uulnera sed unus ornatus est audire quod profert.
Ianuam quoque tuam disce temporibus obseruare nocturnis non
facile quisquam patientem reperiat. Sponsus ipse uult clau-
sam esse cum pulsat ianua nostra os nostrum est. Christo prope
modum sibi debet aperiri: nec aperiatur nisi ante pulsauerit
dei uerbum. Denique ideo scriptum est. Ortus clusus soror
mea sponsus: ortus clusus fons signatus. Ne facile aperiat os
suum: ne uulgari dissignet alloquio. Neque enim de ip-
sis diuinis deest: nisi uerbo dei interpellata respondeas. Quid
tibi cum ceteris: soli christo loquere: soli fabulare christo.
Si enim mulieres in ecclesia taceant: quanto magis non de-
bet patere uirginis ianuam: non deest patere uiduae fores.
Cito insidiator pudoris obrepit: cito uerbum excidit quod
reuocare desideres. Si eue clausa fuisset ianua: nec adam
deceptus fuisset: nec respondisset interrogata serpenti. In-
trouit mors per fenestram. Hoc est per eue ostium ingre-
ditur mors per ostium tuum si falsum loquaris si turpiter
si procaciter postremo si tibi non oportet loquaris. Clause
sunt igitur labiorum fores tuorum: & obseratum maneat
uocis uestibulum. Tunc fortasse referendum cum audie-
ris dei uocem: cum audieris dei uerbum. Tunc tibi myrba
sudabit tunc tibi baptismatis adspirabit gratia: ut ab ele-
mentis mundi commorare cum christo & cum christo resur-
gas. Quid adhuc inquit uelut uiuentes de hoc mundo de-
cernitis? Ne tetigeritis: ne attamina ueritis: ne gustaueritis
que sunt ad corruptionem ipso usu. Corruptela enim ab
esse debet a castis. Itaque carnis & mundi sepellite curam que
cum christo resurrexistis: que sursum sunt querite ubi christus
est cum christum queritis patrem deum uidetis. Christus enim in dex-
tera dei sedet. Sed ea que christum requirit: non debet

esse uulgaris: non debet esse in foro non implere uoce q̄
rula: gressu lubrica facilis aditu, uilis aspectu. Terrenum
tibi apostolus consortium negat: & ultra nature prope mo-
dum terminos. Alii ad celum docet spiritalibus euolan-
dum: que sursum inquit sunt sapite: non que sup̄ tram.
Sed quia hoc impossibile erat: in hoc corporis uelut claustr̄
reclusi. Sed quia defunctis corporibus anima fertur ad su-
periora reuolare: alligata dum uiuimus quadam nostre
lege nature: ideo addidit. Mortui enim estis: et uita
uestra abscondita est cum christo in deo. Si abscondita est
cum xp̄o in deo: non appareat mundo. Christus enim mor-
tuus est mundo: uiuit deo. Vide nunc quemadmodum de-
siderari amat christus: confabulationes non amat. Apuit
uirgo illa suas fores dei uerbo. Sed transiit inquit: & exiit
anima mea in uerbo eius: exiit a mundo: exiit a seculo: re-
mansit in xp̄o. Quasi inquit eum: & non inueni eum. A-
mat enim xp̄s diu requiri: inuenerunt illam custodes muro-
rum fortasse sunt & alii custodes: quos magis intelligere
debeamus. Est enim ciuitas que portas murorum clausas nō
habet: de qua dictum est. Ex porte eius non claudentur p̄
diem. Nox enim non erit amplius in ea: adferent gloriam
& honorem gentes in illam. Illa est ḡ ciuitas hierusalem q̄
in celo est: interquam iam quasi perfecta & immaculata ser-
uari. Non enim intrat in eam omne comune: Communis ca-
stital non est: comunis pudicitia non est: que scribitur i li-
bro uite. Si igitur inuenimus ciuitatem: ingrediamur i eā.
Videamus lumen eius: uideamus muros: uideamus tribus: ui-
deamus fundamenta muralia: uideamus etiam custodes mu-
rorum. Sed quomodo ingrediamur in eam: in hac ciuitate
uita est: & una est uia que ducit ad uitam. Via ḡ christus est
ergo christum sequamur: sed ipsa in celo est ciuitas. Quomō
igitur ascendamus ad celum: docet te euangelista q̄ dicit:
Et duxit me spiritus in montem magnum et altum: & osten-

dit mihi ciuitatem sanctam hierusalem descendentem de
 celo. Ascendamus ergo spiritu: quia caro ascendere ad eam
 non potest: ascendamus nos interim ad celum ut ad nos po-
 stea de celo illa descendat: in qua lumen est simile lapidis
 preciosissimi ut lapis iaspidis & cristalli habet murum ma-
 gnum & altum: didicisti lumen didicisti murum disce
 portas disce custodes. Habet inquit portas xii. & in portis
 angelos xii. in quibus xii. tribuum filiorum israel super sep-
 ta sunt nomina: in portis patriarcharum nomina continen-
 tur in muro apostolorum. Fundamenta enim ciuitatis apostoli
 & lapis angularis est christus in quo omnis structura confurgit:
 deus extra deus intus deus ubique est. Habet enim inquit ci-
 uitas maiestatem dei. Ergo & uos sancte uirgines & quicunq;
 iusti estis: & immaculatam anime geritis castitate: ciues sanc-
 torum estis & domestici dei. Sed tunc nobilitate ista patrie
 possidebitis: si christum intra ciuitatis huius septa quaeratis: in-
 gressi per fidem actusq; preciosos patriarcharum clarificati lu-
 mine fundati super apostolos uersantes inter angelos. Quomodo
 igitur isti custodes angeli sunt qui caste anime pallium
 tollunt: aliud pallium uirginum est: aliud adolescentie
 circumforana est illa que in foro christum requirit. Pallium
 etiam quod habebat ammisit. Prudentia enim non in foro
 & in plateis sed in ecclesia possidetur: & fortasse ut cum
 ipsis quoque ueniamus in gratiam atq; omnium misericordem
 deum esse doceamus: quia & illi christum aliquando reperiunt.
Si tantum iugiter quaerant. Pallium hoc: amictus est corporis.
Ergo qui quaesuit in cubiculo christum: si tamen sic quaesuit
 sicut ille qui dixit. Sic memor fui tui: super stratum meum.
Si quaesuit in noctibus iuxta quod scriptum est. In nocti-
 bus extollite manus uestras: in sancta. Si quaesuit in ciui-
 tate in foro & in plateis: in ciuitate dei nostri in foro fortal-
 se: in quo iudex ille diuini iuris sedet: in plateis unde collec-
 ti sunt qui ad cenam dominicam conuenerunt. Potest cu-



Studentibus ciuitatem dei angelis dum diu querit occur-
rere: quin etiam excoelesti custodum natura celestem intel-
ligere possumus ciuitatem. Celeste forum iustitie septuaginta
Non uiles plateas: sed fortasse in quibus superfluere fontis ille
consuevit: de quo scriptum est. Superfluant tibi aque:
de tuo fonte. Inque plateis tuis diffundantur tue aque.
Qui sic ergo christum requirit: ad angelos peruenit: sed si bonis
ad angelos meritis peruenitur. Cur qui peruenerit uulne-
ratur: est gladius bonus. Cuius gladii bonum uulnus uul-
nerat dei uerbum: sed non ulcerat: est uulnus boni amo-
ris. Sunt uulnera charitatis: ideoque dixit. Uulnerata cha-
ritas ego sum. que perfecta est uulnerata est charitatis.
Bona sunt igitur uerbi uulnera utilia enim uulnera amici:
que uoluntaria oscula inimici. Uulnerata charitatis rebecca
est: que relictis parentibus migravit ad sponsum: uulne-
rata charitatis rachel: que zelauit sororem amauit maritum.
Sorori enim que abundare filius ipsa adhuc sterilis iuidebat:
quia typum gerebat ecclesie cui dicitur. Letare sterilis
que non parit: erumpe & exclama que non parturis. In-
uenerunt ergo custodes & uulnerauerunt eam: & tulerunt ei
pallium: hoc est actus corporalis inuoluerum substulerunt:
ut & nuda mentis simplicitas quereat christum. Quia nemo
potest uestitus amictu philosophie: in habitu scilicet sapientie
secularis christum uidere. Et bene tollitur ei amictus philo-
sophie: ne quis eam per philosophiam depreedetur: bene tol-
litur ei pallium: que ad christum appropinquat: ut deum in-
sua mundo corde gradiatur. Beati enim mundo corde
quia ipsi deum uidebunt. Denique ubi mundauit cor: uer-
bum reperit deum uidit. Quere ergo illum uirgo: imo que-
ramus omnes. A nima enim sexum non habet: sed ideo for-
tasse foemineum nomen accepit: que eam uiolentior estus
corporalis agit. Ipsa autem impetum carnis amore sui mol-
li quadam & blanda ratione demulcet. Ego oratio ibi

& obsecrationibus deum inuitare debemus: ut quasi bo-
nus auster adflare dignetur. uerbiq; nobis aura celestis
aspice que fructifera non turbare uento graui sed leni
spiramine flatuq; molli consueuit agitare. Vnde scrip-
tum est. Posuit me currus aminadab. Eo q; anima
nostra coniungitur corpori: uelut quidam equorum
frenentium currus rectore sui querat aurigam. Ami-
nadab enim pater naalon fuit sicut in numeris legimus
qui erat princeps populi iuda cuius figura refertur ad
xpm: qui uerus populi princeps animam iusti uelut cur-
rum agitator ascendens: uerbi habens gubernat ne uio-
lentorum equorum furore in abrupta rapiatur. Sunt
enim eius uelut quatuor equi: quatuor affectiones
ua cupiditas uoluptas timor quibus furentibus cum-
ceperit agi nequaq; se ipsa cognoscit: corruptibile eni
corpus animam grauat: & tanquam in rationabilium
animalium cursu in uitam rapit uoluentibus curris
uelut quodam impetu proruentem: donec memorate
corporis passionis uerbi uirtute mitescant. Hic uerbi
tanquam boni agitatoris est prouidentia: ne illi anime
que in se non est morti obnoxia: corpus mortale coniu-
tum agitationem sui faciat esse difficilem. Primo igit
hos ueloces motus corporis domit & nexu rationis in-
frenat: deinde caueat ne dispari motu se uelut equi im-
plicent ut bonum aut improbus decolorat aut tardus
impediat aut turbidus inquietat. Frenit enim equus ma-
licie: se sequi iactando currum ledit grauat iugalem huc
bonus auriga demulcet: & campum ueritatis inmittit.
Faudis declinat an fractus tutus ad superiora cursus est
periculosus ad inferiora descensus: inde quasi emeriti q;
bene portauerint iugum uerbi usque ad domini presepe
ducuntur in quo non fenum est esca sed panis q; descendit
e celo: huius currus rote sunt. De quibus dicit propheta

arborel

Et spiritus uite erat in rotis. Et quod currus anime terrens
atque rotundus sicut longius labamus: inuitatur dei uer-
bum in ortum nucis in quo fructus propheticæ lectionis
& sacerdotalis est gratiæ: que amara in teptationibus
dura in laboribus in uirtutibus interioribus fructuosa est.
Vnde etiam uirga aaron nucis floruit: non iam natura sua
sed uirtute secreta. Descendit ergo in ortum ut uindemiet
fidem capiat odores pabulum celeste reperiat: suauitate
nostri mellis epuletur dicens. Vindemiaui myrrham meam
cum aromatibus: manducaui panem meum cum melle meo.
Quod diuersarum uirtutum concretum floribus illarum a-
pum: que sapientiam predicant consono opere congregatum
sancta ecclesia in fauis condit: ut cibus christi sit. Omnis
anima accedat ad deum: siue corporalibus egra peccatis: si-
ue clauis quibusdam secularis cupiditatis infixa: siue imper-
fecta ad huc quidem sed nitenti tamen meditatione proficiens:
siue multis aliqua sit iam perfecta uirtutibus omnis in domini
potestate est: & omnia christus est nobis. Si uulnus curæ
desideras: medicus est. Si febris est: tuus est. Si gra-
uaris iniquitate: iusticia est. Si auxilio indiges: uirtus est.
Si mortem times: uita est. Si celum desideras: uia est. Si te-
nebras fugis: lux est. Si cibum queris: alimentum est. Cu-
state igitur & uidete quoniam suauis est dominus: beatus
uir qui sperat in eo. Sperauit in eo illa que fluxu sanguinis
laborabat: & continuo sanata est. Sed quia fidelis accessit
& tu cum fide filia uel fimbriam eius attinge iam secularium
fluxus uoluptatum modo torrentis exundans. Verbi saluta-
ris calore siccabitur si cum fide accedat: tamen si pari deuotione
diuini sermonis extremam saltim fimbriam comprehendat
si tremens procedat ante domini pedes. Vbi sunt pedes uerbi
nisi ubi corpus est christi. O thesaurus omnibus opulentior
fidelis. O uirtutibus corporis omnibus fidelis fortior. O medicus
omnibus salutator: simul ut accessit mulier uirtutem sensit

medicinam impetrauit: ut si oculum lumini amoucas
illuminatur anteq̄ sentias: & operatio lucis preuenit ad
paratum: passio inueterata passio imedicabilis: que & artus
omnem uicit excogitationem: & pecuniarum sumministratio
nem solo fymbrile curatur tactu. Illius igitur fœmine tibi
uirgo: & in aduendo seruanda uerecundia: & infide imitanda
deuotio est. Quanta uero illa gratia q̄ ea que uideri erubescē
bat: uicium tamen non erubuit confiteri: Noli ergo lapsus
occulere tuos: fatere q̄ ille iam nouit: noli erubescere q̄ non
erubuerunt prophete: audi hieremiam dicentem. Sana me do
mine: & sanabor. Sic & illa dixit cum contingeret fymbriaz
sana me domine & saluabor: quia gloria mea tu es. Sola enī
sana est: quam tu sanaueris. Si quis tñ ibi dicat: quia sic ple
runq̄ temptantur fideles ubi est uerbum domini ueniat: die
tum est enim de domino. Descendat nunc de cruce & credim⁹
ei: confidē in deo liberet nunc cum si uult eū. Si quis ergo tibi
insultando hec dixerit: & te infabulas uoluerit euocare noli
respondere ei. Nolut enim talibus respondere xps. solum xpm
interroga: illis enim si dixeris non credent. Si interrogaueris
non respondebunt tibi: dic soli uerbo. Non laboraui sequēs
post te: & diem hominis non concupui. Hoc dixit illa muliē
& stetit sanguis quamuis fatigata quamuis egra que diu que
sietat xpm. Dixit tamen: non laboraui sequens post te. Neq̄
enim laborat que xpm sequitur: cum laborantes ad se ut reque
scant: euocet ergo ipsum sequamur: q̄ diu ipsum sequimur nō
laboramus. Quia non est labor in iacob & in ysaiā: qui expec
tant dominum currēt & non laborabūt. Deinde cum querēt
xpm quis tetigissē eum: non ne tibi uidetur illa dixisse quid
interrogas? Domine tu scis que prodeunt per labia mea: ante
faciem tuam sunt. Et ideo non confundor peccata propria cō
fiteri: confundantur qui persequuntur me & non confundat
ego. Non confusus est Petrus dicere. Exi a me domine: quia
peccator sum ego. Vir enim sapiens est: grauis in quo esset ecclie

firmamentum & magisterium discipline nihil utilius si-
bi esse perspexit: q̄ ne secundatis operis extolleret euentu.
Ergo ideo extinguit a me domine. Non rogat ut deseratur
sed ne infletur. Paulus quoq; carnis stimulo gloriatur: q̄
sibi ne extolleretur prouisum est illecebrosa iactantia est:
quam etiam Paulus ueretur lubrica: que etiam in Paulo
cauetur. Sed non iste facili mobilis casu qui reuelatio-
bus timebat extolli: & ideo quasi fortis athleta letatur
q̄ uulnere corporis emere didicere anime sanitatē. E. rgo
& tu si munera diuina superfluere uite & redundare cog-
ueris: tuam metire uirtutem gratiam deo redde: com-
plationēq; corporis uelut nauis saburrā suscipe: ne te-
intantū mundi fluctibus iactantie alicuius aura circum-
ferat. A pulilla sapiens cum aeris motus suspectus habet:
lapillus sepe sublatil permana se liberat nubila: ne leue a-
larum remigium precipitet flabra uentorum. Paulus et
barnabas putauerūt se grauari cum cernerēt adorari: et
tu caue uirgo illius apiculę modo ne alarum tuarum uo-
latum aura mundi huius extollat. Habet enim anima
uolatus suos: et ideo dictum est: Qui sunt isti qui sicut
nubes uolant: & sicut columbe cum pulis suis. Habet ergo
anima spiritales uolatus: que breui momēto totum percū-
rit orbem libere: Sunt enim cogitationes prudentium q̄to
ad altiora & diuiniora se surgunt: tanto magis sine terre-
ne molis impedimento feruntur: itaq; adherens deo & hy-
magis in se referens celestis effigie: ubi cursus suos ab eq̄-
rum perturbatione placidauerit in illum etherium puraq;
locum plausus spiritualium euecta pinnarum: despicit oīa
que in hoc mundo sunt: et eternis intenta uirtutibus sup̄
mundum labitur. Supra mundum enim iustitia est: su-
pra mundum castitas: supra mundum bonitas: supra mu-
dum est sapientia: & si in hoc mundo sit supra mundū tñ
est: supra mundum erat iustitia: cum omnia regna mundi

& uniuersam ei gloriam diabolus offerret supra mundū
fuit: que de mundo nihil attingit deniq; ait. Venit huius
mundi princeps: & in me inuenit nihil. Discite igitur hoc
mundo supra mundum esse: & si corpus geritis uolite in
uobis alere interior. Supra mundum est ille qui tollit deū
in corpore suo. Sed deum imitari nō possumus: imitemur
ap̄t̄os quos mundus odio habuit: quia non erāt de hoc mū
do: hos imitare hos sequere: sed arduum putas humana uir
tute supra mundum ascendere bene adseres. Nam & ap̄t̄i
non quasi consortes sed quasi discipuli sequendo dominū
supra mundum esse meruerunt: & tu esto xp̄i discipula
christi emula & pro te rogas qui pro illis rogauit. Nō enī
pro ap̄t̄is tantum inquit rogo: sed & pro his qui credēt p̄
sermone eorum in me ut omnes unum sint. Vnum igitur nos
esse uult dominus: ut supra mundum simus omnes: ut una
sit castitas: una bonitas: una gratia. His enim alitur & au
getur anime uolatus: ergo non pigrescam⁹ se de terrena.
Est enim natura pinnarum: ut agitando se uirtutē capiat
eo uiuatur uolatus quo anima delectatur quiescisse p̄ deū
sequatur atq; in domo domini habitare desideret: & eius
delectatione pascatur: ac miraculis uirtutum alas celestis
foris relinquet inuidiam que extra chorum est anglorū
foris cupiditates corporis: que templum dei maculare nō
debent. Et ideo quoniam templum dei sumus: materiales
a nobis sollicitudines abdicemus. Ac ne forte philosophi
ca alicui aut poetica usurpasse uideamur: ut currus equo
alas anime diceremur: que illi magis assumpsere de nris
domesticis nos usus subsidis propheticę series lectionis oste
dit: que in hūc mundum sancto ezechiel scripta est. E
facta est illi super me manus domini: & uidi & ecce sp̄s
urgens ueniebat ab aquilone & nubes magna erat in eo: &
ignis refulgens & lumen in eo & in medio sicut lumen elec
tri in medio ignis & lumen in eo & medio sicut similitudo

quatuor animalium. Vide igitur animalia iam quatuor esse
descripta: cuius modo sint ista animalia debemus aduertere.
S imilitudo inquit uultus eorum: facies hominis & facies leonis
adextris illis quatuor: & facies uituli a sinistris illis quatuor
& facies aquile illis quatuor & ale eorum extense. Hic quod
animam describi accepimus: cuius quatuor animalia quatuor
affectiones sunt: sed non ita ut ille qual supra descripsimus.
A d huc enim ille erudiuntur anime processusque accipit: haec
iam perfecta describitur. Denique ille inuitantur ad celum.
H are in celo est cum dei uerbo: habet autem quatuor affectio-
nes: idem similitudini hominis leonis uituli & aquile compa-
randas: qual formas librorum euangelicorum proprietate ac-
cepimus figuratas. Et ideo hic quoque in homine rationali
in leone uiscibilis in uitulo impetibilis in aquila uisibilis.
P er figuras animalium species affectionis expressa est. Nam in
omni sapienti uero prudentes graecie esse memorauerunt: Lo-
gisticon / thymeticon / pythmeticon. Latini uero prudentiam
fortitudinem temperantiam: atque iustitiam. Prudentia enim ra-
tionis humane est: fortitudo uim quandam ferocientis uir-
tutis habet mortisque contemptum: temperantia sacrate uine-
lo charitatis mysteriorumque contemplatione celestium ne-
glegit corporis uoluptatis: iustitia in alto quodam suggestu
locata uidet: ploratque omnia que aliis potius nata quam sibi
non tam suas utilitates quam publice molumenta rimatur: meri-
toque anima operata iustitiam formam aquile accepit quod ter-
rena defugiens totaque celesti sublimis & intentata mysterio re-
surrectionis gloriam precio equitatis addipiscitur: propter
quod ad eam dictum est. Renouabitur sicut aquila: iuuentus
tua. Est ergo & iuxta dauid animalis spiritualibus fulsa qua
eo usque uolucere nobis uoluit declarare: ut alibi quod diceret.
A nimalia nostra sicut passer crepta est: de laqueo uenantium.
Et alibi. In domino confido: quomodo dicitis anime mee
transmigra in montes sicut passer. Habet igitur alas anima

suas: quibus se possit libera leuare de terris. Alarum autem
remigium non materialis compago pinnarum: sed conti-
nuus honorum ordo factorum est. Qualis ille dominicus:
cui benedicatur. *E*n in umbra alarum tuarum sperabo. *N*
on solum enim manus domini ad fixam in modum uolan-
tis extente: sed etiam facta celestia uelut umbra refrige-
rante salutis eternae mundi feruentis incendia temperauit.
*E*rgo quia uolandi nobis data est copia excite unusquis-
que in se dei gratiam ac posteriora obliuiscens priora appe-
tens ad destinata contendat. Procul a militie honoribus:
procul ab estibus mundi neque fabule ferunt estu solis cetera
resoluta: hic aereos uolatus pinna relabente destituat.
*N*am licet grauitas dictorum absit poetico: tamen sale decla-
rate uoluerunt prudentium maturitati tutos uolatus esse
per seculum. Iuuenilem uero leuitatem obnoxiam cupi-
ditatibus mundi refluentibus pinnis & per obliuia uerita-
tis meritorum compage resoluta maiore pernicie intram
relabi: aut facilis uolatus omnibus difficilis etiam discor-
dantibus in tenuis animalibus uite cursus humane est. At
si sibi actus nostri ordo conueniat: uidebit & in nobis
propheta rotam illam unam super terram conuinctam ani-
malibus quatuor. Uidebit quoque rursus ezechiel. Uidebit enim
adhuc & iugebit & iugebit: iugebit inquam rotam in
medio rote super terram sine offensione labente. Rota
enim super terram uita est corporis ad anime apta uirtu-
tem: & ad euangelicum coherenti cursu formata precep-
tum. Rota autem in medio rote ueluti uita inter uitam
& sanctorum sibi uita non dissonat: sed qualis fuerit
superioris etatis talis sit & sequentis. ut quod in hac uita cor-
poris uite uoluarur usus eternae. Cum ista congruerint
tunc diuina uox resultabit: tunc super similitudines
throni similitudo sicut species hominis apparebit: hic
homo uerbum est quia uerbum caro factum est. hic homo

nostrorum est agitator animalium nostrorum rector
est morum. Qui pro nostrorum ratione meritum at
curram plerūq; aut montem ascendit: aut nauē i qua
aut apostoli nauigant: aut piscatur petrus. Nec enim
uulsi est nauis que ducitur i altum: hoc est ab incredu
lis separatur. Cur enim nauis eligitur: in qua christus
sedeat: turba doceatur nisi quia nauis ecclesia est: q̄
pleno dominice crucis uelo sancti spiritus flatur: i hoc
bene nauigat mundo. In hac naui piscat petrus & nūc
retibus: nūc hamo piscari iubetur: in seculum: ut p̄mum
illum martyrem stephanum uerrat: qui censum christū
in interioribus continet. Si rante mysterium spiritualis
enim uidetur esse piscatio: qua doctrine hamum mit
tere iubetur in seculum: ut primum illum martyrem
stephanum de mari uerrat: qui censum x̄pm in interio
ribus contineret. **M**artyr enim christi thesaurus eccle
sie. **M**artyr igitur ille qui de mari celum primus asce
dit: captus a petro minister altaris. **N**on rete sed hamo
leuiatur: ut rano sui sanguinis eleuatur. Cuius in ore the
saurus cum christum in confessione loqueret. Qui enim
thesaurus in nobis est: nisi dei uerbum. **E**rgo & retibus
& hamo piscatur perfectior: ut rete concludat hamo a
durat: sed rete turba concluditur: hamo singularis eli
gitur. **O** si mihi liceret illum hamum uorare: quia
duceret os meum: & leui daret salutem uulnere. **I**n
trate igitur filie in ap̄torum retia que non hominis
auctoritate: sed dei uoce laxantur. **R**ete enim sapiētie
spiritualis atq; doctrine: regnum celorum est: quia scrip
tum est. **S**imile est regnum celorum: reti misso i mare.
Auidistis hodie dicentem dominum iesum symoni. **D**uc
in altum: & laxate retia uestra in capturam. **A**nte nō
ducebat in altum petrus qm̄ piscabatur in stagno: et si
mare erat altum non erat: altum mare scriptura nescit:

Quid ergo sit altum accipe aqua alta consilium in corde
uiri: altum cor uiri est: ubi nihil uadolum est. Dum
ergo in altum disputationis tue: fidei q̄ remigiū duc
in cor uiri. Per parabolam hic uocat ad ecclesiam pe
trum: quem secundum matheum simplici uocauit ser
mone: dicens. Venite & faciam uos piscatores hominū:
est & aliud mysterium: duc in altum quia ante i arena
erat quando in synagoga erat: alta non erat aqua iudee.
D enimq̄ samaritana: & puteum altum putabat: dicens.
F puteus altus est: unde mihi dare habes aquam uiuam.
N on ḡ ducere in altum poterat: quando cum iudeis cre
debat: qui etiam de puteo aquam aurire non poterat.
I deo dicitur Petro duc in altum: hoc est duc ad christum.
A ltus enim xp̄s: de quo dicitur ad iohannem a patre. E
tu puer propheta altissimi uocaberis. Dum ḡ ad christū
& bene altum: in quo est altitudo diuitiarum sapientie
dei: duc in altum quia altus super altum custodiē et
exaltat: Ibi ḡ alte aque ubi christus est: hęc est fidel
alte aque que timent dominum qualis ille. Viderunt
te aque deus: uiderunt te aque & timuerūt. A pud iu
deos aqua alta non erat in corde uiri: ideo qđ dñs ait.
P opulus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est
a me. In corde amat esse xp̄s. Sicut enim fuit ionas in
corde ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit & filius
hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus.
D enimq̄ ut scias quia de fide dicit duc in altum ait Petrus.
P ræceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus:
sed in uerbo tuo laxabo retia. Noctem habebat Petrus
anteq̄ christum uideret: non dum ei uenerat dies
quia ueram non uiderat lucem: synagoga nox est: dies
ecclesia est. Vnde & paulus ait. Nox precessit: dies
appropinquauit. Bona lux que perfidie discussit cali
ginem fidei die fecit: dies factus est Petrus: dies paulus.

I deoq; hodie natali eorum Spiritus sanctus increpuit
dicens. Dies diei erucluat uerbum. Hoc est ex intimo
thesauro cordis fidem predicant' christi: & bonus utq;
dies qui uerum nobis lumen euomuit. Hæc in euangelio
legimus: & fortasse in celo hodie de nobis xpi: & Petri
iste sit sermo. Quotidie piscatur Petrus quotidie ei di-
cit Dominus: duc in altum uideor mihi audire dicente
Petrum. Preceptor per totam noctem laborantes: nihil
coepimus. Nox fuit pauciores ad uigilias conuenerunt
Laborabat in nobis Petrus: quando nostra laborabat deu-
tio laborabat: & Paulus deniq; audistis hodie: Quis in-
firmatur: & ego non infirmor. Nolite facere ut pro
uobis laborent ap'ti. Ergo dicunt ei per totam noctem la-
borantes: nihil coepimus. Nullus certe deditioribus ieu-
nauit: quibus hodie bene rñdit Petrus. In timore hoc in-
colatus uestri tempus conuersamini scientes qd non cor-
ruptilibus argento ul' auro redempti estis de uana ura
conuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine
quasi agni incontaminati & unmaculati ebristi Iesu.
Non ergo aurum & argentum uos liberauit: sed probatio
fidei multo preciosior auro quod petit: bonus seruus
precium stude& reparare domino qd pro se solutum est
noli aurum parare filia noli argentum non diuitis istis
te xps redemit: Paratum habeto precium non semp exige-
ris: sed semper debes sanguine soluit sanguinem debes ille
pro te soluit: tu pro te redde erramus oppignorati malo
creditori peccatis contraximus cyrografum culpe pœnas
sanguinis debebamus: uenit dominus Iesus suum pronob
optulit. Sed non potest sanguinem reddere: bonus qui-
dem seruus deb& precium suum reparare domino suo: si
non potest precium reddere ul' hoc faciat: ne precio uide-
atur indignus. Ergo & tu dignum tegere tali precio: ne
ueniat xps qui te mundauit qui te redemit: & sit te i pec-

caro in uenerit dicat tibi. Que utilitas in sanguine meo :
quid profecit tibi dum descendo in corruptionem. Sed
ne mireris quomodo descenderit in corruptionem : cuius
caro ut alibi scriptum est : non uidit corruptionem. Descē
dit quidem in locum corruptionis quia penetravit inferna
sed corruptionem in corruptus exclusit. Virum ut iam
ad superiora redeamus rogare ut & mihi dicatur duc i
altum. & laxate retia uestra in capturam. Quis est enim
qui sine deo piscetur hanc plebem presertim cum tante re
pestates & procelle mundi huius obsistant : sed qn uult
Dominus iubet laxare retia & capitur multitudo piscium
nec solum una sed etiam altera nauis impletur : quia plu
res ecclesie immaculata plebe complentur : & bene acci
dit quia nos laboraturos Dominus sciebat : & auxilium
de socis ministravit. Adest piscator ecclesie bononien
sis aptus ad hoc piscandi genus : da domine pisces quia de
disti adiutores. Nec tm nostris sed apostolicis utimur
retibus : in illos synosce quosdam apsticarum disputatio
num recessus uestrum filie cogatur agmen : uiuificet
uos petrus filie qui & prouidua interuenit : quanto ma
gis pro uirgine qui diutius uiduas flere non passus motus
earum lachrymis suscitauit altricem : uiuificet uos paulus
qui te precepit honorari qui ait : Bonum est sic mane
ant : sicut & ego. Honore prouocat : magisterio docet
inuitat exemplo. Viuificet ille qui relictis suis omnibus
secutus est dominum : secutus est petrus : secutus est io
hannel. Vide quid piscator etiam iste profecerit dum in
mari lucrum suum querit uitam inuenit omniu lembus
deseruit deum reperit : scalmum reliquit uerbum inue
nit : Lina laxauit : fidem iunxit. Plicauit retia : hoies
eclauit : mare spreuit : celum acquisiuit. Hic ergo pi
scatur dum ipse turbato agitatur sal mobili mentel statu
one nutantes fundauit in petra. Adstruamus igitur pesca

toris artem frequentius: ut plenius de uirtute credam?
Fuit minister ignobilis: ut sit euangelista nobilior: et
paupertate egenus: ut uirtute locupletior: uilis ad ho-
norem uidetur sed pretiosus ad fidem: quanto minus
creditur piscatori: tanto amplius creditur quia non
sua sed diuina sunt que locutus est: Obsequii plebeia
conditio expectationem auferit sapientie secularis
opinionem auget sapientie spiritualis: qui legem non
didicit & que legis sunt sapit: ipse sibi lex est qui le-
gem non didicit & ultra legem loquitur ab eo acci-
pit a quo ipse lex uenit: que tam repentina dignitas
piscatores duo in monte Domini uni latiori alteri con-
feruntur. Videte qualis iste piscator sit. Moyses qui-
dem terrena omnia & mundane sapientie altitudinem
supergressus usque ad celum: & sidera prudentia
mentis ascendit: Piscatores istius mens non nubibus
caligatur: non temporibus includitur: Non mysterium
nature celestis excluditur: sed omnem corporalem ma-
teriam supergressa uerbum apud deum uidit: & quod
uerbum ipsum deus esse aspexit. Nec obitu carnis im-
petro: infirmata trepidauit. Sed dei filium etiam in
hominem deprehendit: ut assumptio corporis ad ius
diuinitatis adsumentis adscita in nomen transiret aucto-
ris: & moyses quidem cum dicit. Ego dixit deus: et
fecit deus. Patrem filiumque signauit: sed ille non igno-
rabat ego adhuc ignorabam: denique post lege populum
errauit post euangelium credidit. Magna in diuersis
uirtutibus dei gratia in illo: quia mundum descripsit: illo
quia mundum ignorauit: Amen.

DE VIRGINIBVS liber. iiii. explicus. Incipit ad hortatio
uiduitatis.

ENE ACCIDIT fratres ut quando tribus
libris superiobus de uirginum laudibus dis-

42

seruimus: uiduarum tractatus incidere. Neque enim in
honorat debuius preterire & a uirginum preconio se
parare: qual aptica sententia cum uirginibus copula
uit: iuxta quod scriptum est. Et mulier in nupta &
uirgo cogitat: que sunt domini ut sit sancta corpore
& Spiritu. Quodammodo enim magisterium uirgini
tatis uiduarum ualescit exemplis: que cum uiro casti
cubile custodiunt documento uirginibus sunt integri
tate deo esse seruandam. Et prope modum non infe
rioris uirtutis est eo abstinere coniugio: quod aliqui
delectauerit quod coniugii oblectamenta nescire. In uisq;
fortes ut eas & coniugii non poeniteat: cui fidem ser
uent conjugalia oblectamenta non alligent: ne uidean
tur infirme que sibi adesse non possint. In hac ipsa tamen
uirtute premia sunt: reposita libertatis. Mulier enim
iuncta est: quanto tempore uir eius libera est: cui uul
nubat tantum in Domino. Beatior autem erit si sic perman
serit secundum meum consilium dico: puto enim et
ego spiritum Dei habeo. E uidenter igitur expressit ap
postolus: quid intersit cum aliam iunctam esse dixe
rit: aliam beatorem esse memorauit. Id quod non iam
ex suo iudicio quod diuini spiritus docuit infusione deprop
tum: ut celestis ista non humana sententia uideretur.
Quid uero illud quod temporibus quibus famul omne
genus urgebat humanum: helyas ad uiduam destinatus
est. Et uide quemadmodum: propria singulis gratia
reueretur. Angelus ad uirginem: propheta ad uiduam
adde quod gabriel ille: hic helyas ut ex angelorum et
prophetarum numero prestantissimi principes uideantur
electi: sed non simplex uiduitatis laus est: nisi uirtus
etiam uiduitatis accedat. Nam utique multe uidue sed
una omnibus ante fertur: in quo non tam cetera reuocant
studio quod uirtutis prouocantur exemplo. Sollicitas igitur

aures prefacio facit: quamuis simplicitas intellectus ipsa
moralis sit que ad uirtutis exemplum uiduas cohortetur.
Quia non professione sed merito uidetur unaqueque prestare:
& hospitalitatis apud deum gratiam non perire q̄ potum
aque frigide. Sicut in euangelio ipse memorauit premio
eternitatis remuneretur amplissimo. Et farine breuis oleique
mensuram indeficienti a fluentium copiarum ubertate com-
pensat. Nam si quis degentibus dixit: comunia omnia a-
micorum esse debere: quanto magis debent esse comunia
cognatorum. Cognati enim sumus: qui in unam seriem
corporis copulamur. Sed t̄m non prescripto quodam hospi-
talis fine concluditur. Cur enim proprium id quod in
seculo est putet cum comune sit seculum: aut cur priuatos
terre depulet fructus cum terra comunis sit. Respicite igit̄
uolatilia celi: quoniam non serunt neque metunt. Et enim
quibus nihil est proprium: nihil deest & sententia sue des-
arbitere nouit seruare promissum. Deniq̄ auis non congre-
gant & redundant: quia pater celestis pascit illas. Nos aut̄
generalis momenta sententia: ad usus proprios deriuantes.
O mne inquit lignum quod habes in se fructus seminis satura-
uerit uobis in escam: & omnibus bestis & omnibus auibus
& omnibus serpentibus super terram. Congregandos egemus
& congregando uacuamur. Non possumus enim sperare
promissum: qui non seruamus oraculum. Salubre est igit̄
preceptum q̄ hospitalitatis aduertere: ut hospitibus deseramus
quia nos quoq̄ sumus hospites mundi. Quam uero sancta ui-
dua que cum fame uigeretur extrema uenerationem deo
debitam reseruabat: nec soli sibi usurpabat alimenta sed cū
filio diuidebat. nec caro pignori superuicere magnum
pietatis officium: sed religionis ubertus. Nam sicut neminem
filio oportuit anteferrī: ita propheta dei & filio preferri de-
buit & saluti. Cui non exiguum uictum: sed uite sue omne
subsidiū estimanda est detulisse: que nihil reliquit sibi t̄m

hospitalis ut totum dare: tam fidelis ut cito crederet.
Ergo uidua non abstinentia tantum corporis definitur sed
uirtute signatur: cui precepta non ego do sed apostolus
tribuit: honorificentiam non solus impartio: sed gentium
doctor prius detulit dicens. Viduas honora: que uere uidu
e sunt. Si qua autem uidua filios aut nepotes habet: discat
primum suam domum regere: & mutuam uicem reddere
parentibus. Unde aduertitur utrunq; parentis affectum ui
duae inesse debere: ut filios diligat parentibus deferat: ita
dum obsequium parentibus rependit magisterium exercet in
filios: suaq; se ipsa remuneratur officio: cum id quod alius
defert sibi proficit. Hoc enim acceptum est: coram deo. &
ideo si cogitas uidua que dei sunt: debet id sequi qd domino
placere didicisti: & supra quidem sanctus aplos ad continentie
studium uiduali cohortatur dixit eas cogitare que sunt dñi.
A libi autem ubi eligitur uidua que probata est non solum
cogitare precipitur: sed etiam sperare de domino. Que eni
uera inquit uidua est: & desolata sperat in dominum & istat
obsecrationibus & orationibus nocte ac die. Nec in merito
has in reprehensibiles ostendit esse debere: quibus ut opus
uirtutis indicitur: ita etiam honorificentia larga deferatur ut
etiam ab episcopis honorentur. Qualis autem eligi debeat ip
so doctoris sermone describitur. Non minus inquit. xl. an
norum: que fuerit unius uiri uxor. Non quo senectus sola
uiduam faciat: sed quod uiduitatis merita stipendia senec
tutis sunt. Nam utiq; illa preclarior que calore adulescentie
iunioris feruescentem edomat etatis ardorem: nec mariti gra
tiam nec uberiora liberorum oblectamenta desiderans: q̄
effecta iam corpore frigida senectute matura cui: nec cale
re uoluptatibus potest: nec sperare de partu. Neque uero si
qua insecundas nuptias incidit: qualis utiq; apostolica precep
ta non damnat: quasi fructu pudoris ammissio si rursus fuerit
soluta uiro: ab affectu uiduitatis arcetur. Habebit illa quide

uel sere meritum castitatis sed probatior erit que alteri
non fuerit expecta coniugium. In illa enim studium e-
minet castitatis: hinc aut senectus aut pudor modum
uidetur fecisse nubendi. nec solum tantum castitas cor-
poris uide fortitudo est sed magna & uberrima disci-
plina uirtutis. Que in operibus bonis testimonium ha-
beat filios educauit si hospitio receperit si sanctorum
pedes lauerit: si tribulationem patientibus subministra-
uerit: si postremo omne opus bonum fuerit subsequata.
Vides quod multas uirtutum comprehendit & disciplinas.
primum pietatis officium secundum hospitalitatis stu-
dium & humilitatis obsequium. tertium misericor-
die ministerium. liberalitatisque subsidium ad summam
omnis executionem boni operis flagitauit. Et ideo
adulescentiores deuitandas putat. eo quod non queat tante
opera implere uirtutis. Et enim uicina est lapsibus
adulescentia: quia uariarum est cupiditatum feruor
calentis inflammata etatis. Bonique doctoris est materi-
am accere peccati. Prima enim institutionis est disci-
plina culpam auertere: secunda uirtute infundere tunc
cum scierit apostolus annam illam ab adulescentia octoge-
nariam uiduam dominicorum operum extitisse pre-
nuntiam non puto quod uiniores reuertendas putarit a ui-
ditatis affectu maxime cum dixerit. Melius est nu-
bere quam uiri. Nam utique pro remedio nuptias suauit
ut peritura sanetur: non pre electice scripta casta est
continent. quid sequatur aliud est enim subuenire la-
benti aliud suadere uirtuti. Et quid de humanis iu-
dicis loquar cum diuinis iudicis nullo grauius uidei
dominum lesisse prodantur quam quod uidue gratiam mino-
rumque iura uiolarent. Hec propheticis causa uocibus
conclamatur: que meritum iudeis refectionibus inuexo-
rit. hanc sola causa delicti inuidiam mitigatura memo-

ratur: si honoretur uidua minoribus equi iustitiam
iudici deferatur. Sic enim habet. Iudicare populo &
iustificare uiduam: & uenite disputemus dicit dominus.
Et alibi pupillum & uiduam suscipi & alibi uiduam
eius benedicent benedicam. In quo ecclesie quoque fi-
gura preterit. Videat igitur sancte uidue nequaquam
lubrico munit studio deserendum: quod diuine bene-
dictionis subsidium honoratur. Quid uero illud ut ^{ad} supe-
riora redeamus: quod cum in omni terra esset famis ma-
xima: uidue tamen deo cura non fuit atque ad alendam eam
propheta directus est. In quo cum me admoneat dominus.
quod in ueritate dicturus sit ad ministerium uidetur sol-
licitare aures. Quid enim uerius christi & ecclesie potest
esse mysterio. Non igitur ociose inter multas uiduas una
preferatur: que enim talis ad quem tantus propheta qui
ad celum raptus est dirigatur: eo presertim tempore
quando clausum est celum annis tribus & mensibus sex.
cum facta esset famis magna in omni terra. Vbiq; ergo
famiserat: & adhuc tamen haec uidua non egebat. Qui sunt
isti tres anni forte illi quibus dominus uenit in terras et
fructum inficulnea inuenire non potuit: iuxta quod
scriptum est. Ecce anni tres sunt ex quo ueni querens
fructum inficulnea hac & non inuenio. haec est profec-
to uidua illa de qua dictum est. Letare sterilis que non
parit erumpe. Et exclama que non parturis: quonia
multi filii deserte magisquam eius que habet uirum.
Et bene uidua: cui benedicatur. Ignominie & uiduita-
tis tue non eris memor: quia ego dominus qui facio te.
Et fortasse ideo uidua que ammisit quidem uirum. secun-
dum corporis passionem: sed in die iudicii filium hominis
quem ammisisse uisa est receptura. Tempus enim bre-
ue inquit dereliquit. ut gloriosius scilicet fidem re-
licta seruet. Habent itaque omnes qui imitentur exemplum

uirginis nupte uidue. Et fortasse ideo ecclesia uirgo &
nupta uidua: quia unum corpus in xpo sunt. Hec igitur
illa uidua est propter uerbi celestis siccitatem cum esset interitus
propheta sunt destinati: erat enim que sterilis erat: sed par-
tum suo tempore reseruabat. Unde nec illius nobis uidetur per-
sona mediocritatis: qui aridam terram uerbi rigauit rore cele-
stis: clausumque celum non humana utique potestate reserauit.
Quis enim est qui celum potest aperire nisi xps: cui quotidie
de peccatoribus cibis ecclesie cumulo congregatur. Neque
enim humane facultatis est dicere. Hydria farine non de-
ficiat & uas olei non deficiat usque in diem quod abit dominus *pluuia*
super terram. Nam licet mos sit ita prefari prophetis: tamen
hic uera dei uox est. Ideo premissum est quia hec dicit
dominus: domini est enim perpetuitate sacramentorum
spondere celestium: & non defuturam spiritualis exulta-
tionis gratiam polliceri largiri munimenta uite fidei sig-
cula dona uirtutum: quid autem est usque in illum diem
abit dominus pluuiam super terram: nisi quia descendet
sicut pluuia in uellus & sicut stillantia stillantia super
terram. In quo ueteris mysterium reseruatur historie: quo
sanctus gedeon mystici certaminis preliator future capiet
insigne uictorie spiritale sacramentum uigore mentis agn-
uit pluuiam illam uerbi rorem esse diuinum: que primo plu-
uit in uellus cum terra omnis perpetuis siccitatibus estuaret & se-
cundo uero iudicio uniuersa terrarum fusio hymbre made-
fecit: cum siccitas esset inuellere. A uertit enim uir presa-
gus futuri ecclesie crescentis insigne. Nam primo intra
uideam diuina coepit ros sermoni sumescere. Notus enim
in uidea deus. Cum arido fidei totius orbis uniuersa torre-
rent: sed ubi ioseph greges deum negare coeperunt: & ausu-
uatio inmanium delictorum contrahere diuinitatis offensam:
Tunc per omnes terras fusio hymbri rore celestis populus
uideorum estu perfidie sue cepit arefcere: cum ecclesiam

sanctam ex omnibus terrarum partibus congregatam pro-
phetice nubes & salutaris hymbet apostolicus irrigaret
Hec est illa pluuia non terrarum humido non nebuloso co-
gregata creta montium: sed celestium scripturarum sa-
lubri per totum orbem hymbre diffusa. Ostendit igitur
exemplo non omnium esse diuine mereri miracula pote-
statis: sed eorum quibus religiose deuotionis studia suf-
fragantur: et diuini eos fructu opis abdicare qui reueren-
tie sunt celestis exortes. Ostenditur etiam in mysterio qd
ad restaurandam ecclesiam Dei filius humani corporis sacra-
menta suscepit abdicato populo iudeorum: quibus consi-
liarius & propheta beneficiorum qd adempta sunt miracula
diuinorum: eo qd ciuico quodam inuidie naeuo in dei
filium credere noluerunt. Docuit igitur scriptura quan-
ta conlatio gratie: quantum etiam sit munus diuine bene-
dictionis in uiduali. Quibus quoniam honorificentia a Deo
tanta confertur ex re: est aduertere qualis debeat ui-
ta competere. Docet enim anna quales deceat esse uiduali
que in maturo matris obitu destituta: mature tamen ado-
ream laudis inuenit: non minus religionis officio qd studio
castitatis intenta uidua inquit lxxx. & uij. annorum uidua
que non descendens de templo uidua: que ieiunus & obse-
rationibus die ac nocte seruare. Vides qualis uidua predi-
cetur unius uiri uxor etatis quoq; iam probata processu uui-
da religioni & effeta iam corpori: cui diuersorium in tem-
plo colloquium in prece uita in ieiunio qd dierum noctuq;
temporibus indefesse deuotionis obsequio cum corporis a-
gnoscente senectutem pietatis tñ nescire etatem. Sic insti-
tutura iubent ut e uidua sic predicatur in senectute uetera-
na: que uidualitatem non occasione temporis non in becilli-
tate corporis: sed uirtutis magnanimitate seruauerit. E-
enim cum dicit septem annis eam cum uiro fuisse a uirginitate
sua. Ab adolescentie utique studus in cohabata predicat sibi

licia senectutis. Docemur itaque triplicem castitatis
esse uirtutē: unam conjugalem aliam uiduitatis tertiā
uirginitatis. Non enim sic aliam predicamus: ut ex-
cludamus alias suis quibusq; professionibus ista conclu-
cunt in hęc ecclesie opulenti disciplinaq; quos p̄ferat
habēt quos reiciat non habēt atq; utinam nunq̄ habēt
possit. Ita igitur uirginitatem predicauimus ut uidu-
al nō reiceremus: ita uiduas honoramus ut suis bono
coniugio reseruetur: non nostra hęc precepta sed diui-
na testimonia docent. Reminiscamur itaq;: quemad-
modum maria q̄admodum anna q̄admodum susanna
laudentur. Et quoniam non laudes earum tantūmodo
predicandę sunt sequende reminiscantur: ubi susanna
ubi anna ubi maria sunt reperte & ad uertamus quem-
admodum singule aptis laudibus predicentur: et ubi
nam comorentur nupta in paradiso uidua in templo
uirgo in secreto. Sed in illis tardior fructus: in uirgi-
ne maturior. Illas senectus probatur uirginitas laus e-
tatis est: nec adiumenta querit. Amorū q; omnium
est fructus etatum: adulescentia decet iuuentutē orna-
ta amplificat senectutem: omniq; euo habēt iustitie sue
canos maturitatē grauitatis uelamen pudoris qui deuo-
tionem non impediāt: religionē augeat. Aduertimus
enim ex sequentibus: quia qd̄ annis in die solenni pasce
sancta maria cum yoseph hierusalē petebat. Vbiq; impi-
eta deuotio: ubiq; adfiduus uirginū comes pudoris adiu-
gitur. Nec inflatur domini mater: quasi secuta de meri-
tis: sed quo meritum manus agnouit eo uotum uberius
exsoluit officium copiosius detulit munus religiosius ue-
xit mysticum tempus impleuit. Quanto igitur uos ma-
gis conuenit intentas esse studio castitatis: ne locum si-
nistrę relinquatis opinioni: que pudicitie testimonium
in solis habetis moribus. Virgo enim licet in ea quoq;

maior sit morum prerogatiua q̄ corporis: calumnia tñ
integritate carnis abiurat uidua que probande subsidii
uirginitatis amiserit: non in uoce obstetricis sed in suis
moribus habet castitatis examen. Docuit igitur scriptu-
ra q̄ aduentus uidue esse debeat: & religiosus affectus.
Docuit etiam libro eodem: sed alio loco q̄ misericordem
in pauperes: & liberalē esse conueniat. Nec paupertatis de-
bere contemplatione reuocari: quia liberalitas non cum
lo patrimonio sed largitatis diffinitur affectu deniq̄ domi-
nica uoce illa uidua omnibus ante fertur: de qua dictū est.
Vidua hęc plus omnibus misit. In qua moraliter Dñs
instruit uniuersos: ne quis a collatione ministerij paup-
tatis pudore reuocetur: nec sibi diuites blandiant plus
conferre q̄ pauperes. Vberior est enim numus e paruo:
q̄ thesaurus e maximo: quia non quantum detur sed q̄
tum resideat. Expenditur nemo plus tribuit: q̄ qui si-
bi nihil relinquit. Quid tu diues egeni comperatione
te uetas: & cum tota oneretur auro preciosam p̄ humū
trahens uestem quasi inferior tuus: & parua diuitū ho-
norari desideras: quia in opem collatione uicisti & flu-
mina superfluant cum redundant: gratior tñ haustus
e riuulo est: spumant & multa dum feruent nec dam-
nam putat agricola q̄ effluerit gementibus aris: dum
ceditur messis frumenta dissiliunt: sed deficientibus messi-
bus non deficit hydria de farina: & plena olea testa desu-
dat: exinanuit tñ dolia diuitum siccitas cum uidue
pauxillulum olearium redundat. Non igitur quid fasti-
dio expuas: sed quantum deuotione confetas estimandū
est. Deniq̄ nulla plus tribuit: q̄ illa que de filiorum a-
limentis pauit prophetam. & ideo quia nulla plus merui-
t. Hęc moraliter nec mystice tñ despexeris hanc mulierem i
gazo filaciū duo era mittentem: magno plane foemina
que diuino iudicio meruit omnibus ante ferri. Ne forte

illa sit que de fide sua ad subsidium hominum: duo testa-
menta contulerit. Ideo nulla plus fecit: nec quisq; homi-
num quantitate potuit collationis equare: que fide cum
misericordia copulauit. Et tu igitur quecumq; uitam stu-
dio uicuitatis exerceas: ne dubites ad gazofilacium duo era
deferre uel fidei plena uel gratie. Felix illa que de the-
sauro suo integram regis humaginem proferat. Thesaur⁹
tuus sapientia: thesaurus tuus castitas atq; iustitia est: the-
saurus tuus intellectus bonus. Qualis ille thesaurus fuit
de quo magorum uiri aurum thuris myrrham cum adora-
rent Dominum protulerunt: auro regis potentiam decla-
rantes Deum: thure uenerantes: myrrha resurrectionem
corporis confitentes. Habet & tu thesauru hunc: si uere
requiras. Habemus & enim thesaurum in uasis fictilibus.
Habet aurum quod conferas. Non enim renitentis metalli p-
cium de te deus exigit: sed illud aurum quod iudicii die
nequeat ignis exurere. Nec dona preciosa deposcat sed o-
dorem fidei quem altaria tui cordis exalent: & religiose
mentis spiritus affectus. Ex hoc igitur thesauro non solum
magorum tria munera: sed etiam duo uidue era premunt.
In quibus integra celestis hymago regis effulgeat splendor
glorie eius: & hymago substantie bona: & illa plane
laboriose stipendia castitatis: que de suo opere quodia-
no qd penso conferat uidua. Nocturnis pariter ac diur-
nis iugi exercens labore pensa temporibus: & pudicitie
questuose per iugis opere mercedem congregans: ut inte-
meratum defuncti coniugis cubile custodiat: alere dulces
liberos possit ministrare pauperibus. Hec est preterea
diuitibus: hec est que xpi iudicium non timuerit hanc
emulamini filie: bonum est enim emulari in bono semp
emulamini meliora carismata. Spectat uos dominus
spectat inquam iesus cum ad gazofilacium acceditis: & de
bonorum operum mercedibus stipem putatis egentibus co-

ferendam. Quantum est igitur ut et tua conferas & xpi
corpus adquiras. Noli g' uacua prodire in conspectu domi
nicetui: uacua misericordie uacua fidei uacua castita
tis. Non enim inanet dominus: sed uirtutibus optima
spectare ielus: & laudare consuevit. Videat te adolesce
ntia laborantem: uideat ministrantem. Hoc est enim
merces quam deo debes: ut de aliarum quoque profes
sionibus mercedem tuam deo conferas: nulla merces deo me
lior q' ea que habet pietatis munera. An uero mediocri
tibi uidua illa uidetur nemini: que uiduitatem suam
messis manipulis sustentabat aliene: quam euo grauem
alebat nurus. Nam hoc quoq' & ad subsidium & ad gra
tiam uiduarum proficit: ut ita instituant nurus suas
quo possint in his mature habere subsidium senectutis.
& quasi stipendium magistrum mercedem quoque sue ca
pere discipline: Et enim que bene instituerit bene eru
dierit nurus suam: rith ei de esse non poterit: que ui
duitatem socrus paternae domui preferat. & si uir quoq'
eius mortuus fuerit: non relinquat tamen alac inopem
soleat merentem: nec dimissa discedat. Nescit enim ege
re optima disciplina: sic illa noemin duobus destituta a
filis: & marito que fructus fecunditatis annulerat pie
tatis emolumenta non perdidit. Nam & solacium mero
ris: & subsidium paupertatis inuenit. Videtis igitur sanc
te foemine: q' fecunda sit uiduitas prole uirtutum: me
ritorumq' suorum sobole que perire non possit. Dona igit'
uidua egere non nouit: & si fesse fuerit etatis & supreme
paupertatis eruditionis tamen sue sol' habere mercedem:
& si proximi defuerint inuenit tamen extraneos qui ma
trem colant reuerentur parentem: paruulq' alimentorum
sumptibus mercedem cupiant sue commendationis adqui
rere: plus & enim uidue rependunt merita q' cibis que
rit sumptus impendit. Sed si tristis uidetur ducere dies

& lachrymis tempus exigere hoc beatorum quam perpetua
sibi gaudia exiguis fletibus emit paruisque momentis te-
pora adquirit eterna quibus benedicuntur. Beate tri-
stis: ipse enim ridebitis. Quis igitur falsas presentium
himagines gaudiorum future securitatis preferat uo-
luptati? An despicabilis nobis auctor uidetur ille do-
minici corporis auctor electus: qui cinerem sic panem
manducabat & potum cum fletu miscebat: ut uesp-
tini lachrymis matutine sibi letitiam redemptionis
adquireret. Unde igitur plurimum gaudere meruit
nisi quia plurimum fleuit: & tanquam lachrymarum
suarum pretio future sibi glorie gratiam comparauit.
Habere igitur uidua bonam commendationis materiae sue
ut dum uirum lugere fleat seculum: & in promptis
in lachryme redemptrices dum penduntur mortuis
uiuentibus profuturæ. Paratus est inestitudine ani-
mi fletus oculorum: misericordiam conciliat: labore
minuit: dolorem ableuat: seruat pudorem: nec iam
misera sibi uidetur: que consolationem in lachrymis
habet. In quibus sunt charitatis stipendia pietatis
officia: sed nec fortitudo bone uidue deesse consuevit.
Hæc enim uera est fortitudo que natura est: fortitudo
que nature usum sexus infirmitate mentis deuotione
transgreditur. Qualis in illa fuit: cui nomen uidith
que uiros obsidione fractos percussos metu tabidos
fame sola potuit a colluione reuocare ab hoste de-
fendere. Et enim ut legimus cum holofernes successi
multorum: terribilis preliorum intra muros innumera
uirorum milia coegisset armatis pauentibus: & de ex-
trema iam sorte tractantibus extra murum processit:
& illo prestantior exercitu quem liberauit: & eo for-
tior quem fugauit. Sed ut discas mature uiduitatis
affectum: seriem ipsam persequere scripturarum. A die

bus enim uiri sui quibus ille defunctus est uestem iocun-
ditatis deposuit. Merorū adsumpsit per omnes dies in-
centa ieiunio sabbato tantum & dominica sacratorūque
temporibus feriarum non refectioi indulgens sed reli-
gioni deferens. Hoc est enim. Siue manducatis siue bi-
bitis: in nomine iesu xpi agenda esse omnia. Ut etiam
ipsa refectio corporalis: sacro religionis cultu deferatur.
D iuturnis igitur meroribus & quotidianis roborata ieiuniis
sancta uidua: que seculi oblectamenta non querens & peri-
culi negligens mortisq; contentu fortior in comento strue-
ret dolum. ueste illam iocunditatis quam uiuente uiro
uestiri solebat se induit: quasi placitura uiro si patriam Li-
beraret. Sed uirum alium uidebat: cui placere querebat
illum utiq; de quo dictum est. Post me uenit uir: qui ante
me factus est. **E** bene conjugalis pugnatu resuplit or-
natus: quia monumenta coniugii armata sunt castitate.
N eque enim uidua aliis: aut placere possit aut uincere. Quid
cetera persequamur: q̄ inter milia hostium casta permansit.
quid eius sapientiam predicemus: q̄ huiusmodi est come-
ta consilium: ut dum potentem eligit intemperantiam a se
inferioris arcere & occasionem parare & uictorie abstinentie
meritum pudicitie gratiam reseruare. Nec cibo enim
ut legimus maculata nec adultero non minorem seruate
castitatis ex hostibus reuexit triumphum: q̄ patrie libe-
rate. Quid sobrietate loquar temperantia enim uirtus est
feminarum inebrietatis uino uiris: & sonno sepultis ab-
stulit uidua gladium exeruit manum bellatoris abscedi
caput per medias hostium acies intemerata processit.
A duertis igitur quantum nocere mulieribus possit ebrie-
tas: quando uiros uina sic soluunt: ut uincantur a femi-
nis. **E** sto igitur uidua temperans casta primum a uino:
ut possis casta esse ab adultero: nequaquam te ille tempta-
uit si uina non temptent. Nam si uidua bibisset & dormisset

cum adultero : sed quia non bibit haud difficile liberos
ebrios exercitus unius sobrietat & vincere potuit & elu-
dere. Nec dextere tantum hoc opus : sed maiora trophea sa-
pientie. Nam manu solum holoferne uicissim : consilio aut
omnem hostium uicit exercitum . Suspenso enim holofer-
nis capite : quod uirorum consilio non potuit excogitari
suorum erexit animos hostium fregit suos pudore exercitum
hostes quoque terrore pellens eo quod celi sunt & fatigati . Ita uir
uidue temperantia atque sobrietat non solum naturam suam
uicit sed quod est amplius fecit : uiros etiam fortiores nec tim-
elata successibus cui utique gaudere & exultare licebat : iure
uictorie uiduitatis reliquit officium : sed contemptus omnibus
qui eius nuptias ambiebant uestem iocunditatis deposuit ui-
ditatis resumpsit : nec triumphorum suorum amauit orna-
tus illos estimans esse meliores quibus uicia corporis quam qui-
bus hostium arma uincuntur . Ac ne una uidua tantum
hoc opus imitabile aliis uideatur implese plures alias : uel
pariles uel proxime fuisse uirtutis nequaquam dubitandum ui-
detur : bona enim segetes plurimas spicas fructu refertas ferre
consuevit . Nec dubites illam ueterem segetem temporum
initia plurimum foeminarum moribus fecundasse : sed quia
prolixum est compleri omnes cognoscite alias & precipue
deboram cuius nobis prodidit scriptura uirtutem . Hae-
c enim docuit non solum uiri auxilio uiduas non egere uerum
etiam uiris posse esse subsidio : que nec sexus infirmitate re-
uocata munia uirorum obeunda suscepit & suscepta cumu-
lauit . Denique cum iudei iudicium regerentur arbitrio
qui uirili non poterant uel equitate regi uel uirtute defen-
di bellis . Hinc inde ardentibus deboram sibi : cuius rege-
tur iudicio cooptarunt . Itaque multa milia uirorum una
uidua & in pace rexit : & ab hoste defendit multi iudices
in israel . Sed nulla ante iudex foemina : multi iudices post
iesum : sed nullus propheta . Et ideo lectum istius puto esse

Iudith: & gesta eius arbitror esse descripta ne mulieres
a uirtutis officio mulieribus sexus infirmitate reuocentur.
uidua populos regit: uidua ducit exercitus: uidua duces
elegit: uidua bella disponit: mandat triumphos. Non
ergo natura est rea culpe nec infirmitati obnoxia: stre-
nuos enim non sexus sed uirtus facit & in pace quidem
nulla querimonia nullus error mulieres inuenit: cum
pleriq; non mediocrum peccatorum auctores populo
suo iudices extissent: ubi uero chananei gens ferox p-
lio & affluentium copiarum opima successu hostiles
in populum iudeorum animos extulerunt: uidua pre-
ceteris bellicos instruit apparatus: & ut discas non pu-
blicis copiis domesticas necessitates fuisse subnixas: sed do-
mesticis disciplinis minus publicum gubernatum domo
propria filium ducem producit exercitus: ut agnoscat
q; possit instituere uidua bellatorem quem quasi mater
erudit: quasi iudex preposuit: quasi fortis instituit: q; i
prophetis uictorie docet barach filius dicens. Nisi tu
ueneris mecum non ibo: quia non noui die in qua dirigi-
t dominus angelum suum mecum. Quanta g; femine
istius uirtus cui dux dicit exercitus: nisi tu ueneris non
ibo. Quanta inquam uidue fortitudo que a periculis fi-
lium nec materno reuocat affectu: immo ad uictoriam
filium studio matris hortatur dicens. q; in manu mulieris
sit summa uictorie. Debora g; prelii prophetauit euentu
barach uisus produxit exercitum. Iabel cepit triumphum
huius enim propheta futurum nobis ortum surrecture
ex gentibus ecclesie reuelauit: cui triumphus de hilita spi-
ritalis: hoc est de aduersariis potestatibus que refertur.
Nobis igitur prophetarum oracula dimicauerunt: nobis illa
prophetarum iudicia & arma uicerunt. Et ideo non
populus iudeorum: sed etiam iabel uictoriam de hoste
quesiuit. Infelix g; populus qui hostem quem fugauit

persequi fidei uirtute non potuit. Itaq; illorum delicto
salus gentibus illorum desidia nobis seruata uictoria ē.
Iabel ergo prostrauit sisaram quem tū corusco duce: hoc
enim significat interpretatio barac manus ueterum fuga
uerat iudeorum. Frequenter enim ut legimus orationib;
& meritis prophetarum celestia patribus affuere subsidia.
Sed his iam tunc de nequitus spiritalibus de uictoria para
batur: quibus dicitur in euangelio. Venite benedicti pa
tris mei: possidete paratum uobis regnum a constitutiōe
mundi. Ergo principium uictorie a maioribus finis in
ecclesia. Ecclesia autem non armis specularibus uincit
aduersarias potestates: sed armis spiritalibus que sunt
fortia dum ad destruendas munitiones & altitudinem
nequitie spiritalis. Et ideo si sare sitis lactis poculo re
stringitur: qua ratione superatur. Quod enim nobis
salutare ad escam: hoc aduersarie potestati letale ad in
firmitate. Arma ecclesie fides: arma ecclesie oratio ē.
que aduersarium uincat. Ergo secundum hystoriam
ad prouocandos animos feminarum femina iudicabit
femina disposuit: femina prophetauit: femina triūpha
uit: & preliaribus inter mixta copis imperio uiros do
cuit: militare femineo secundum mysterium uiro fidei
militia ecclesie uictoria est. Non ergo habetis quod p
naturam uos excusetis: femine non habetis uidue q; ad
infirmitatem sexus admissionem subsidium maritalis mo
bilitate uestram referre possitis. Satis unicuiq; presidi
est: si uirtus animi non desit. Et ipse inuidius frequē
processus etatis munimen pudoris est: & ipse amissus
coniugis dolor usus operis domus cura sollicitudo libe
rum: noxiam pudoris sol & arcere lasciuam: atq; ipse
lugubris habitus pompa funebris fletus adsiduus & me
ste frontis in arantibus rugis impressa tristitia petulanti
um premit oculos restringit: libidines procaces auertit

aspectus: bonus custos pudoris pietatis dolor non obrepat cul-
pa sicura non desit. Didicistis igitur uidue subsidio uos non
egere nature: & posse salubritatem tenere consilii nec do-
mestico indigere presidio: que etiam publice potestatis a-
picem potentie uindicare sed fortasse dicit aliqua ei tole-
rabilem uiduitatem cui profluant res secunde: aduersus
uero uiduas cito frangi facile subcumbere: de quo & si ipso
doceamur usu leta uiduas lubrica magis esse quam seriatim
scripturarum instruumur exemplis. Infirmis quoque
uiduarum non desse solere subsidia: faciliusque quam ceteris
diuina atque humana suppetere. Si bene filios instituant:
generos legant. Denique cum socrus symonis magnis febribus
detineretur: petrus & andreas rogauerunt dominum
pro ea. Et stans super illam imperauit febris & remisit
illam: et continuo surgens ministrabat illi. Magnus in-
quit tenebatur febris & rogauerunt illum pro ea: &
tu habes proximos qui pro te supplicent. Habet apostolos
proximos: habet martyras proximos: si ipsa martyribus de-
uotionis societate. Misericordie quoque muneribus appro-
pinquet. Proximus est enim qui misericordiam fecit: fac
& tu misericordiam & eris petro proxima. Non sagui-
nis necessitudo sed uirtutis cognatio proximos facit: qua
non in carne ambulamus sed spiritu: amamus ergo propinquitatem
petri affinitate andree: ut pro te rogent: & recedat
cupiditate tue uerbo dei pulse: surgat illico que in terris
iacebat & christo ministrat. Nostra enim conuersatio ince-
lit est: unde & salutare expectamus dominum iesum. Ne-
mo ergo iacens christo ministrat. Ministra pauperi: & mi-
nistrasti christo. Quod enim uni horum fecistis: mihi in-
quit fecistis. Habetis ergo uidue auxilium: si tales uobis
generos posteritatis uestrae patronos tales proximos eli-
gatis. Ergo rogauerunt pro uidua petrus & andreas: u-
tinam existat aliquis quam tam cito possit rogare pro nobis

Vel certe iste qui pro socio rogat Petrus: & andreas fra-
ter eius. Tunc enim pro affinitate poterant: nuntias
possunt pro nobis & pro omnibus impetrare. Videtur
enim quod magno peccato obnoxia minus idonea sit que
pro se precetur certe que pro se impetrare: adhibeat ergo
ad medicum alios precatores. Egri enim nisi ad eos alio-
rum precibus medicus fuerit inuitatus pro se rogare non
possunt: infirma est caro mens egra est & peccatorum
uinculis impedita ad medici illius sedem debile non potest
explicare uestigium. obsecrandi sunt angeli pro nobis
qui nobis ad presidium dati sunt. Martyres obsecrandi
quorum uidemus nobis quodam corporis pignore patro-
cinium uindicare possunt pro peccatis rogare nostris. qui
proptio sanguine etiam si qua habuerunt peccata lauerunt.
Isti enim sunt dei martyres uestri presules speculatores ui-
te: actuumque nostrorum non erubescamus eos intercesso-
res nostre infirmitatis adhibere: quia ipsi infirmitate cor-
poris & cum uinceret cognouerunt. In euangelio Petri
socio qui pro se rogarent: & tu uidua inuenis qui pro te
supplicent. Si qua si uere uidua & desolata in deum spes
in istel obsecrationibus insistat orationibus afficias corpus tu-
um: quasi quotidie moriens ut moriendo reuiuiscas. Fu-
gias delicias: etiam egra saneris. Nam que in deliciis uiuet
morta est. Sublata tibi est causa nubendi: habes qui
pro te intercedant: ne dixeris destituta sum querela nup-
ture est: ne dixeris sola sum castitas solitudinem querit
pudica secretum impudica conuentum: sed negocium ha-
bes & intercessorem aduersarii ueneris apud iudicem pro
te dominus interuenit dicens. Iudicate pupillo: & iustifi-
cate uiduam. Sed patrimonium ius tuum manus pudoris est
patrimonium: quod melius regit uidua quam nupta. Seruus
peccauit ignosce melius est enim alterius culpam ferat: quam
tuam prodas. Sed ius nubere licet non habet crimine simplex

uoluntas causam non quero. cur fingitur si honestum
putas fatere si incongruum sile ne accuset deum. ne accu
set propinquos q̄ presidia tibi desint. utinam non desit
uoluntas. ne te consulere liberis dicas quibus matrem eri
pis. Est etiam q̄ facultati licet etati non licet. cur ma
terne parantur nuptie inter nuptias filiarum & plerunq̄
post nuptias. cur adulta filia discit prius sponsum ma
tris erubescere. Suasimus fateor ut uestem mutares. nō
ut flammam sumeres ut a sepulchro recederes. non
chalamum prepares. Quid sibi uult noua nupta post ge
neros. q̄ indecore est iuniores habere liberos q̄ nepotes.
Sed ad propositum reuertamur nequi nostrorum dolemus
uulnera peccatorum. medicum relinquamus & dum ali
eni medemur ulceribus. ulcera nostra cumulemus. Ro
gatur ergo hic medicus ne timeat quia magnus est domi
nus. & fortasse ad egram dedignetur uenire. Venit enim
ad nos sepe de celo. nec solum diuites. Sed etiam pauperes
solus & seruos pauperum uisitare. uenit & nunc rogatus
ad petri socrum & stans super illam imperauit hęc febris
& remisit illam. & continuo surgens ministrabat illi. Si
cut dignus memoria ita dignus desiderio. dignus etiam cha
ritate dominice in singulos dignationis affectus. & facta
miranda uisitare uiduas non dedignatur. & tuguri uilis
penetrata angusta succedere quasi rex imperat. quasi hō
uisitat. Gratias euangelio per quod etiam nos qui oculis
nostris uenientem i hunc mundum non uidimus christum
uidemur ei dum facta eius legimus interesse. ut sicut illi q̄
bus ad propinquabat. fidem mutabantur ex eo. Ita etiam
nobis dum gestas eius credimus ad propinquat. Vides qua
lia habeat genera sanitatum. imperat febris. imperat spiritibus
in mundis. alibi ipse imponit manus. non solum igitur
uerbo sed etiam tactu. egros curare consuevit. & tu igitur
que uariis mundi estuas cupiditatibus. uel forma uiri ali

cuius capta uel pecunia roga christum: adhibe me-
dicum porrige ei dexteram tuam: tangat interiora
tua Dei manus: uerbiq; celestis gratia interiorum ue-
nas scrutetur animorum: pulsa Dei dextra secreta
cordis. Alii oculos luto inlinit ut uidere possint
creatorq; omnium docet nos nostre memores debere
esse nature: & corporis cernere uilitatem. Nemo eni
magis potest uidere diuina: nisi qui humilitate conscia
sui nescit extolli. Alius sacerdoti se offerre precipitur
ut carere in perpetuum lepre possit exuius. Solus enim
mentis & animi potest seruare mundiciam: qui ei sa-
cerdoti se nouit offerre quem pro peccatis nostris acce-
pimus aduocatum illum utiq; cui dicitur. Tu es sa-
cerdos in eternum: secundum ordinem melchisedech.
Nec uereare moram aliquam sanitatis: nescit indumentu:
qui sanatur a xpo opus est ut remedium adhibeas qd
acceperis. Simul enim ut preceptum dederit: cecus
uidet: paralyticus ambulat: mutus loquitur: surdus
audit: febricitans ministrat: Lunaticus liberatur. Et
tu igitur quecumq; indecore alicuius rei cupiditate
languescis: obsecra dominum fidem deser: nec ullam
timeas moram: ubi adestratio adest uerbum fugatur
cupiditas libido discedit: ne confessionis uerearis offe-
sam: imo magis presumere prerogatiuam. In continen-
ti enim que morbo antea corporis laborabas christo
incipies ministrare: Potest etiam hoc loco uideri Petri
socrus affectio uoluntatis: ex qua sibi uelut semen futue
posteritatis adsumserat: q; unicuiq; uoluntas sua poste-
ritatis est auctor: ex uoluntate enim sapientia nascitur
q; sapiens in matrimonium adsciscit sibi dicens. Propo-
sui ergo hanc: adducere mihi in coniugium. Ergo uo-
luntas illa que primo uariatam cupiditatum est tibi
madesactum languerat: postea p apostolatus officium

in ministerium christi iam robusta surrexit. Simul
qualis esse debeat que xpo ministrat ostenditur. Opor-
tet eam primo carere uariarum illecebris uoluptatum ui-
tare innum. corporis animi languorem: ut corpus et
sanguinem christi ministrat: neq enim potest quisquam
peccatis suis eger minimeq sanus i mortalium sanitarum
remedia ministrare. Vide quid agat sacerdos ne febrilen-
ti manu xpi corpus attingat: prius curare ut ministra-
re possit si mundos eos qui fuerant ante leprosi christus
uibe occurre sacerdotibus: qto magis mundum ipsum
esse conuenit sacerdoti. Non habet igitur q moleste fe-
rat illa uidua quando sibi non pepercerim: quando nec
mibi parco. Surrexit itaq petri inquit socrus: & mini-
strabat illis. Et bene surrexit: sacramenti enim ty-
pum aplica iam gratia ministrabat: proprium autem
est surgere xpi ministros iuxta quod scriptum est
Surgere qui dormis & exurge a mortuis. Didicimus
igitur nec supitibus egere uiduas: que donare consue-
runt nec subsidio quibus sepe in periculis maximis de-
fense copie sunt uirorum: maritalia his quoq officii
uel a generis uel a proximis facile solere reparari esse
etiam in eas diuinam misericordiam promptiorem. Et
ideo cum suppetere non uideatur causa nubendi studium
abesse debere: Quod tm pro consilio dicimus non pro
precepto impetamus: prouocantes potius uiduam q ligat-
tes. Neque enim prohibemus secundas nuptias sed no
sua demus: alia est infirmitatis contemplatio alia gra
castitatis: plus dico non prohibemus secundas nuptias sed
non probamus sepe repetitas. Neque enim quicquid licet
& deest. Omnia mihi licent apus dixit: sed no omnia
sunt utilia. Et unum bibere licet sed plurimum non
deest: licet ergo nubere sed est pulchrius abstinere.
Sunt enim uincula nuptiarum: uultis scire q uincula.

Quae sub uiro est mulier uiuente uiro ligata est legis: si
autem mortuus fuerit uir soluta est a lege uiri. Probatum
est igitur uinculum esse coniugium: quo mulier ligatur
& soluitur. Bonam ut uiam oris gratia: sed maior est ser-
uitus. Neque enim mulier sui corporis potestatem habet:
sed uir & ne forte non coniugii tibi uideatur ista seruitus esse
sed sexus. Similiter & uir sui corporis potestatem non habet:
sed mulier. Quanta igitur coniugii necessitas: quae subie-
cit alteri etiam fortiolem. Mutuis enim necessitatibus
ab utroque seruitur: nec temperanti licet uirgo subducere cap-
cum alterius intemperantiae seruiendum sit. Precio inquit
empti estis: nolite fieri serui hominum. Videtis quae eundem
coniugalis sit definitio seruitutis: non ego hoc dico sed apostolus
nec ille sed christus qui loquebatur in eo: et hanc utriusque seruitu-
tem de bonis coniugibus definiuit. Nam supra sic habet.
Sanctificatus est enim uir infidelis per uxorem fidelem:
& sanctificata est mulier infidelis per maritum fidelem.
Et infra. Quod si infidelis discedit: discedat. Non est
seruituti deditus: frater aut soror in talibus. Si igitur
bonum coniugium seruitus est malum: quid est quando
nequeunt se inuicem sanctificare sed perdere. Sed ut ad
gratiam uirtutis uictualis adhortamur: ita etiam de ecclesia
& disciplina feminae prouocamus: quae ecclesia constat
ex omnibus: & licet christi grege tamen in alius pabulo ue-
scitur: in alius ad huc lacte nutritur: quibus lupi illi qui
latent inuestita ouium sunt cauendi abstinentiae specie
pretendentes. Prouocantes autem intemperantia feditate.
Et enim quia sciunt ualida onera castitatis: cum ipsi ea tan-
gere dignis non queant ab aliis supra modum exigunt
cum ipsi seruare nequaquam possint: sed in iusto subsalscel sub-
cumbat. Mensura enim oneris pro mensura debet esse
gestantis: alioquin impositi muneris fit ruina ubi uectoris
infirmitas est. Nam & infantium fauces strangulat esca

robustior. Et ideo sicut multitudo uektorum non paucore
uiribus estimatur: nec tñ forcioribus de aliorum infirmitate
prescribitur: sed unicuique quantum oneris subire cupiat re-
laxetur manente mercedis cumulo in uirtutis augmento. Et
I ta etiam feminis non laqueus iniciendus non supra uires ab-
stinentie grauioris uectura subeunda est sed relinquendus
ut unaqueque se pendat: non auctoritate aliqua coacta pre-
cepti sed incremento gratie prouocata. Et ideo diuersis
uirtutibus merces diuersa proposita est. Nec aliud repre-
henditur ut aliud predicetur: sed omnia predicantur
ut que meliora sunt preferantur. Honorabile itaque con-
iugium: sed honorabilior integritas. Nam et qui matrimo-
nio iungit uirginem suam benefacit: & qui non iungit
melius facit. Quod igitur bonum est non uitandum est:
itaque non imponitur sed preponitur. Et ideo bene apostolus
dixit. De uirginibus autem preceptum domini non habeo:
consilium autem do. Et enim preceptum in subditos fertur:
consilium amicis datur: ubi preceptum est lex est: ubi
consilium gratia est. Preceptum ut ad naturam reuocet:
consilium ut ad gratiam prouocet. Et ideo lex iudeis la-
ta est: gratia autem electioribus reseruata est. Lex ut a
nature finibus culpe studio demerentes: ad nature obser-
uantiam pœne terrore reuocet. Gratia autem ut electus
cum studio bonorum: tum propositis etiam premium pro-
uocet. Et tibi distantiam precepti atque consilii illum
reorderis: cui in euangelio ante prescribitur ne homicidium
faciat: ne adulterium admittat: ne falsum testimonium
dicat. Preceptum et enim ibi est: ubi est pœna peccati.
A uero cum se precepta legis memorasset implere: consilium
eidem datur ut uendat omnia & sequatur dominum: hec
enim non precepto imperantur sed pro consilio deferuntur.
D uplex namque forma mandati est: una preceptiua altera uo-
luntaria. Unde & dominus in alia dicit. Non occides: ubi p

cepit in alia : si uis perfectus esse uende omnia tua . Et
ergo hic liber est a peccato : cuius defertur arbitrio . Itaque
qui preceptum impleuerunt : possunt dicere . Serui in-
utiles sumus : quod debuimus facere fecimus . Hoc uir-
go non dicit : non dicit ille qui bona sua uendidit : sed
quasi reposita expectat premia sicut sanctus apostolus
qui ait . Ecce nos relinquimus omnia : & secuti sumus
te . Quid ergo erit nobis : non enim quasi inutilis ser-
uus quod debuit facere fecisse se dixit . Sed quasi utilis
Domino : qui commissa sibi talenta quiescit multi-
plicauit usurus mercedem fidei atque uirtutis bene sibi
consciuis meritorum securus expectat . Et ideo ei cum
ceteris dicitur . Vos qui secuti estis me in regeneratione
cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue : sede-
bitis & ipsi supra xii . sedes iudicantes tribus israel . A-
uero illi qui talenta seruauerunt : & si premia pollicetur
dicent . Quoniam super pauca fuisti fidelis : supra mul-
ta te constituam . Fidelis igitur ex debito misericordia
in premio qui bene credidit ut ei credatur emeruit qui
bene contulit : quoniam suum non quesuit quod ce-
leste est impetrauit . Ideo ergo preceptum non datur :
consilium datur . Preceptum enim castitatis est : co-
nsilium integritatis . Sed non omnes capiunt uerbum
istud : sed quibus datum est . Sunt enim spadones
qui de matris utero : sic nati sunt . In quibus nature
necessitas non uirtus est castitatis hominibus . Et sunt
spadones : qui se ipsos castrauerunt . Voluntate utique
non necessitate . Et sunt spadones : qui facti sunt
ab hominibus . Et ideo magna in his continentie gratia
quia uoluntas facit infirmitas continet : nam deest
integritas diuini operis seruare manus . Nec illis forte
parum sit librato corporis non teneri . Nam & si ereptus
est subeundi istius palma certaminis : erepta etiam

materia periculi. & quamuis non queunt coronari
non queunt tamen uinci. Habent alia genera uirtu-
tum: quibus comendare se debeant: si fidelis firma sit
proflua misericordia aliena auaritia frequens gratia.
Sed in istis nulla culpa quia facti ignorantia non eadem
causa eorum qui in se ipsos ferro utuntur: quo non im-
prudenter defluximus. sunt enim qui uirtutis loco
ponant ferro culpam compescere. De quibus & si no-
stram uolumus proferre sententiam quamuis sint sta-
tuta maiorum considerent tamen nequis id ad professionem
infirmitatis trahat non ad gloriam firmitatis. Ergo
nemo militet ne aliquando uincatur: nec pedis utatur
obsequio gradiendi periculum reformidant: nec oculi
intendant officio qui concupiscentie timet lapsum. Sed
quid prodest carnem abscidere: cum etiam ipso culpa
sit in aspectu. Nam & qui uiderit mulierem ad concu-
piscendum: iam meccatus est eam in corde suo. Et
que similiter uirum in concupiscentia uiderit: adul-
teratur. Castos ergo non infirmos esse nos conuenit: pu-
dicos oculos habere non debiles. Nemo igitur ut plerique
arbitrantur se debet abscidere: sed magis uincere. Vic-
tores enim recipit ecclesia: non uictos. Et quid argu-
mentis utar: cum presto sit apostolici forma prescripti:
sic enim habet. Vtinam & abscidantur: qui uolunt uos
circumcidi. Cur enim coronae occasio & uirtutis usus
eripitur homini: qui natus ad laudem est ad uictoriam
preparatus est: qui ipse potius uirtute animi castrare
se poscit? Sunt enim spadones qui se ipsos castrauerunt
propter regnum celorum. Sed hoc non omnibus impe-
ratur: sed ab omnibus flagitatur. Et enim qui manda-
ta dat decretorum semper debet tenere mensuram: & quae
pena distribuit equitatem debet examinis reseruare.
Statuta enim fallax: abominatio est apud deum. Est ergo

minus pondus & maius: sed utrunq non recipit ecclia.
Pondus enim maius & minimum: & mensure duplices
i munda in conspectu Domini. Vtraq sunt pensa que di
uidit sapientia: & ita diuidit ut uirtute uiresq estimat
singulorum: & ideo dicit: Qui potest capere capiat:
Sicut enim creator omnium: affectus esse uarios singulo
rum. Et ideo uirtutem premis prouocauit: non infir
mitatem uinculis alligauit: sic & ille gentium doctor
bonus morum auriga nostrorum. & quidam interior
rector affectuum qui de ipso didicerat legi mentis lege
corporis repugnare: eadem tñ xpi gratie cedere scit
inquam uarios cursus mentium repugnare. Et ideo ne
que intantum adhortatione integritatis intendit: ut a
boleret gratiam nuptiarum. Neq ita coniugium pretu
lit instudia integritatis extinguere: sed a continen
tie persuasionem incipientem ad incontinentie remedia desce
dit. Et cum brauium superne uocationis fortioribus
demonstrasset. Deficere tñ in uiam neminem passus est:
ita plaudens prioribus ut non despiceret et sequentes.
Didicerat enim & ipse quia dominus Iesus alius panem hor
deacium ne inuia deficerent: alius corpus suum ut ad re
gnum contenderent ministravit: nec dominus ipse pre
ceptum imposuit. Sed uoluntatem inuitauit: nec apo
stolus preceptum statuit: sed consilium dedit. Sed non
hoc humanum consilium humanorum uirum habere me
suram. Diuine manus misericordie confitetur in se esse
collatum: ut fideliter sciret prima preferre: secunda
disponere. Et ideo existimo inquit non statuo: & exi
stimo bonum esse propter instantem necessitate. Non g
copula nuptialis quasi culpa uitanda: sed quasi necessi
tatis sarcina declinanda. Lex enim adstrinxit uxorem
ut in laboribus & tristitia filios generet: & conuersatio
eius ad uirum sit q de ipsa dominetur. Ergo laboribus

& doloribus in generatione filiorum addicitur. Nupta non uidua & dominatui uiri sola subditur copulata non uirgo omnium autem horum uirgo libera est: que uerbo dei suum spondit affectum que sponsum benedictionis cum facibus expectat bonae lumine uoluntatis accenso. Et ideo prouocatur consiliis: non uinculis inligatur. Sed nec uidua preceptum accipit: sed consilium. Consilium autem non semel datum: sed sepe repetitum & primo dixit. Bonum est enim: mulierem non tangere. Et iterum uoluit sic omnes homines esse: sicut & me ipsum. & tertio. Bonum est illis si sic maneat: sicut & ego. & quarto. Bonum est propter instantem necessitatem: & hoc placere domino: & hoc honestum esse. Postremo beatiorem esse inuiduitatem perseverantem: non tantum suo consilio sed etiam dei spiritu definiuit. Que nam igitur talis consiliarum benignitatem recusat: qui & uoluntati habens indulget & id sua deat alius quod in se expertus utile iudicauit non facile conturbandi nec fastidiosus equari. Que igitur refugiat sancta fieri corpore: & spiritu cum supra labore sit premium supra usum gratia supra opus merces. Atque hoc ita dico: non ut laqueum ceteris inuicem sed ut commissum mihi ruris operarius agrum. Hunc ecclesie fertile cernam: nunc integritatis flore uernantem: nunc uiduitatis grauitate pollentem: nunc etiam coniugii fructibus redundantem: nam & si diuersi unius tamen agri fructus sunt. Nec tanta ortorum lilia: quante ariste segetum messium spicae compluriumque spacia camporum recipiendis aptantur seminibus que reditas nouales fructibus feriantur. Bona ergo uiduitas que totiens apostolico iudicio predicatur. Hec est magistra fidei magistra est castitatis: unde & illi qui deorum suorum adulteria & probra uenerantur celibatus: & uiduitatis statuere poenas ut emuli criminum multarent studia uirtutum. Specie quidem qua fecun-

ditatem quærent : sed studio quo propositum castita-
tis abolerent : Nam confectis & miles stipendius arma de-
ponit : & relicto officio quod gerebat ad propria ue-
teranus rura dimittitur : ut & ipse exercite laboribus
uitæ requiem consequatur : & alios spes future quietis
subeundis faciat operibus promptiores. Agricola quæ
maturior torquenda alii estiuâ committit : & iuuenalia
grauatis opera prouidentia cure senilis explorat uitam
faciles tondere quæ premere : ut iuuenescentem luxuriam
reprimat : & adolescentem lasciuiam falce succidat :
parcorum quandam partium castitatem docens & inuitibus
expetendam. Similis huic uidua uelut emeritis uete-
rana stipendius castitatis & si coniugii arma deponat :
domus tamen totius pacis gubernat : & si uehendis oneribus
ociosa maritandis tamen iunioribus prouida : ubi cultus
utilior : ubi fructus uberior sit quorum copula aptior :
senili grauitate disponit. Itaque si maturioribus potius
iunioribus committitur ager : cur potes utiliorem nup-
tam esse quam uiduam : quæ si persecutores fidei persecuto-
res fuerant etiam uiduitatis utique fidem sequentibus
uiduitas non pro supplicio fugienda est sed tenenda pro
premio : sed fortasse aliquibus propter suscipiendos libe-
ros coniugia iteranda uideantur : quæ si filiorum studium
causa nubendi est. Vtique ubi fructus est filiorum causa
non suppetit : quam cuius consilium sit. Iterum experiri
uelle frustra temptatam fecunditatem : aut subire quam pertr-
leui orbitatem. Hæc enim iterandi causa est filios non
habentibus : ergo illa que liberos suscepit & perdidit cum
ipsa enim maior contentio que spe generandi habet illa
inquam non ne sibi uideatur inter ipsa repetitarum federa
nuptiarum / amissorum pretertere funera filiorum : non ne
iterum passura quod repetit : & ad ipsos uotorum tumultus
exceptarum orbitatum huiusmodi lamentorum strepi-

putus perhorrescit uel cum accensis funeralibus nox duci
tur non ne pompe funebri exequia magis putat q̄ thala
mum preparari. Cur igitur filia dolores magis quos timet
repetat q̄ filios quos iam non sperat requirit? si grauis est
dolor subter fugienda causa eius est non petenda. Nam ti
bi quid consilii tribuam que liberos habes que tibi causa
nubendi nisi forte leuitatis error & intemperantie usus
& saucii cogit pectoris conscientia: sed consilium sobrius
non ebrus datur. Et ideo apud liberam conscientia mihi
sermo est: cui utrunq; integrum est habeat saucia remediū
honesti consilium. Tu inquam filia quid moliris: cur here
des queres extraneos cum habeas tuos: non filios desideras
quos habes sed seruitutem quam non habes. Hec est enim ue
ra seruitus in qua i fractior amor quem non deflorare pi
gnus uirginitatis & plena sancti pudoris & gratie aetas pri
ma commendat: ubi offensa grauior suspectior insoletia
concordia infrequentior q̄ non temporibus molitus amor
non uigens annis forma conciliat molesta pietas ut ama
re liberos metuas aspicere liberos erubescas atq; inde oriat
causa discordie. Vnde sol & mutuus amor mulcere affec
tus parentum: gnare liberos non fratres futuros tuorum:
sed aduersarios filiorum. Quid est ḡ generare alios libe
ros: nisi spoliare quos habes liberos quibus pariter auferunt
& pietatis officia & compendia facultatum. Lex diuina ce
lesti inter se coniuges auctore constrinxit: & difficile ma
net mutuus amor. Tulit enim costam de uiro & formauit
femnam: & sibi eos inuicem copulare & dicens. Et erunt
duo in carne una. Non hoc de secundis: sed primis nuptiis
dixit. Neque enim eua secundum accepit uirum: neque
sancta ecclesia secundum agnouit uirum. Sacramentū enī
illud magnum est in christo & in ecclesia: et ideo custo
diendum est. Sed neq; isaac aliam preter rebecca scuit u
xorem: neq; abraham patrem cum alia nisi cum sarra sepelli

uit uxorem. Nam in sancta rachel magis figura mystēū
fuit q̄ ordo coniugii. & tñ in ea quoq̄ habemus quod
ad primū coniugii gratiam referre possimus: quam primū
sponsam habuit plus amavit: nec fraudis exclusit affectum
nec sponsæ amorē coniugii interuentus aboleuit. Itaque
sanctus patriarcha nos docuit: quantum deferre primis
nuptiis debeamus: cum tantum primis sponsalibus ipse de-
tulit. Cauete igitur filie: ne & gratiam nuptiarum
tenere nequeatis: & molestia augeatis.

**EXPLICIT DE VIDVIS. INCIPIT ADHORTA-
tio virginum Liber primus.**

VI AD CONVIVIVM Magnum inuitantur
apophoreta secum ferre consuerunt. Ego ad bo-
nomense inuitatus conuiuium: ubi sancti marty-
riū celebrata translatio est: apophoreta uobis
plena sanctitatis & gratie reseruavi. Apophoreta autem
solent habere triumphos principum: & hec apophoreta
triumphalia sunt: christi enim nostri principis triumpho
sunt martyrum palme: nec uero huc dirigebam iter:
sed quia petitus a uobis sum debui mecum deferre que
aliis parabantur: ne minor ad uos uenire ut quod in me
minus est q̄ presummebatur in martyrem plus inuenire-
tur. Martyri nomen agricola est: cui uitalis seruus
fuit ante nunc consors: & collega martyriū p̄cessit ser-
uus ut prouideret locum secutus est dominus securus qd̄
fide seruuli iam inueniret paratum: non aliena laudamus.
P assio enim serui domini disciplina est. hic instituit: ille
impleuit. Nihil illi decerpitur: quomodo enim minus
potest q̄ xp̄s donauit te gregie: & ille qui homini seruien-
do didicit quomodo xp̄o placere: hic tñ geminam laudem
adquisiuit: in illo magisteri in se martyriū certauerunt tñ in

terse inuicem beneficis. Postq̄ equales esse meruerūt:
hic illum ad martyrium premisit: ille istum accersi-
uit. Nullum ḡ ad commendationem hominis condi-
tio affert impedimentum: nec dignitas pro sapie meri-
tum: sed fides affert. Siue seruus siue liber omnes in
christo unum sumus: & unusquisq; quodcumq; fecerit
bonum hoc recipiē a Domino. Nec seruitus derogat
nec libertas adiuuat: uide ad eam rem quam nihil in
conditione momenti sit. Seruus inquit uocatus es non
sit tibi: cur equi enim uocatus est in Domino seruus
libertus est domini: similiter qui liber uocatus est
seruus est christi. Vide inquam uim apti plus putat
dedisse ei qui liber uocatus est: ex seruo enim libertus
xpi fit ex libero seruus. Sed nulli plus dedit uerum
utiq; equalem mensuram diuisit apud xpm enim seruitus
& libertas equa lance penduntur: nec ullo discernicu-
lo bone seruitutis & libertatis merita diuiduntur quia
nulla est maior dignitas q̄ seruire xpo deniq; Paulus ser-
uus xpi iesu. Hec enim seruitus gloriosa est in qua glo-
riatur & aptis: an non summa gloria est quando tali p̄-
cio estimati sumus: ut sanguine Domini redimeremur:
sed pergamus cetera sanctus agricola mitior habebat mori-
bus ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur. Ideoq; diffide-
bant eius passionem: sed hec persecutorum honorificentia
omni erat imanitate acerbior que inuidebat martyriū.
Deniq; ubi non adqueuit sanctus Agricola crucifixus est:
ut aduertamus illas blanditias eorum: non utilitatis fu-
isse sed fraudis. Supplicio serui Dominum terrere uoluerūt:
uertit hoc xps in gratiam: ut martyrio serui Dominus in-
uitaretur utriq; nomen aptum martyrium ipsis uocabulis
uiderentur. Ille uitalis dictus est quasi contemptu istius
uite. Veram illam uitam eternam sibi habere & adquirere:
iste agricola qui bonos fructus spiritualis gratie seminare &

Quintiana
Basilica
fundator

& sacri sanguinis effusione meritorum suorum omnium
uirtutumq; rigare & plantaria sepulti autem erant i iudeo-
rum solo inter ipsorum sepulchra ambierunt cum ser-
uulis sepulture habere consortium quorum dominum
negauerunt. Sic & aliquando balaam dixit. Moria-
tur anima mea: pro animis iustorum. Et tamen comuni-
cauit eorum operibus cum uiuere: quorum i animis
cupiebat mori: & isti quos uiuentes persecuti sunt mo-
tuos honorabant. Illic igitur martyris exuias require-
bamus: tanq; inter spinas rosas legentes. Circumfunde-
bamur iudeis cum sacre reliquie cueberentur aderat
populus ecclesie cum plausu & letitia dicebant iudei
flores uili sunt in terra. Cum uiderent martyres diceba-
t christiani. Tempus incisionis adest: iam qui metit merce-
dem accipit. Alii seminauerunt: & nos metimus marty-
rum fructus. Iterum audientes iudei uoces plaudentis ec-
clesie: dicebat inter se. Vox turturis audita est in terra
nostra. Unde bene lectum est. Dies diei eructat uerbum:
& nox nocti indicat scientiam. Dies diei christianus xpia-
no: nox nocti iudeus iudeo. Iudicabant g; iudei q; habe-
rent scientiam martyrum: sed non scientia uerbi idest n;
secundum illam solius boni & solius ueri scientiam. Igni-
rantes enim dei iustitiam & uolentes se iustificare iusti-
tiam dei non receperunt. Detuli g; bis munera que eis le-
gi manibus. Idest crucis trophea cuius gratiam in opib;
agnoscitis certe: & ipsi demones confitentur: condant a-
lii aurum atq; argentum ac de latentibus eruant uenas
legant preciosa monilia serua temporalis ille thesaurus
est & sepe habentibus perniciosus. Nos legimus mar-
tyris clauos & multos quidem ut plura fuerint uulne-
ra: q; membra clamare martyre dices ad populum iudeo-
rum: cum clauos eius colligeremus. Mitte manus tuas
in latus meum: & noli esse incredulus sed fidelis. Colli-

meis

gemus sanguinem triumphalem & crucis lignum: hæc
sanctæ uidue negare non potuimus postolati munera
itaq; salutis accipite: quæ nunc sub sacris altaribus recon-
duntur. Ea igitur uidua sancta est Iuliana quæ hoc do-
mino templum parauit atq; optulit q; hodie dicamus
digna tali oblatione: quæ in sobole sua templa iâ domo
pudicitie atq; integritatis sacrauit. Dum iulianam uo-
lo dicere uideam dixi: non errauit lingua: sed definiuit
I uidea enim est anima quæ xpm fatetur: deniq; uotus in
uidea deus. i. ubi agnoscebatur non ubi negabatur. Est
ergo in spiritu uidea ubi maior portior intellectus since-
rior: quia salus ex iudeis est. Lingue igitur error: te-
stimonium sanctitatis inuenit. Honoremus ergo hanc
uiduam: quia scriptum est. Viduas honora: quæ uere
uidue sunt. Licet uerborum nostrorum honore non
ambiat: quæ apostoli mandatum adæquauerit: habet
in bonis operibus testimonium quæ bene filios educauit
melius instituerit. Quis hanc non ut destitutam & mi-
serabilem deplorauit quando ammisit maritum: at ult-
imum sacramentum factis ereptum altaribus amplius ingemuit: q;
sibi coniugem aut patrem filius. Nam & si presidio esset
mariti uiduata: & solatio tm̄ apud piam mentem causa
ecclesie preponderabat. Succinxit itaq; mentis uiscera
& circumfusam te uidentis numero filiarum tuum: et
unius filii quo solent ceteræ terreri hoc fortior facta
tali filios alloquio conuenit. Filii ammisistis patrem
& matrem habetis: melior quidem fuisse illa commuta-
tio si pater uiuere & mater de esse: tm̄ infirma licet & de-
solata ostendendo uobis si uultis sequi: quo arbitremini
patrem uobis non decessisse. Habetis enim meliorem de
celo parentem: ille est qui & hos suffulcit patres. Quid
enim aliud iam superest spei pater uobis fuit diues gratia
non pœcunia: opulentus ministerio non patrimonio cui

*Laurentiane
Basilicę
fundatio*

hereditas fides est. Locuples deo sed egea seculo. facies
uos diuites reliquid si propositum eius sequamini. sola est
fides utriq. indisereta sexui. census uirorum. dos uirginum.
E tu quidem filiote agnosce quem matri debeas. q. do-
mum uocabulum reddas. etas te excusat. sed hereditas uo-
cat. Locundetur fili pater & mater uite. noli matrem con-
tempnere quasi imprudentem. Regis ammonitio inquit
quem mater sua quid filius qui seruat dictiones dei. prim
genite tibi dico fili. quid filius mei uentris quid natus mea-
rum orationum. ne dederis mulieri tuam honestatem.
A udit quid sapiens dicat. quid scripturae adserat. Conside-
ra quis te ut nascereris iuuerit. filius uotorum magis q. do-
lorum meorum considera. cui muneri pater tali nomine
designauerit. qui uocauit Laurentium ibi uota deposui.
inde nomen adsumpsimus uota effectus secutus est. Redde
martyri quod debet martyri. Ille te nobis impetrauit. tu
restituere quod de te huiusmodi nominis appellatione promi-
simus. Quid aut. est fili aliud quod diligendum patet. ni-
si Deum patrum tuorum. Ipse enim pauperes & diuites facit
humiles excelsos facit. suscitatur a terra pauperem & de ster-
core inopem. & sedere facit eum cum potentibus in tribu-
nali. Dat uotum optanti. & benedicet annos iusti. Quid
hoc filii precellentius. aut quid est uita hominis in hac te-
ra nisi leuior cursore transiuimus & nihil uidimus. atq.
utinam hunc cursorem imitaremur ut nihil uideremus
& nulla portaremur onera. Sed quod est grauius uacuum
& onera inania. inania quidem sed non leuia neq. delicti-
uacua. quia graue fenus peccati. Vnde clamat sanctus Iob.
non ne reptatio est uita hominis in terra. aut sicut merce-
narij quotidiani uita eius. & sicut seruus timens dnm
suum qui umbra inuenit & sicut mercennarius expec-
tant mercedem suam. sic ego expectaui inuacuum noctes
aut dolorum date sunt mihi. si dormiero dico quando

die cum surrexero iterum quando uesper plenus sum do-
lorum a uespere usque mane: uita autem mea leuior q̄ fa-
bula p̄uit aut in uana spe: Nihil igitur est homo nisi tu
domine intendas in eum: & uisitacione eius facias usque
mane: & in requiem eum iudices: arbor si excidatur repu-
pullulat & flore ab aque odore: homo cum ceciderit:
nihil est: ninguunt super eum dolores: Hanc igitur tēp-
tationem tantarum necessitatum si uultis fili uitare inte-
gritas corporis expetenda nobis est quam ego pro consi-
lio suadeo: non pro imperio precipio. Sola est enim uir-
ginitas que suaderi potest: imperari non p̄t res magis
uota q̄ precepta. Quod enim gratie est non iubetur:
sed desideratur: electi uisq̄ magis est q̄ seruitutis: inde et
ap̄t̄s dicit. De uirginibus autem preceptum domini non
habeo: consilium autem do tanquam misericordiam con-
secutus a domino. Legerat enim dixisse dominum spado-
nibus. Quicumq̄ custodierint precepta mea & elegerint
que ego uolo & amplectentur testamentum meum: da-
bo illis in domo mea & in muro meo locum nominatus
meliozem filiorum & filiarum nomen eternum dabo illis
& non deficient. Meliozem inquit locum uobis dabo:
spadonibus dicit: his uidelicet qui se resecta genitali parte
absciderunt. Ipsi sunt q̄ qui habent in celo premia ceteris
prestantiora: hec in euangelio suo predicat dei filius dice-
tibz enim ap̄t̄s. Quia si ita est causa uiri: ut non liceat il-
li uxorem dimittere nisi ex sola causa fornicationis non ex-
pediat nubere: Respondit dominus. Non omnes capiunt uer-
bum istud: sed quibus datum est. Hæc est non caput hæc
conditionis humane infirmitas ut omnibus pateat: sed soli
faciles ad capiendum quibus diuina refulsit gratia ut ca-
stare se possunt quo regnum celorum adipiscantur. Au-
disti fili quantum sit premium integritatis: regnum
adquiratur & regnum celeste uitam angelorum exhi-

bet. Hoc uobis suadeo quo nihil pulchrius: ut inter ho-
mines angelis istis qui nulla sibi ligantur nuptiali copula.
Quoniam que non nubunt & qui uxores non ducunt: sic
angeli interris sunt. Ut tribulationem carnis non sentiant
seruitutem ignorent: a mundane cogitationis abluentur
contagio diuinis rebus mentem intendant: ut tanquam exu-
ta corporis infirmitate non que hominis sunt: sed que i-
dei cogitent. Considerate filie si uelitis nubere quantum
uobis desit: quibus pater deest deest opima dos quod
ipsum tamen si abundare & emeretis magno precio seruitu-
tem. Nunc uero quis non despiciat destitutas patrem
quo confugietis. Unde auxilium postulabitis aduersus
uirorum iniurias que tam in ipsis coniugiis incomoda sunt.
que graues plerumque contumelie: quanta uincula. primum
ipsum coniugium uinculum est quo alligatur uir nup-
ta: et ei in subiectionem adstringitur. Bonum quidem
charitatis uinculum est: sed tamen uinculum de quo secum
uelit exuere nupta non possit nec liberum sui habere
arbitrium. Denique apostolus dicit: Mulier sui corporis
potestatem non habet: sed uir. Et quid mirum de
muliere: quando quidem & uir sui corporis potestate
non habet: sed mulier. Siqui fortiorem potestatem non
habet: quanto infirmior. Non ergo absoluit mulierem
communis seruitus: sed grauius adstringit. Videte itaque
quid scriptura dicat quid apostolus suadeat: quis uo-
bis potest melius consilium dare: quam ille uas dominice
electionis: quid igitur dicat percipite auribus. Volo
autem omnes homines esse sicut me ipsum: et iterum
dicit de non nuptis & uidiuis. Bonum est illis si sic ma-
neant: sicut & ego. Volo uos imitatrices esse tanti
apostoli: ut uitam eius sequamini: qui coniugii uinculum
refugit: ut uinctus esset christi iesu non potuisset ad
tantam apostolatus sui peruenire gratiam: si fuisset alliga-

tus coniugii contubernio q̄ si ille qui & doctrina presta-
tissimus erat & tantum xpi donum habebat: iudicauit
tantum momenti esse si abstinere & abusu copule coniu-
galis. Et ideo sic mansit ne plurimum suo muneri dece-
peretur: q̄ neq̄ orationi uacare semper liceret & neq̄ semp̄
diuinis intendere mandatis quem coniugii curare uocaret.
Vt placere uxori esset necesse: quid utiq̄ uos elegere opo-
ret quibus sola uirginitas potest libertatem dare: quando
que nupsit ad seruitutem pecunia sua uenditur. Alio-
re conditione mancipia q̄ coniugia comparantur: i illis
meritum emitur seruitutis in istis precium ad seruitutem
additur. Nupta uenalis auro grauatur auro estimatur.
experta sum filii labores copule coniugii indignitatis
& sub bono coniuge nec tm̄ sub bono marito libeta
fui. seruebam uiro & laborabam placere: Miserratus
est domino & fecit ministrum continuo quod et mi-
hi & uobis captus est & fortasse miserante domino
ne diceretur maritus. Videtis filii longebam matrē do-
loribus & adhuc in maturam uiduitatis stipendus. Vi-
detis amissum omne presidium & ornamentum nec
auxilium uiri habeo nec uirginitatis gratiam & de me
leues cura uos mereo uos confidero: remanserunt mibi o-
nera coniugii abiere aduimenta. Quanto mallem in hoc
nunq̄ uenisse usus: potestis tm̄ excusare patrem ableuare
matrem: si quod in nobis amissum est in uobis repre-
sentetur: hoc solo nos coniugii non penitebit si uobis la-
bor noster profecerit proximum p̄dabo matrem esse uir-
ginum: ac si uirginitatem tenerem. Considerate filie
q̄ sibi ueniens in has terras dominus Iesus matrē elegit
salutem mundo daturus per uirginem uenit: & mulie-
ris lapsus partu uirginis soluit. Vestra quoq̄ integritas
meos soluat errores: quid boni sit uirginitas conside-
rate me destitutam esse certum est presidio egere:

sed si uolueritis sic manere nullius opem requiram abundabit mihi ad omnem opitulantiā uestre integritatis corona: quis non dicat beatam quam nunc miseram putant quis non honorabit tot uirginum matrem: quis non uenerabitur aulam pudoris: multas feminas scriptura diuina in lucem euexit: palmam tñ publice salutis solis uirginibus dedit: In ueteri testamento terra ac mari clausum hebreorum populam uirgo per maria pedes duxit in euangelio auctorem mundi ac redemptorem uirgo generauit. Virgo est ecclesia quam studuit ap̄s uirginem castam adsignare xpo uirgo est filia syon uirgo est ciuitas illa hierusalem que in celo est inquam nihil intrat comune atq; in mundum uirgo est & illa quam uocat iesus cui dicitur
A des huc a libano sponsa adhuc a libano transibis & per transibis a principio fidei: non solum transit uirgo sed etiam pertransit: que festinat ad sponsum transit seculum pertransit ad xpm: uel quia ea se xpo dicauerit transeundo ad celestia: terrena pertranseat. Nam & ipse sponsus sic uenit ad sponsam suam ut saluat super montes transiliat sup colles addit adhuc & laudem uirginitatis: Ortus clusus soror mea sponsa: ortus clusus fons signatus. Quod meliores afferat fructus claustro pudoris septa uirginitatis: in qua intemperata permaneant castitatis signacula. Hunc ortum anime uestre hunc fontem seruate puri liquoris ut eum in uobis nemo perturbet nemo dissingat: quem generalis in uobis origo signauit: nemo auferat anime uestre uineam: & uilia olera serat. Uineam enim quidam fructus uirginalis est coniugia: uelut olerum plantaria sunt in quibus frequens zelus est. Et ideo sicut olera herbarum cito cadunt atq; marcescunt: nisi finem imponat senectus aut ad perfectum ueniat continentia. Non ueniat ḡ in uobis achab: qui concupiscat uineam uestram delere & extinguere. Nec ueniat in uos hieabel: uanum illud & seculare profluum. Hoc

enim significatur uocabulo uana & uacua reduntia: sed
ueniat naburthe qui uenit a patre sicut indicat nominis
ipsius interpretatio: qui uineam sanguine defendat suo &
pro ea mortem offerat. Hic est qui pro nobis lapidatus e
pro nobis mortuus pro nobis falsis appetitus testimonius q
pauper huc uenit cum diues esset: ut uos eius inopia dita
remini. Hic est uisus qui redundantibus gratie sue fructi
bus repleuit uniuersum orbem terrarum: hic inuestre
pectoribus alta maneat defixus radice: ut & fructus uestre
exuberet & liquore gratie spiritalis & corporei uaporis
incendia temperentur: hic est uenit in nube leui sicut di
xit propheta. Ecce dominus sedet super nubem leuem: &
ueniet in egyptum. Significans qd in egyptum: idest i
afflictionem istam mundi huius ueniret per uirginem. e
Nubem itaq; mariam dixit: quia carnem gerebat leuem:
quia uirgo erat. Nullis oneribus grauat a coniugu ipsa
est uirga germinans florem: quia pura & ad deum libeo
corde directa uirginitas que nullis in hoc seculo curarum
anfractibus reflectatur. Ideo illam dominus de cruce di
scipulo suo dilectissimo sibi tradidit: sancto iohanni: qui
dixit patri & matri sue non noui te: Deniq; uocatus a xpo
reliquit patrem uerbum secutus huic traditur uirgo: qui
uos nesciat huic traditur uirgo: qui de pectore xpi hau
riat sapientiam: huic traditur uirgo: qui fratres suos no
cognouit & filios suos non scuit. Ideoq; benedicit eum
lex. Dat leui uiros eius: dat leui sortem eius. Vnde et
matrem domini ipse suscepit scriptum habemus. Quia
ex illa hora suscepit eam discipulus in suam. Quid est in sua
cum reliquerit patrem: & christum secutus sit? Aut quo
in sua: cum ipsi apostoli dixerint. Ecce nos relinquimus
omnia: & secuti sumus te: Que sua habet iohannes qui
mundana & secularia non habebat: quia de mundo no era
Que g^o habebat sua: nisi ea que a xpo acceperat. Bonus uerbi

sapientieq; possessor: bonus receptor gratie: audite que
apostoli a xpo acceperunt. Accipite inquit spiritum sanc-
tum quorum remiseritis peccata remissa erunt: & quorum
detinueritis detenta. Neque enim mater nomini iesu ni-
si ad possessorem gratie demigrat: ubi xps habebat ha-
bitaculum. Date ergo & uos filii mei uero illi leui ueros
eius. Estote nubes sed leues eritis profecto si ableuet
uirginitas onera conditionis: & tenebras huius limose car-
nis illuminet: ideo dicit illa. Nigra sum & decora fi-
lia hierusalem. Nigra per carnem decora p uirginitate:
nubes itaq; sunt & graues nubes: que nupserunt nanq;
a nubibus uerbum nubentium tractum arbitror. Deniq;
operiuntur ut nubes cum acceperit nuptore uelamina:
& uere graues nubes que sustinent sarcinam matrimonij.
Nam etiam grauari alio ferunt: cum semina conceptionis
acceperunt. Date g ueros eius quid tam uerum q̄ inteme-
rata uirginitas: que signaculum pudoris & claustrum in-
tegritatis gentile custodit. At uero cum usu coniugij
iuuencula defloratur: amittit quod suum est: qm̄ ei
miscetur alienum. Illud g uerum quod irascimur non
in quod mutamur: quod a creatore accepimus non qd̄
de contubernio adsumpsimus. Date g uero illi leui: illi
sacerdotum principi uero aron: uero melehisedech uero
eius quales ipse condidit: non quales seculi huius usus ef-
ficat: ut opus suum in uobis. Et illud gentile signa-
culum inuolatum atq; integrum recognoscat. Date il-
li & exhibete illum adam qui fuit ante peccatu illa
euam: que fuit anteq; lubricum serpentis hauriret ue-
nenum: priusq; eius supplantarentur insidius quando
non habebant quod confunderentur. Nam utiq; nunc
licet bona coniugia tm̄ habent qd̄ inter se ipsi conuge
erubescant. Tales g estote filii quales adam & eua in
paradiso fuerunt. De quibus scriptum est: q posteaqua

de paradiso est eiectus Adam cognouit eam uxore
suam: & illa concepit & peperit filium quem uocauit
cain. Et iterum concepit & peperit filium: cui nome
Abel melior. Itaque secundus q̄ prior fructus: quia
iste immaculatus ille maculosus iste adrens deo: et
totus a domino ille mundana & terrena possessio. De
nique in isto mundi redemptio annuntiat ab illo mu
di ruina in hoc xpi sacrificium in illo diaboli parrici
dium. Nihil ḡ uobis sit filii cum possessione secu
li: nec terrene uobis & iudaice possessionis ullos uindi
candos esse sortitus arbitremini. Legimus quide quia
moyses a. Lex terras bello & cede quesitas sorte distri
buendas hebreorum populo censuerit: quarum posses
sionem sibi salphe filie postulauerunt: sed quia salphe
filie tm̄ idem a moyses leuitis non diuisit terram: quo
rum non erat terrenus sed superior incolatus. Sed is
sine labore terrenofacti stipeadia ministerii deputauit.
S alphe autem filie quid sunt que terram petunt: nisi
ut interpretatio doceat oris obumbratio que utiq̄ illis
est: quibus non est uerbum in ore ipsorum: nec in ser
mone eorum ueritas sicut in populo iudeorum qui
nolunt xpm̄ deum dei filium confiteri: tales igitur
terram requirunt & huiusmodi postulant possessionem:
in qua tota uite sue etate defudent: & profuclibus
spual curarum & sollicitudinum meruit. Fugite et
go filii umbra mortis qui in lumen eternum creditis
quod illuminat omnem hominem: qui non tanquam
in umbra xpm̄ sed in lumine confitemini. Populus
qui sedebat in umbra mortis: lux orta est illis. Fui
ergo in umbra: sed nuntia non sumus qui christum fa
temur: atq̄ utinam licuisset & mihi dicere qui xpo
profitemur: & tm̄ profiteamur ego ueritate uos uir
ginitatem: fiat in uobis ore ad salutem confessio. Da

te ergo leui illi salutarum nostro sortem eius: sortem eius Leuitica est: sor eius uirginitas est: sortem eius uindicta est quoniam non solum uirgo sed etiam mulier innupta cogitat que sunt domini. Unde & apostolus dicit. In quo consorte constituta sumus. Sicut enim in ueteri testamento terra sorte diuisa est: ita in euangelio sorte quadam domino deputamur. Unde & scriptum est de euangelistis. Diuiserunt sibi uestimenta mea: & super uestimentum meum miserunt sortem. & apoli cum eligendus esset duodecimus apolis in locum uidelicet sorte unius apolatus deferendum arbitrati sunt: ita quod oratione facta ut de duobus dominus quem uelle eligeret: sortem cecidit super mathyam. Illa igitur uetus terrena sortitio hęc spiritualis in illa censu seculi materialis in hac personalis officii: ibi possessio curarum hic diuisio gratiarum: illic possidemus arua plena laboris atque mestitie: hic presidem a xpo. Unde sanctus domini dicit. Possedisti renes meos. Hic filii possideat renes uestros: ut in illis seminaria maneant castitatis incentiua uirtutum. Ideoque dicite uos xpo confitemini ei ut dicatis portio mea dñi. Non potest hęc nupta dicere sed innupta: nupta enim quęrit uiro suo in nupta autem xpo placere illa mundi. Hęc christi possessio est xpi possessio leuita est: quę nihil sibi de terris uindicat qui querit uxorem non potest dicere: Portio mea dominus. Denique xpi minister quędit. Argentum & aurum non habeo: sed quod habeo do tibi in nomine Iesu nazareni surge & ambula. hoc enim acceperat quando aurum non desiderat: erat denique nullus erat sine uirga sine seculo sine pecunia: et ideo gloriabatur quia non habebat quę non acceperat. Non enim erubescerat in paupertate quem pauper redimerat. Ideoque dixit. Surge & ambula. Quia legerat. Iste pauper clamauit: & dominus exaudiuit eum. Sit

ergo uobis portio Domini: dominus qui sterilem &
patientem facit utranq; facit: sed altera intristitia pa-
rit: altera in sterilitate letatur: cui dicitur. Letare
sterilis que non parit: erumpe & exclama que non
parturis: habet filios sine partus dolore: unde & dicitur
de ecclesia. Quis audiuit: si parturuit terra uno die:
& gens nata est simul. Vno die autem terra non par-
turit sed parit gratia: uenit pasce dies in toto orbe
baptismi sacramenta celebrantur: uelantur sacre uir-
ginel. Vno g^o die sine aliquo dolore multos filios et
filias sol & ecclesia parturire: ideoq; pulchre dicitur.
E^t gens nata est simul de populo consecrato. Videtis
mysteria uidetis gratiam sp^s gratiam spiritus sancti q^{ue}
uelut quadam sorte defertur: quoniam non ex opibus
sed ex fide unusquisq; iustificatur a domino. Sicut enim
sortis euentus non in nostra est potestate: sed quem casus
attulerit sic gratia Domini non quasi ex mercedis merito
sed quasi ex uoluntate defertur: unde & apostolus ait
de diuisionibus gratiarum que diuerso modo dei seruis
deferuntur. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem
spiritus: diuidens singulis pro ut uult. Pro ut uult in-
quit non pro ut debetur: deniq; & Dominus ait illis u-
beriore mercedem pro opere postulanti bus & conque-
rentibus q^{ui} paræ accepissent cum his qui posterius adue-
nerant. Si ego bonus oculus tuus: quare neq; est? Date
g^o filii sortel uestras ei qui ultra meritum laboris remu-
nerationem suis donare consueuit. Date ueritatē ipsius
uero scō: idē integritatem ipsius enim est integritas qui
unmaculatus aduenit: ueritas itaq; uirginitas corrupte-
la mendacium est. State g^o in corde uro sicut uinea in
pagine sua: multe temptationes sunt: ideoq; ait scriptura.
Temptauerunt eum in temptatione & maledixerunt ei: su-
per aquam contradictionis cades. Temptatur uirginitas

a plerisque petitoribus: & cum uoluerit uirgo perse-
uerare existunt qui contradicant: contradicit pe-
titor & refutatus maledicit in opprobrio esse uidet
innupta ul uirgo ul uidua. Cades enim innupta est
que est sancta corpore & spiritu & Domino se dicaui.
que relinquit parentes & non facit uoluntatem eorum
qui solent dicere: debes nobis filia nepotes: cades est q
filios nescit q si illa diuitis seculi preesert opprobrium
christi quod necesse est subeat qui querit xpo place
quanto magis uos quos pater prouocat ad integritatem
mater hortatur id sequi conuenit: bonum est ergo uir-
ginitas denique: Qui iudicauit inquit corde suo seru-
re uirginem suam. Benefacit igitur: et qui matrimonio
iungit uirginem suam benefacit & qui non iungit me-
lius facit. Ille benefacit propter laqueum: hic melius
facit propter utilitatez illud pro remedio istud pro
premio. Beatior autem erit que sic manserit secundu
meum consilium: puto enim & ego spiritum dei habeo.
Sequitur ergo filii consilium apostoli donum spiritus
sancti sumite qd uos sicut sumpsit maria soror moy-
si & aaron tympanum in manibus uestris: & exite dice-
tes. Cantemus Domino gloriose enim honorificatus e-
equum & ascensorem proiecit in mare. Mortificate
membra uestra ut tympani modo nulla in his lasciuia car-
nis exultu & omnisq flagrantie corporalul sensul inte-
reat nesciat in his nisi int mortuis corporis uoluptatibz
solus spiritus resultare. Si enim mortui fueritis peccato
uiuete deo: uiuete autem si non regnet in corpore uro
mortuo ulla concupiscentia uersate manibus uestris cru-
cem domini iesu & in uestris eam operibus abluentes
calcate huius mundi profundum sed pertransite ille sic
equus ad hinnient in libidinem nullum locum inueniat in
uobis: & quicumq uoluerit persequens comprehendere

uos demergatur dextra: leuaq; circa uos aquae mirussit
ut uapor omnis corporis temperetur: donec ad illos intel
ligibiles xii fontes & Lxx. arborea palmarum ad illam
magni requiem sabbati diuina uos dignatione perducatur:
& in monte hereditatis sue plantare dignetur ubi sanct^a
maria choros ducit. Induite g^o filii dominum iesum qⁱ
rite ueram sapientiam: de qua dicit Iob. Sapientia aut^e
unde inuenta: qui locus discipline abyssus dixit non
est in me mare dixit non est mecum. bene abyssus dixit
non est in me quia resurrexit. non enim habet quem te
nere non potuit. Deniq; habet in euangelio: quia ange
li dixerunt mulieribus ad sepulchrum uenientibus.
Iesum qui crucifixus est queritis: non est hic sed resur
rexit. Quid est hic: i. non est in sepulchro: non est in
inferis sed in caelestibus est. Mare quoque hoc est se
culum dicit non est mecum mundus: hic dicit non est
mecum quia supra mundum est quem uite humane lap
sus atq; illecebra non inmutauit: quia peccatum non fecit
nec est dolus inuentus in ore eius. Abyssus g^o dixit:
non est in me mare dixit non est mecum sed celum
non dixit quia non est apud se quem recepat resurgen
tem paradisi. non dixit non est in me quem regnare in
se: absoluto quoq; latrone cognouerat sicut ipse domi
nus dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Attrahite
filii sapientiam interiora uestri cordis promptuaria q^u
q^uoniam ea est omni auro argentoq; pretiosior: qua mors
nescit. Quia non mortui laudant dominum sed ui
uentes: & uos igitur ut uiuatis laudate dominum
& laudate cum diebus ac noctibus. Laudabitis aut^e si
ab eo nulla uos auertat cupiditas matrimonii & cura
mundi quoniam que coniugium forciuntur sollicitant^e
mundi huius negociis. Considerate filii quid uotis debeat^e
tis parentum: aperuimus ad deum os nostrum uotum

est uoluntas parentum . nos orauimus uos soluere . Quanta
uis sit in uobis parentum . ierthe galaditidis filia uos debet
docere que ne frustraretur oblationem patriam etiam o
mortem suam optulit . Nam cum ille sollicitus de belli pe
riculo uouisset . ut si prosperior pugne euentus foret idq
regrediendi domum suam primo sibi occurreret deo imolaret
ubi uictoria potius est occurrit filia leta pre ceteris gau
dio uictorie & pietatis officio ingemuit pater non affectus
immemor sed memor uoti quesuit causam filia rēdit ille
quid domino promississet . tum illa hortata est ut promis
sum deo munus impleret . itaq in cautam patris oblatioem
sanguine suo soluit . Hæc uobis comunia : tu aut fili que
mibi uerul helebana . i . dei dedit possessio postulat meus
petitus meus . Inde enim etiam samuel nomen accepit .
tu inquam impetratus meus & uotiuus meus q quomodo
in uterum meum ueneris nescio iam enim desperaueram so
bolem sexus uirilis quem mihi uota mea non aliqua solen
nitas cetus secreta formarunt . Tu inquam fili agnosce a quo
donatus sis mihi ille tua ora plasmauit . ille tua mōra
distinxit . ille mea orata suscepit cuius templo cuius ob
sequium te anteq nascereris sacraui non parentibus non
tibi sed deo natus es . cuius anteq de uulua matris exiret
esse cepisti & omnes quidem illius sumus sed tm tu spe
cialiter promissus domino tuo redderis quia scriptum est
Vouete & reddite domino deo uestro . Ego misera ego in
digna & tm quasi anna promisi . ut omnibus uite tue die
bus ac noctibus conspectu domini non recedat ego promisi .
tu exsequere dominus sibi hostie sue munus implebit .
Hæc & alia pia mater . que postquam congruentem filio
uidit affectum ab lactatum suum uberibus gratie spiri
talis in templum domini deducens conuersa ad preces .
Confirmatum est inquit cor meum in domino . exaltatum
est cornu meum in domino . dilatatum est os meum sup

inimicos meos letor in salutari tuo quoniam non sanctus
alius quomodo dominus & non est iustus quomodo deus
noster & non est sanctus preter te. Ista igitur ad filios
mater dicit: que simul & uirginitatis in se & integritatis in
liberis titulos in domum suam intulit: quasi quosdam fee-
mineas principatus. Egregia sane femina que sibi nihil
reliquit totum quod habuit deo obtulit. Cuius uita in-
stitutio discipline est: & quedam formula castitatis
bono proposito & meliore magisterio: exemplum enim
uirginitatis & uirginitatis magisterium est procedit in ec-
clesiam filiorum uirginum septa comitatu domesticum
deus inuenit & inuenit in ecclesia q̄ suum dicat filium
sacrarum lectionum oracula personantem ut uideant
sibi sorores discere cum frater auditur: mater quoq; ad
imitatione celestis exempli gaudet se proficere de filio
& omnia legentis uerba pio mandat affectui & sedulo
corde conseruat. Sed quamuis maternis defuerithorta-
tionibus. Ego quoq; uos filii ut paucis alloquar: quate-
nominum Iesum qui uos monet: ut queramus regnum
dei. & ecce omnia inquit: suppetent uobis. Sed malo
ego uos autem meritum deferre: & sic exiere mercede boni
merces sed diuini dispensator mercedis & auctor muneris
in regno: merces in xpo remunerandi potestas: querite il-
lam in scripturis diuinis ibi xps inuenitur & dicite sic illa
dicebat: Adnuntia mihi: quem dilexit anima mea. Sed
synagoga querebat quem amiserat: uos querite que non
amittatis. Sed cur synagoga dicit quem dilexi & non
dicit quem diligo. Ideo non tenet quia dilexisse te dicit.
cur non potius ad huc diligit ut possit tenere uerum illam
omittamus. Tu uirgo cum ceperis querere: adest enim
neq; enim fieri potest ut desit querentibus se: qui palam factus
est non querentibus & inuentus est non interrogantibus dis-
tractus & cogitatus prelo est: discite interrogare cum uenerit

domi.

ubi pascat ubi maneat sicut illa dicebat. Vbi pascis ubi mans
in meridiano. Vbi enim xps manet nisi ubi iustitie meridi
et fulget: idq; sacrate scripture docet testimonio q̄ dicit.
I n sole posuit tabernaculum suum. Vnde & alibi idē dicit
propheta. In lumine tuo uidebimus lumen. Lumen fili
est lumen: & pater qui uidetur in filio quoniam filius r
splendor glorie patris: & huiusmodi substantie eius est. sed
etiam in tuo lumine uirgo xpm require in bonis cogitatio
nibus & in bonis opibus que luceant coram patre tuo qui
in celis est. quere in noctibus quere in cubili tuo quoniam
& nocte uenit & pulsat ianuam tuam. Vult enim te om
nibus in uigilare momentis. Vult ianuam tue mentis pa
tentem inuenire est: & illa ianua quam uult patere ut
aperiatur & resonet hostium laudem domini gratiam
sponsi crucis confessione cum symbolum recenses psalmos
in cubiculo tuo concinis. Ergo cum uenerit uigilante te
inueniat: ut parata sis dormiat caro tua uigilet & fides
dormiat illecebre corporis uigilet & cordis prudentia me
bra tua redoleat crucem xpi & sepulture odore ut nihil
his sonus calor infundat nullos excite metus. Ipsa est
anima que se xpo aperit: quam nulli uapores carnis exa
gitant. Cum hec inuenierit sponsus transiit anima tua il
lum sequatur discidat a cubiculo suo exeat in uerbo eius si
cut scriptum est. Exiit anima mea in uerbo tuo. Id est
peregrinetur corpore ut deo adsit quoniam cum est in cor
pore peregrinatur a xpo. Vnde & ap̄ls ait. Audemus
q̄ & contendimus magis peregrinari de corpore: & adesse
ad dominum. Et ideo continemur siue absentes placet illi.
Omnes enim uos manifestari oportet ante tribunal christi:
ut reportet unusquisq; propria corporis sicut gessit siue bo
num siue malum. Quam cito causam probauit: qua corpus
resurgit. Oportet enim carnem resurgere: que remunera
tionem suorum est adeptura gestorum: utq; in corpore ges

simus in corpore recipiamus. Vult igitur se dominus sepius
queri discedit: currit ut resuscitet & gratiam quam uult
ante etiam in te resuscitari: sicut habemus ad timotheum
scriptum. Propter quam causam ammoneo te ut resuscites
gratiam dei: que est in te per impositionem manuum mearum.
Que autem resuscitauit gratiam: fit uulnerata charitatis sicut
illa dixit. Quia uulnerata charitatis ego sum: si suscitaueris
charitatem. Quid istud sit poterimus intelligere: si re-
petamus quia sagitta est dominus iesus: cui dicit pater.
Posui te sicut sagittam electam. Et quia ipse est charitas:
sunt itaque iacula charitatis quibus uulnerat sese querentes.
Denique & alligati uinculis ipsam sequuntur: quia quos uulnerat
ligat. Ergo sunt etiam uincula charitatis quibus ligatus est
paulus iesu christi. Uulnera autem charitatis esse docet iob: quo
nemo amplius christum dilexit: quod diligebat etiam in ipsis
sui corporis cruciatibus. Unde dicebat. Sagitte autem domini
in corpore meo sunt: quarum furore bibit sanguinem meum.
cum cepero loqui compungunt me. Sunt ergo charitatis uul-
nera: & bona uulnera denique. Meliora uulnera amici:
quam uoluntaria oscula inimici. Hieremias quoque estuabat
& igne charitatis quo inflammatur ad officium propheta-
di ferre non poterat: denique demergebat in lacum quia
iudeis futura excidia annuntiabat: & tacere non poterat.
Lapidabatur stephanus: & illa pro christo uulnera quam uulnera
charitatis pro excipiebat affectu. Vapulabant apostoli: & con-
gratulabantur. Quia bonus est dominus pro quo dulces:
& iniurie sunt grata mors & bene grata que acquirit im-
mortalitatem. In omni inquit tempore sint uestimenta tua
candida. Quid candidius uirginitate: quid nitidius
intacti uestimento pudoris. Bona quidem castitas coniu-
galis: & castitas uirginitatis munda omnis castitas: sed forte
non omnis candida: aut non candida in omni tempore:
non candida quam non habet quis sui corporis potestatem.

quando ad tempus sequestratur oratio. De uirginitate g
pulchre dicitur. In omni tempore sint uestimenta tua
candida: & oleum in capite tuo. Vt facies tue semper
possint lucere ne extinguantur: cum coeperit sponsus
ille celestis uenire quam autem rationem in capite tuo
ecclesiastes dixerit de prouerbis colligimus: quia oculi
hominis in capite eius. i. sapientie tue sensus. Ideo for
te & euangelica mulier illa laudatur que pedes dñi
capillis suis terxit & fide se humiliauit: nec per carnis
elata sapientiam uideretur ut hominis quam legi subdi
tam uerus occultorum interpret paulus negauit ea xps
subiecisset. & pulchre hoc possumus intelligere etiam co
poraliter quando in prophetis scriptis reprehenduntur
filie syon & alta ceruice procederent nutibus oculorum
& itinere pedum trahentes pedibus. Et ideo gloria ue
stil earum: & ornatu earum crines & circinnos dominus
ablaturum esse se dicit. Recte ista mulier sparsit capillo
suos: ut nodos crinium euangelica solueret & disciplina
unde & apli dixerunt. Non in plicatu capillorum: sic
petras docuit. Neq; in tortis crinibus: aut auro & mar
garitis ut ueste preciosa. Vt paulus ad seruit. Sed magis
interioris hominis ornamenta foeminis requirenda: qm il
le absconditus cordis homo qui est paup seculo ipse e lo
cuplet deo. Audistis fili qui pauperes uos uocatis. Qui
autem est homo diues cum multis egeat nisi ille cui non
est graue peccatum in conscientia. Bona est enim inquit
substantia: cui non est peccatum in conscientia. Audistis
inquam in quo positus apud deum esse locupletes: ut sit ub
incorruptibilis inquit & modestus spiritus. Bone enim
diuite simplicitatis quibus peccatum non imputatur: qa
nulla in his doli fraudisq; uersata est. Omnis enim simplex
obrectare non nouit nescit inuidere suo contentus e alie
na non querit: & si egeat sibi diues uidetur si suppetat qd

alimento est satis. Deniq; pulchre ap[osto]l[us] paulus & profun-
da inquit paupertas eorum abundauit in diuitiis simplicita-
tis eorum. & quia ecclesia congruis erat cōta ornatibus
& de xp̄o lumen accipiens refulgebat: potest etiam sic loc[us]
ille accipi: eo q[ue]d synagoga ad ecclesiam dicat. Vbi pa-
scis ubi manes in meridiano: ne forte iam circū amicta
sup[er] gressodaliū tuorum. Mercennaria esse desiderata
quesiui uindicabat ante dominatum quandam nos a per-
fidia est: sed quia incredula imit[is] sacrilega: ideo eam
e gregibus ecclesie sue separat xp̄s dicens. Nisi scias te
decoram in mulieribus. Hoc est prius te que sis ipsa cog-
sce: & tunc pete ut meis gregibus appropinques: & bñ
in mulieribus decora dicitur synagoga: non in uirginib[us]
qui eam mulierem sequebatur per quam lapsus aduertit.
Ecclesia aut[em] decora in uirginibus: quia uirgo sine ruga ē.
Sicut g[er] se debet siue uir siue mulier quia ad h[um]anaginem
dei est & similitudinem in quo enim sumus nisi in anime
substantia & mentali uigore: hec nostra omnis portio de-
niq; dauid. In deo inquit sperabo: non timebo quid facia-
mibi caro. Non g[er] caro sumus sed spiritalis: de iudeis autē
dictum est. Non permanebit in his spiritus meus: quia cā-
nes sunt. Non aurum sumus non pecunia non diuitiarum
copie: illa enim n[ost]ra & ideo tibi dicit moyses attende t[ibi].
Hoc est anime tue ne pereat ne carnalis fias. Attende tibi
hoc est h[um]anaginem quam a xp̄o accepisti: similitudini ad
quam factus es. Ipsam serua h[um]anaginem quam xp̄s in te o-
peribus suis pinxit: sicut ipse ait ad hierusalem: id est aiām
pacificam. Ecce ego hierusalem pinxi muros tuos: attende
g[er] tu precipue fili attende tibi: ut leteris in iuuentute tua
cui dicit scriptura. Letare adolescens in iuuentute tua.
Non unius tibi dicit tempus etatis est: quasi quidam flos
uite bonorum que etas operum: de qua scriptum est. Re-
nouabitur sicut aquila iuuentus tua. Et oblecta inquit

te cor tuum in diebus adolescentie tue : & ambula in uia
cordis tui sine macula & in aspectu oculorum tuorum et
non in audacia oculorum tuorum in aspectu utiq; spiritali
non in audacia seculari : & scito q; sup hec omnia adducet
te dominus in iudicium & non repellat iram a corde tuo
& ammoue nequitiam a carne tua. Attende tibi uirgo
& tu ut insistas orationi : & uultus tuus assidua obsecra
tione palleat sed ante orationem prepara animum ut
non uidearis temptare deum cum deprecaris : ut id qd
oras mores tui loquantur fides adiuuet opa commendet.
Attende tibi quod dico tibi cuiusq; uirginis loquor.
Nam tibi pie non deest institutionis magistra : attende in
quam uirgo sacre presertim professionis : & ab omni in
reuerentis oculis caue. & si ad tempus preterierit quasi
uiator tm nos suum aperit. Et ab omni aqua proxima
bibet : ut te inebriet. Nullus sit tuis sine matre pectus
que sit anxia custos pudoris. Ipsa quoq; ad ecclesiam p
gressio rarior adolescentulis considera quanta fuit maia
et tm nusquam alibi nisi in cubiculo reperitur cu querit
illa te doceat quid sequaris angelum in specie uiri ui
dit & pauebat corde peregrinabatur aspectu. Unde di
cit ad eam angelus. Ne timeas maria. Deceat solitudo ue
recundiam : & ginnasium pudoris secretum est. Quid
enim tibi ul ad proximam facile accedere. Pes fatui
facilis in domum proximi. Qui aut sapiens est uerecun
datur : inde nascuntur fabule de quibus pulchre amo
neris ut caueas cum dicit tibi uir sapiens. Quis dabit
discipline mee custodiam & supra labia mea signaculu
certum : nec adam ab illis & lingua mea perdat me.
Si uirilis sexus iubetur tacere coram senioribus q; i decor
est uirginis loqui & uarios serere sermones esto : ut i pes
tibi silentium nunquid pot alius imperare ne audias pot
quis aliqui frenos ori suo imponere & uerbis stateram.

auribus non potest. loqui enim in nobis est audire ex alie-
na pende & potestate. Sepe enim audimus quod nolimus.
quid de inde aliud nos scriptura ammonere consideremus.
non iurandum facile quia plerumque multi casus
accidunt. ut non possimus implere quod iurauerimus.
qui autem non iurat utique non perierat. qui autem iurat
aliquando necesse est incidat per iurium. Quia omnis homo
mendax. Noli ergo iurare incipias per iurare. ne ipsam quod
dem libertiorem letitiam in uirginibus decet esse. quae si
non habent quod fleant fleant lapsus peccantium. Et enim
que aliorum lapsus fleant suo cauebit. fleant postremo
uel illa contemplatio est ut hic flentes illic accipiant
consolationem. Ne sicut diues ille qui hic luxuriatus
est. illic penas graues subire Domini declarat oracu-
lo. & tu audias. Recepisti bona in uita tua. Quanto be-
atius lazarus qui hic fleuit & illic exultauit. hic esuri-
uit & illic epulatur. Si uis ergo & tu bonam letitiam sequi
demonstrat tibi ecclesiastes libet quam sequi debeas quae
Veni manduca in letitia panem tuum. quoniam iam placuerit
deo facta tua. Quid autem idem ecclesiastes monuerit.
nos omnes de imoderatione ridendi consideremus. Sicut
uox inquit spinarum sub olla ut risus stultorum. Nempe
spinae cum ardent sonant & cito exurantur. ut nullus ef-
fectus caloris sit. unde & de iudeis dictum est. Exar-
serunt sicut ignis in spinis. exusti sunt enim suo risu. et
conflagrarunt in domini passione quando in anime sue
iocabantur incendium dicentes. Sperauit in domino
et ipse eum saluum faciat eum. quoniam uult eum & deri-
dentes percutiebat calamo caput eius. & spinis eum co-
ronabant. atque acetum ei ut biberet offeriebant. Ille ri-
sus synagogam incendit in eternum. Sic ergo est risus
stultorum qui sine gratia sonat & ollam corporis sui u-
rit. merito negabat sarras quod riserat ne uideret riden-

do de affectu promissorum dubitasse celestium : & tamē
ille risus plenus grauitatis fuerat & pudoris quem nemo
alius testis nisi deus solus cognosceret : que occulta non
fallunt q̄ pulchrum & illud . Noli festinare inspicere tu
irasci quia ira in sinu stultorum requiescit : hoc est & si
causa sit que moueat indignationem non sit festina ui
dicta ne immoderatus calor indignationis exestuat .
Non potest igitur auferre q̄ naturalis est motus sed motū
inertit : ut medicina consiliu temperet iracundiam . Sic
enim dauid ante iam dixerat . Irascimini : & nolite pec
care . Non quo imparat iracundiam : sed quia id qd̄ na
ture esset auferre non possit & q̄ bonus medicus reme
dium dat ut ipa iracundia non noceret . Deniq̄ etiam
si quis prolapsus esset corde : qm̄ ira nescit tenere modera
men suad̄ ut compungatur in cubilibus suis & suū unus
quisq̄ condemnat errorem : sic enim scriptum est . Que
dicitis in cordibus uestris : in cubilibus uestris compugnat̄ .
V oluit itaq̄ omnes homines suorum delictorum esse cen
sores : ut & qui publico testimonio non tenetur se ipsum
iudicem : qui in occulto lapsus est erubescat : & aculeo
quodam coerceat amaritudinis & pudoris . Quid de par
simonia loquar : cum sapiens dicat . A uferā me uentris
concupiscentiam : & concubitus cupiditas ne apprehendat
me . Nec infirmitatē ex ieiunio : & abstinentia reformi
des . Infirmitas enim grauis : sobriam facit animā . Quo
etiam docent salomonis prouerbia bone opinionem studen
dum : dicendo potius est nomen bonum q̄ diuitie mul
te . Quid est enim patrimonium nisi bona : illud guber
nat iocunde sanctus iob dicit . Benedictio morituri sup̄
me ueniat : & os uidue me bndicat oculus eram cecorū
& pes claudorum in ualidorum pater : si uidi nudum
& pretereuntem & non uestiui si non me bndixerūt egred̄ .
Et de uelleribus ouarum mearum humeros eorum non

calefecit: si abscondi aliquando peccatum meum quod ue-
lim prudens non ex uoluntate commiserim si aliquando
permisi aucto sinu exire inopem ianuam meam. His enim
bonum nomen paratur. Preeteris tamen in uirginē pre-
cellit studium sobrietatis sobrietatē dico non uini abstinē-
tiam: sed corporalis lasciuie q̄ grauius quā uino inebria-
mur. Dat enim calicem ruine & ire poculum. Unde et
dixit dominus ad hierusalem. Audi humiliata & ebria nō
a uino: ecce accepti de manu tua calicem ruine & poculu-
re. Sed hunc calicem excinauerit synagoga non bibant
filie ecclesie: de iudeis enim dictum est. Filie eorum
compositę circumornate quomodo similitudo templi. Nos
autem templum dei estis eius qui non transfiguratur in
angelum lucis: sed uerum lumen de uero est lumine ideo
in uobis non similitudo sed ueritas dicit. Multe autem
cum studium castitatis profiteantur affectant amnicula
pulchritudinis ut conuio respondeant nitidiorē uultu q̄
sacra domini decet: quibus aptico illo sermone respōdeo.
Que mortue estis cum xp̄o ab elementis huius mundi quid
adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis: ne te-
tigeritis inquit ne attaminaueritis ne gustaueritis que
sunt omnia ad corruptelam. At non sc̄a soteris ut dome-
sticum pie parentis proferamus exemplum. Habemus eī
nos sacerdotes nostram nobilitatem prefecturis & con-
sulatibus preferendam: habemus inquam fidei dignitatē
que perire non norunt: at non ut dixi soteris uultus sui
curam gerebat que cum esset decora facie ualde & nobi-
lis uirgo maiorum pro sapia consolatus & prefecturas pa-
rentum sacra post habuit fide & immolare iussa non ad-
queuit q̄ persecutor inmanis palmis cedi precipit: ut
tenua uirgo dolori cederet aut pudori: at illa ubi au-
diuit hanc uocem uultum aperuit soli inuelata atq̄ i tac-
ta martyrio & uolens in iurę occurrit uultum offerens.

ut ibi fieret martyrii sacrificium: ubi solent esse tenta-
ta pudoris. Gaudebat enim dispendio pulchritudinis peri-
culum integritatis auferri: sed illi potuerunt quidem uul-
tum eius uulnerum uiuicibus exarare: faciem tamen uir-
tutis eius & gratiam decoris interni nequaquam exarare
potuerunt. & ruscum iuuenem ueteres fabule ferunt
cum propter ammirandam oris proprii pulchritudinem
in amorem incenderet foeminas: stigmatibus in arasse
uultum suum nequaquam possit eum adamare. Videro u-
trum castus illius fuerit animus: affectus tamen non in-
nocens propter quem uise ipse animaduertent. Ille tamen
sola excepit uulnera ne noceret: haec triumphales retulit
martyrii cicatrices: ut huiusmodi dei quam acceperat re-
seruaret seruare: & uos hanc huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi
tute precepta diuina: ut omne os iniqui obstruatur
scriptum est enim. Beatus quem tu erudieris domine &
de lege tua docueris eum. Bonus dominus erudit & do-
cet & plerumque arguit: sed etiam quem arguit beatum
facit. Beatus enim homo quem arguit dominus. Et idem
in crepationes eius non refugias quia charitatis & gratiae est
I ple enim percutit: & quasi bonus medicus manibus suis sa-
nat. Septies de necessitatibus te liberat: in septimo autem
non te contigit malum in fame eripit te a morte: impu-
gna autem de manu ferri te eruit: a flagello lingue te
abscondit. Si enim tu nulli putauis derogandum aliene li-
gue flagella non metues. Mihi uero aut sermones maledico-
rum expressit dicendo: lingue flagellum cuius sonus la-
tere sult. A quo nosse parare cupiens petrus apostolus
monet: ut non reddamus malum pro malo & maledictum
pro maledicto: sed magis cum maledicitur nobis benedic-
tionis referamus gratiam: & ideo dicit. Cohibe linguam
tuam a malo. Tanquam lingue flagello: nec timeas uerbo-
rum sonum si munda est conscientia tua. Bonum est quidem

nullum si fieri potest locum obtrahationis dare. Sed quia plerique non uicium sed uirtutibus derogant reprehendant quod laudis est non inueniant quod erroris est: sed quod peius est non solum ab aliena lingua sed etiam a nostra flagellamur. & hec sunt grauiora uerba & cum ex multa loquuo peccatum incurrimus. Et ideo custodi uirgo uas tuas ut non delinquas in lingua tua: & bona loqui plerumque crimen est uirginis. Sed quid miraris de uirgine cum mulier in silentio iubeatur discere bonus est pudor quem commendant silentia susanna periclitabatur: & tacebat ut melius tacito pudore loqueretur: denique inuenit uerecundia defensorem qui defendere castitatem de qua benedicuntur quod eam a flagello lingue dominus abscondit quid de feminis dicimus. Ioseph tacuit accusatus: ut melius eum innocentia quam lingua defendere. Tacuit daniel omnibus sapientior & ora clausit Leonum unde pulchre sanctus dauid dicit. Posui inquit ori meo custodiam dum consistit aduersum me peccator. Quid enim uis loqui ueretur ne te tacente obiecta credantur: sed audi bonum magistrum dicentem sanctum Iob. Ecce uideo opprobrium & non loquor clamabo: & nusquam iudicium. **I**dest criminatur aliquis opprobria iacit habes quod intus te rideas: si crimen conscientia non recognoscit. Quid enim referas uerba uerbis: non dum est iudicium & si clamor non appropinquat debentur tibi in hoc seculo multa certamina uicerat sanctus Iob damni dolorem uicerat imo excludit luctus acerbitatem in amissionibus filiorum uicerat uulnera asperitates uiuifices corporis adhibentur mulieris temptamenta & ipsa non sensit adhuc amicorum increpationes ad certamen ei ultimum reseruantur: luctatus fuerat cum affectu patrio luctatus cum dolore corporis & egritudine oportebat eum subire etiam sermonum temptationes: quod quando uidet uiduam dispendiis aliquibus laborare aut filiorum incommoditate uel morte iustum iniustus affici noli ex istius

seculi incommodis eius merita pensare aut mirari q̄ detelict^o
a Domino sit. Hic quidem luctamur sed alibi coronamur
non de me tm̄ sed de omnibus hominibus comuniter sum
locutus. Nam unde mihi tantum meriti: cui indulgentia p̄
corona est. Hic lucta: illic brauium: hic militia: illic stipē
dium est. Ergo dum in hoc mundo sum adhuc luctor:
adhuc decerno adhuc impellor ut decidam. Sed potens
est Dominus qui impulsus suscipiat: labentē statuatur: nutā
tem erigat. Quid ḡ miraris aliquē laborare donec uita ē
ista: certamen non deert: non exit corona nullus probat^r
nisi qui perseverauit usq̄ in finem: ut postea possit qui le
gitime certauit coronari. Quis fortior paulo quis beatio
ille tm̄ ual electionis dominice: non aut sibi coronam iun
dicauit q̄ certamen omne consumaretur: ideoque ait. Cer
tamen bonum certavi. cursum consumaui. fidem seruaui:
quod reliquum reposita est mihi corona iustitiae. Quam nō
solum sibi sed etiam omnibus diligentibus aduentū Domini
dicat esse reddendam: pulchre dixit aduentum christi di
ligentibus. Nemo enim festinat ad iudicium nisi de innocē
tia securus: aut qui de labore presumit: cui aut gratia om̄i
aut pia pro xp̄o certamina suffragantur quam utiq̄ habeb^t
prerogatiuam: et ea uidua que bene filios educauerit: et
in liberis gratulabit^r & maxime que omnes quos suscepit
Domino dedit. Unde & illa euangelica uidua diuitibus an
tefertur. Non enim solum quia totum quod habuit ad uic
tum pauperum misit: sed etiam qd̄ duo erāt era detulit
dominica uoce laudatur. Id est plenam fidem denique ad
hominis sanitatem: & ille sammaritanus duo era stabula
rio dedit: quibus ulcera curare & illius a latronibus uulne
rati. Ergo quia & secundum uetus testamentum marie
aaron uirginitatem: & secundum nouum sancte marie ma
tris domini integritatem studio sue prolis imitata est: rem
nerationem fidei diuino iudicio consequit^r que nihil sibi ad

71
seculi subsidium reseruauit. sed totum domino sobolis pie
munus impendit. Te nunc domine precor: ut supra hanc
domum tuam super hec altaria que hodie dedicantur sup
hos lapides spirituales quibus sensibile tibi in singulis replem
sacratum quotidianus presul intendat: orationesq; seruorum
tuorum que in hoc fundantur loco diuina tua suscipias
misericordia fiat tibi in odorem sanctificationis omne sacri
ficium quod in hoc templo fide integra pia sedulitate de
fertur: & cum ad illam respicis hostiam salutarem p qua
peccatum mundi huius aboletur respicias: etiam ad haes
pie hostias castitatis & diurno eas tuearis auxilio ut fiant
tibi in odorem suauitatis hostie acceptabiles xpo domino
placentes: & integrum spiritum eorum animam & corpus
sine querele loco usq; in die domini nostri iesu xpi filii tui
seruare digneris. Amen.

EXPLICIT ADHORTATIO **V**irginis. Incipit Sermo
de marie uirginis perpetue.

COMMENDAS MIHI PIGNVS tuum quod
eque est meum ambrosiam domini. Sacra et
pio affectu eius tibi adseres prestantiorum reli
qua sobole sollicitudinem: & uere ita est apud mentem fi
delem. Ceteras enim instituis ut emittas domo atque
alienis copules istam semper tecum habebis: inceteris qq
paterne ueris pietatis necessitudine in hac ultra partem p
cedis uotoq; & studio progredieris ut placeat deo que cum
sit prestantior causa uotorum sola tm soluat quicquid pro
se & pro omnibus filiis debet: hoc est sacrificium quod
abel optulit exprimitiuis ouium suarum fetibus quod &
apostolus pre ceteris laudat ad corinthios dicens. Quando
qui stat in corde suo firmus & iudicauit in corde suo seruare
uirginem suam bene facit: igitur & qui matrimonio iungit

uirginem suam bene facit & qui non iungit melius facit.
Vnde pulchre cum dauid descripsit & ecclesie gratiam
cuius omnis gloria intus est non foris. In bonis enim co-
gitationibus atque immaculato castitatis affectu & sin-
cere proposito conscientie summa est laus: subrexit di-
cens. Afferentur regi uirgines post eam. Et conuersus ad
dominum patrem. Proxime inquit eius afferentur tibi:
afferentur in letitia & exultatione adducentur in te plus
regis. Que est proxima nisi que christo propinquat: &
cui dicit deus uerbum. Exurge ueni proxima mea for-
mosa mea: columba mea: quia ecce hyems preterit. An-
tequam uerbum dei reciperet hyems erat in honore sine
fructu: ubi uerbum dei recepit & mundus & est cru-
cifixus etas est facta: denique feruore sancti spiritus ua-
porata flos esse cepit: & spirare odorem fidei flagrantis
castitatis suauitatem gratie: unde & alibi addidit. Ocu-
li tui columbe extra taciturnitatem tuam. Eo quod tota spi-
ritalis & simplex sicut columba: in cuius specie uisus est
a iohanne descendere spiritus sanctus spiritalia uideat
& nouerit ea que uiderit tacere mysteria: non enim me-
diocris uirtus tacere. Est enim & tempus tacendi sicut
tempus loquendi: sicut & scriptum est. Dominus dat
mibi linguam eruditionis: quando oportet dicere ser-
monem. Virginitatis itaque dos quedam est uerecundia que
comendatur silentio: ideo & ecclesie gloria intus est no-
uitque in multiloquio sed in sensibus ut inpenetrabilibus
sacramentorum: sicut ipsa dicit ad sponsum. Quis dabit
te fratre mihi lactantem ubera matris mee: inuenies te
foris osculabor te: & quidem non spernet me: ad summas
te & ducam te in domum matris mee & in secretum eius que
concepit me. Et supra ait. Introduxit me rex in cubicu-
lum suum. Foris osculatur ecclesia christum: & ab eo in cubi-
culum introducit: osculatus est eam foris quando tanquam

sponsus procedens de thalamo suo : exultauit tanq̄ gigas
adcurrentiam uiam . Tanquam gigas foris est quia non
rapinam arbitratu esse se equalem deo : formam serui ac-
cepit . Foris ḡ factus est qui erat intus : uide illum intus
quando legit q̄ in sinu est patris cognosce illum foris quan-
do nos querit ut redimat foris sibi factus est ut mibi intus
esset . & fiet & medius nostrum . Ibi ḡ sumus ubi christus
medius est radicans & fixus in cordibus nostris : & ideo sic
ipse precepit . Cum oras intra cubiculum tuum : & effun-
des super te animam tuam . Cubiculum tuum interiorum
secretum est : cubiculum tuum conscientia tua est : deiq̄
ecclesiastes tibi dicit . Et quidem in conscientia tua regi-
ne maledixeris : & in penetrabilibus cubiculorum ne ma-
ledicto deuoueris diuitem . Ibi ḡ ora & ora in occulto
ut audiat te qui in occulto audit & ora sine ira & discep-
tatione : abdicato occulta dedecoris . Iustus enim non pro-
ditionem criminis metuit : sed contagionem . Quā bona
oratio cum misericordia . Bona oratio que ordinem seruat :
ut primo a diuinis inchoemus laudibus . Si enim cum
apud hominem agimus beniuolum uolumus iudicē facē
quanto magis cum deum nostrum precamur : primo ergo
immolemus deo sacrificium laudis . Unde & ap̄tus dicit .
O bsacro ḡ primo omnium fieri orationes obsecrationes postu-
lationes : gratiarum actiones . Doceat te dauidicus psalmus
octauus : qui cepit ad dei laudibus . Domine dominus n̄r :
q̄ ammirabile est nomen tuum in uniuersa terra : quoniam
elevata est magnificentia tua sup̄ celos : ex ore infantium
& lactentium perfecisti laudem . Hactenus oratio inde se-
quitur obsecratio ut destruatut inimicus : postulatio ut
lunam & stellas uideat : Lunam ecclesiam : stellas filios ec-
clesie celestis gratie luce fulgentes : ut quod petit prophe-
tico spiritu uisurum se esse promittit gratiarum actio quod
tuetur dominus hominem & hunc lunum corporis nostri

diuina uisitacione confirmat: ut qđ homini animantium
genera uniuersa subiecit: similiter & dominica oratio om-
nia comprehendit quā uulgare non opus est: tu autē qui
legis quemadmodum distinguere debeas recognoscis pre-
cipue tamen ut dixi commendanda est oratio sicut p̄missi
placiditate animi & tranquillitate ut unusquisq; sibi cōste
& congruat: & fiat illud quod scriptum est: Si duobus
ex uobis conuenit super terram de omni re quamcunq; peti-
erint fidē a p̄re meo: qui in celis est: ubi enim sunt duo uel
tres congregati in nomine meo: ibi ego sum in medio eorū.
Qui sunt isti duo: nisi anima & corpus. Vnde & paulus ca-
stigabat carnem suam & seruituti redigebat: ut esse anime
tanquam imperatrici sue caro subdita & mentis imperis ob-
temperare ne esset in uno homine discidium ac bellum in-
tra se gerere: & legi mentis repugnaret lex corporis: duo ḡ
ista diuersa ratione quadam & pace iungebat secundum qđ
ipse adseruit dicens: Quia xp̄s est pax nostra qui fecit utiq;
unum: & medium parietem sepis soluit inimicitias in carne
sua: Ne id agere quod nollet: atque id facere quod
odisset. Isti ergo sunt duo: anima & caro. Vnde et
dauid ait: Non timebo: quid faciat mihi caro. Quam
aduersariam anime sue noscet: que t̄m duo ut euidē-
tius exprimamus non solum duo sunt sed etiam duo
homines: unus interior alter exterior: isti duo si sibi
propositi e qualitate concurrant ut cogitationes factas
& cogitationibus facta conueniant uite nostre rota sine
ulla offensione uoluetur: ut quemadmodum scriptum
est: Fiat uox conitruū in rota. Isti igitur duo unū sūt
nec solum unum: sed unus homo. Vnde & apostolus
ait: Et duos conderet in uno homine faciens pacem et
reconciliaret utrosq; in uno corpore deo per crucem inter-
ficiens inimicitias in semetipso: ut utriq; accessum habea-
mus in uno spiritu ad patrem. Sunt etiam duo homines

uetus & nouus: uetus ille peccato obnoxius & obsoletus
ac uestimenti ueteris similitudine attritus & scissus que
in baptisate adfigimus cruci. Vnde apostolus ait. *q*
Quia uetus homo noster simul crucifixus est cruci: ut de-
struat corpus peccati: ut ultra non seruiamus peccato.
Vetus ergo adficitur ut moriatur peccato ut nouus resurgat
qui renouatur per gratiam: diximus de duobus: fortasse
dicat aliquis. Quid de tribus dicis quando scribitur
Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo: ibi
ego sum in medio eorum. Hinc quoque ratio manifesta
est: quia idem apostolus dicit. Ipse autem deus pater
sanctificet uos per omnia: & ut integer spiritus uester et
anima & corpus sine querela in die Domini nostri iesu xpi
seruetur. Vbi ergo tres isti integri: ibi christus est in medio
eorum: qui hos tres intus gubernat & regit ac fidei pace co-
ponit. Hec igitur tria integra pre ceteris in se uirgo casti-
diat: ut nullam det sacre uirginitatis querelam: & sit in
offensa sine ruga sine macula de qua licet frequentibus
libris dixerimus: tamen memorati pignoris causa hunc ad
te librum condendum arbitrati sumus. bono uirginitat: que
sexum utrunq non solum absoluit a crimine: ueram etiam
prouocauit ad gratiam. A celsamus autem plerunque foe-
mineum sexum: q erroris causam inuenerit: & non confi-
deramus quanto iustus in nos oburgatio retorqueatur. *o*
Nam ut repetamus a principio & rerum exordia interroge-
mus: quantum ei delatum sit inuestigauimus: et quam
in misera conditionis humane fragilitate femina tamen
inuenit gratiam. Nam cum omnia opera sua laudauit
deus: celum terram maria noctem & diem q iste pro-
ficere & ad usum laboris illa ad fructum quietis laudauit
feras bestias: ubi ad hominem uentum solus non uidetur
esse laudatus: propter quem generata sunt omnia. Qua
igitur causa nisi forte ea quia alia in specie sunt homo in

de

occulto: nihil in bestis plus reperias quod uideatur in
homine nihil est inferius quam quod uideatur: qui cum ex ani-
mo constet & corpore hoc utique in eo seruit quod uideatur.
I Illud autem in eo regit hominem: quod non uideatur. Merito
ergo alia in exordio laudantur: istius laudatio non
promittitur sed reseruat: quia aliorum gratia fors huius
intus est: aliorum in natiuitate huius in corde. Quid enim
tam altum & tam profundum quam mens hominis: que quasi
in uolucro quodam corporis regitur et occultatur: ut
eam haud facile quisquam introspicere & speculari queat.
I deo ergo homo non ante laudatur: quia non in forensi
pelle sed interiore homine ante probandus: sic predican-
dus est quem preclare diffiniunt apostolus Petrus dicit.
Abconditum esse cordis hominem in in corruptione ge-
ti & modesti spiritus: qui est ante deum locuples.
Merito ergo differitur ut sequatur fenestrata eius laudatio:
cuius dilatio non dispendium sed incrementum est. Ne-
mo ergo se despiciat quasi uilem: nec contuitu corporis
se se estimet: nam & si dixerit sanctus Iob. Nudus exi-
ui de uentre matris mee: nudus & hinc abibo. Habuit
tamen quo non solum inter homines: sed etiam apud deum
diues inueniretur. Quid autem locupletius quam quod ad
himaginem dei est ac similitudinem: ad himaginem
autem interior est homo: non iste exterior ille qui sensu
estimatur non oculis comprehenditur. Ille ergo nobis
expectandus est: qui serius inuestigatur. Ideo deus non
putauit hominis fabricam esse laudandam: quia maior
eius in uirtute est portio preclara quidem species et pre-
stantior ceteris animantibus: sed in rationabili specie cor-
poris estimatur: ea autem que rationis plena sunt comu-
nem laudem sequestrent. Homo igitur mihi non tam uultu
quam affectu admirandus gmineat atque excellat: ut in his
laudetur in quibus etiam deus prophetico iudicio lauda-

tur: de quo scriptum est. Terribilis in consiliis: super filios
hominum. Cuius opera coram Deo luceant: quia bona
iugibus operibus facta contexat. Et ideo laudatio eius
non in exordio: sed in fine est. Nemo enim nisi legitime
certauerit: coronatur. Ideoque sapiens tibi dicit. An-
te mortem non laudes hominem quenquam. Qua ratio-
ne hoc dixerit superioribus docuit dicens: Quia in fine
hominis nudantur opera eius: spectemus tertium in quo
manifestauit deus sententiam suam. Cum enim fecisset
hominem & posuisset in paradiso operari & custodiri
dixit: Non esse bonum solum esse hominem: faciamus
ei adiutorium secundum se. Sine muliere igitur homo
non habet laudem: in muliere predicatur: nam cum
dicit. Non est bonum solum esse hominem: confirmat
utique bonum esse hominum genus: si uirili sexui femineus
sexus accedat simul illud considerandum: quia ille de
terra factus & limo est ista de uiro & caro quidem limus
sed ille adhuc informis iste formatus: iam illud precla-
rum ut apostolicum accessimus exemplum quod habemus scrip-
tum. Quia relinquet homo patrem & matrem: & adhere-
bit uxori sue: et erunt duo in carne una: sacramentum
hoc magnum est. Ego autem dico in christo: & in eccle-
sia. Aduertimus itaque per mulierem celeste illud imple-
tum esse mysterium ecclesie in ea gratiam figuratam: pro-
pter quam christus descendit: & eternum illud opus humane re-
demptionis absoluit. Unde & adam uocauit nomen mu-
lieris sue uitam. Nam & in populis per mulierem succes-
sionis humane series & propago diffunditur: & per eccle-
siam uita confertur eterna. Sane negare non possumus
quod errauerit mulier: quid miraris tamen si infirmior
lapsus est sexus cum sit lapsus etiam fortior. Mulier
excusationem habet in peccato: uir non habet: illa ut scrip-
tura adserit a sapientissimo omnium serpente decepta

est: tu a muliere idest illa superior creatura decepit
te inferior. Te enim mulier decepit: illam malus licet
tamen angelus: sita inferiori non potuisti resistere: quō
illa potuit superiori: culpa tua illam absoluit: si de meū
to culpe dubitas interrogemus sententiam: illi dictum ē
In tristitia paries filios: & ad uirum tuum conuersio tua: &
ipse tibi dominabitur. Viri autem dicitur. Terra es: et
interram ibis. Et uere iusta sententia quando quidē si adā
quod a domino deo audierat seruare non potuit: quomō
potuit seruare mulier quod audiuit a uiro: si illum dei
uox non confirmauit: quomodo istam uox firmare. Hu
mana: denique adam conuentus: q̄ contra diuina que
coram audierat precepta gustasse & nihil habuit quod
dicere: nisi q̄ sibi mulier dedisset & manducasset: mu
lier autem ait. Serpens traduxit me: et manducaui.
Quanto maior mulieris absolutio: ille arguitur. Hec in
terrogatur: adde illud quod & prior culpam fatetur.
Et enim que se dicit esse seductam: testatur errorem.
Erroris igitur medicina confessio est. In iudicio ipso:
quanto eminentior mulier uiro: ille mulierem suam ac
cusauit: ista serpentem: hoc est nec accusata crimen re
trorsit: sed ipsum accusatorem suum maluit si posset ab
soluere q̄ ligare. Habet igitur & culpe absolutionem:
in confessione & sententię in executione. In tristitia iqt
paries filios. Condepnationis sue p̄dus agnoscit munus
p̄cnalis conditionis exequitur: pro te mulier dolo
ribus suis militat: et remunerationem expena inuenit
ut per filios per quos affligitur liberetur: facta est itaq̄
gratia ex iniuria: salus ex infirmitate: scriptum ē enī:
Quia salua erit: per filiorum regenerationem. Cum sa
lute itaque parit quos in tristitia parturiuit: & ad lau
dem educat: quos peperit cum dolore. Sed dicitur uir
quia mulier temptatio fuerit uiri: uerum etiam. Si et

decora ecce alia temptatio: tamen abrahe descendenti
in egyptum uxoris pulchritudo non nocuit immo ma-
gis profuit. Honoratus est enim per uxorem non lu-
dibrio habitus in uxore. Cur autem tu uultus decore
in coniuge magisquam morum requiras? Placeat uxor
honestate magisquam pulchritudine: illa eligatur
quae sarram moribus superat: non est uicium mulieris
esse quod nascitur sed uicium uiri est querere in uxo-
re quod sepe temptatur: in quo si infirmior fuerit muli-
er ipsa labatur: si fortior uir periclitetur. non possu-
mus reprehendere diuini artificis opus: sed quem delec-
tat corporis pulchritudo: multo magis illa delectet ue-
nustas: quae ad huiusmodi dei est intus non foris cotior.
Si ergo uxor temptatio est esto cautior querere remedi-
um aduersus temptationis periculum: uigilate inquit
& orate ne intretis intemperationem. Dominus hoc dix-
it audiuit mulier impleuit: quotidie mulieres ieiu-
nant & non indicta prestant ieiunia: peccatum agnoscent
accersunt remedium semel de interdicto mulier mandu-
cauit & quotidie ieiunium soluit: qui secutus est errantem
sequere corrigentem: ambo manducauit: cur sola ieiua-
nat? Hoc est ambo deliquistis: cur sola remedium que-
rit erroris. Veni eua iam sobria ueni eua & si intempera-
ntem: sed iam in prole ieiunia. Veni eua iam talis
ut non de paradiso excludaris: sed rapiaris ad celum.
ueni eua iam sarra quae parua filios non in tristitia: sed
in exultatione: non in merore sed risu isaac tibi multi-
plex nascitur: Veni iterum eua iam sarra de qua dicat
uero. Audi sarram uxorem tuam: sis tu licet uero subdi-
ta: quia esse te decet cito tamen soluisti sententiam ut
ut te audire iubeatur: si typum christi illa pariendo a
uero meretur audiri quantum profecit sexus qui christum
salua tamen uirginitate genuit. Veni ergo eua iam

maria que nobis non solum uirginitatis incensiuum attu-
lit: sed etiam deum intulit: unde letus & exultans
tanto munere dicit ysaias. Ecce uirgo in utero accipiet &
pariet filium: & uocabitur nomen eius hemanuel: quod
est interpretatum nobiscum deus. Unde hoc munus: no-
de terra utiq; sed de celo uas sibi: hoc per quod descendet
christus egit & sacrauit templum pudoris: per unam
descendit sed multas uocauit. Unde & speciale maria
domini hoc nomen inuenit quod significat deus ex ge-
nere meo dicitur sunt & ante marie multe: nam & maria
amaritudo maris uocabatur. Venit ergo dominus i ama-
ritudinem fragilitatis humane: ut conditionis amari-
tudo dulcesceret uerbi celestis suauitate & gratia tempe-
rata: hoc significauit fons myrrha per lignum: eo qd
populus nationum amarus ante peccatis: uel caro nostra
temperamento passionis dominice in usus alteros mutat &
uir egregia igitur maria que signum sacre uirginitatis
extulit: & intemerate integritatis pium christo uexil-
lum leuauit: & tamen cum omnes ad cultum uirgi-
nitatis sancte marie aduocentur exemplo fuerunt: qui
eam negarent uirginem perseuerasse: hoc tantum sacri
legium silere iam dudum maluimus. Sed quia causa uo-
cauit in medium: ita ut eius prolapsionis etiam episcopi
argueretur inde natum non putauimus relinquendus
& maxime quia & mulierem eam legimus. Sicut ait
in cana galilea ipse dominus dicenti sibi: uinum non ha-
bent: fili respondit. Quid mihi & tibi est mulier: &
alibi legimus quod dixerit matheus de ioseph & maria:
Inuenta est antequam conueniret in utero habens de
spiritu sancto: & infra. Non cognouit eam donec pepe-
rit. Et iterum de ioseph. Noluisti eam traducere: &
fratres domini uidentur significare: qd de maria suscep-
tissimi: & apostolus ait. Postquam uenit plenitudo te-

poris: in quo misit filium suam natum ex muliere factam sub lege. Que singule notandum nobis sunt: ut qui illas legit sermonis huiusmodi uinculo non alligetur. Respondeamus itaque suo ordine de mulieris nomine quod quidem ad sexum retulit. Non enim corruptele: sed sexus uocabulum est uulgi usus non preiudicat ueritati. Denique uirginitas primum hoc nomen accepit. Nam sumpsisset deus unam de costis adae: & suppleuisset carnem in locum ipsius. Et edificauit inquit eam in mulierem utique adhuc uirum non cognouerat: et iam mulier uocabatur rationem quoque nominis huius scriptam non tacuit dicens. Quia dixit adam: os de ossibus meis & caro de carne mea: hec uocabitur mulier: quoniam de uiro suo sumpta est. Quia sumpta est inquit de uiro suo non quia uirum expecta: itaque quod diu paradiso fuit mulier uocata est & cognita uiro non erat. Vbi autem eiecta est de paradiso. Tunc legitur: quia ada cognouit eam mulierem suam: & tunc concepit et peperit filium. Primum igitur solutus est nodus: secundum questio: quia scriptum est. Antequam conuenirent inuenta est in utero habens. Consuetudo autem scripture diuine ea est: ut causam que suscepta est adstruat incidentem differat: quo soluitur etiam tertia questio quia dictum est. Non cognouit eam donec peperit filium. Quid ergo: postea cognouit: minime: denique habes alibi scriptum. Ego sum deus: & donec senescatis ego sum. Nunquid igitur postquam senuerunt: quia dictum erat. Deus esse desinit: item in propheta dauid legimus. Dixit dominus domino meo sede ad dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nunquid subiectis populis nationum qui ante uidebantur: inimicum salutis auctorem negarent: simulacris seruirent ad dexteram patris filius sedere desinit: aut

imperpetuum non sedebit: quid autem preiudicat ma-
rie si celestis consilium mysterium ioseph non intellexit
& putauit uirginem non esse: quam pregnantem uidet
resurrectionem domini angeli ignorauerunt: q̄ significat
uerficuli. Tollite portas principes uestri: & eleuamini
portę eternaes: et introibit rex glorie: quis est iste rex
glorie? Interrogant quasi ignorent: & alii respondent.
Dominus fortis & potens dominus potens in prelio: ipse est
rex glorie. Et repetiuit propheta eosdem uersiculos: et
nihilominus illi quasi ignorantes iterum interrogauerunt:
Sic enim scriptum est. Tollite portas principes uestri: et e-
leuamini portę eternaes. & introiuit rex glorie: quis est
iste rex glorie? Quomodo ergo homo potuit diuinum
scire secretum quod angeli nesciebant. & in ista libro heb.
Quis est iste qui aduenit ex edom rubor uestimentorum ex
bosor. Et utiq̄ minus erat hominem resurrexisse: q̄ uirgi-
nem parturire. Et enim iam helie precibus helisei ora-
tionibus mortui resurrexerant: nunquam autem ante
nunquam postea uirgo genuit. Hoc autem opinatus
est q̄ traduceret eam quasi ream: antequam ab angelo mo-
neretur: postea autem quasi fidelis nec dubius uirginitatis
eius seruauit oraculum: nec illud moueat quod ait. Quia
ioseph accepit coniugem suam: & profectus est in egyptum.
Desponsata enim uiro coniugis nomen accepit: Cum enim
iniciatur coniugium: tunc coniugi nomen adsciscitur.
Non enim defloratio uirginitatis facit coniugium: sed pactio
coniugalis. Denique cum uingitur puella coniugium
est: non eam uirili ammissione cognoscitur quod ante
fuit desponsata conubio licet alibi plenius dixerimus.
Libare satis est causam celestis mysterii: ut ab his qui
mariam grauem utero cernerent: non adulterium uirgi-
nitatis sed desponsate partus legitimus crederetur. Ma-
luit enim dominus aliquos de sua generatione q̄ de ma-

trif pudore dubitare. Fratres autem gentis & generis po-
puli quoque consortio nuncupari. docet dominus ipse
qui dicit. Narrabo nomen tuum fratribus meis. in me-
dio ecclesie laudabo te. Paulus quoque ait. Optabam
ego anathema esse pro fratribus meis. Potuerit autem & frater
esse ex ioseph. non ex maria. Quid quidem si quis diligentius persequatur
iuuencus. Nos eam persequendam non putauimus. quoniam firmus nomen
liquet pluribus esse commune. An uero dominus Iesus ea sibi mater elige-
ret. quae uiri sanctae aula possit in celsitate celestis. Quali ea cui
impossibile esset. uirginalis pudoris seruare custodiam. Cuius
exemplo ceterae ad integritatis studium perueniant. ipsa ab
huiusmodi quod pro se ceteris propositum fore munere deuiant.
Et quae esset cui maius quam matri dominus meritum reponeret. meritum
reseruaret. Nulli ei uberius quam uirginitati deputatum munus.
sic scriptura nos docet. Sic enim per Isaiam dominus locutus est.
Ne dicat spado quia ego sum lignum aridum. hoc dicit dominus
spadonibus. Quicumque custodierit precepta mea. & ele-
gerint quae ego uolo & amplectentur testamentum meum.
dabo illis in domo mea & in muro meo locum nominatum melio-
rem filiorum & filiarum nomen aeternum dabo illis & non deficient.
Aulus permittit ut non deficiat. matrem suam deficere patiebatur.
Sed non deficit maria. non deficit uirginitatis magistra. Nec
fieri poterat. ut quae deum portauit. portandum homines arbi-
traretur. Nec ioseph uir iustus in hac prorsus amittam.
ut matri domini corporeo concubitu misceret. Sed tamen maria
suis non alienis moribus defendat. Non defecit ut dixit.
Ipse testis est filius dei. quae cum esset in cruce discipulum matri com-
mendabat ut filium. discipulo eam tradebat ut matrem.
Docuit hoc iohannes. quae mystica magi scripsit. Alii ei euan-
geliste scripserunt quod in passione domini terra contremuit sol
refugit. persecutoribus uenia postulata est. iste dilectus
domini quae ex pectore eius hauserit secreta sapientiae & pie uolun-
tatis archana ab aliis dicta preterit. hoc diligentius persequi

tus est. ut maternae uirginitatis p̄seuerantiā suo iudicio
cōparat: q̄i filius de m̄ris pudore sollicitus: neq̄ eā tāto
cōuicio temerare ītegritatis aspiceret. Dignum quippe
erat: ut q̄ latroni ueniā donabat: m̄rem dubio pudoris
absoluēt. Dic̄ ḡ ad m̄rem. Mulier ecce filius tuus. Dic̄
& ad discipulū. Ecce m̄r tua. Ipse ē discipul̄: cui m̄r cō-
mendabat. Quō marito uxore tolleret: si fuit maria
mixta coniugio: at usū thori ingal̄ agnouit. Claudi-
te ora ip̄i: ap̄ite aures p̄i: audite qd̄ xp̄s loq̄tur. Testat̄
de cruce d̄ni Iesus & paulis̄ publica differt salute: ne
m̄rem ī honore relinq̄t. Subscribit Iob̄es testam̄to xp̄i:
legetat m̄ri pudoris defensio: testionius ītegritatis legat̄
& discipulo m̄ris custodia pietatis gr̄a. Et ex illo suscepit
eā discipul̄ ī sua. Non utiq̄ xp̄s faciebat diuortiu: n̄ maria
reliquebat uirū: si cū qua uirginitate debebat: quā cum eo
que filii herede ītegritatis seuerē ee custode. Stabat ante
crace m̄r: & fugientib; uiris stabat ītrepida. Videte uirus
pudore mutare potuerit m̄r Iesu q̄ animū n̄ mutauit. Spec-
tabat p̄iul oculis filii uulnera p̄ q̄ sciebat oib; futuri redemp-
tionē. Stabat n̄ de ḡni mater spectaculo: q̄ nō metueret
p̄ptore. Pendebat in cruce filius: m̄r se p̄secutorib; offere-
bat. Si hoc solū eet ut an̄ filii p̄sterneret laudat̄ pietatis
affectus: qd̄ sup̄stos filio ee nolebat. Sinuō utiq̄ filio mo-
reret cum eodē gestiebat resurgere: n̄ ignata mysterū qd̄
genuisset resurrecturū. Simul q̄a publico usui ip̄edi mor-
tem filii nouat: p̄stolabat si forte & sua morte publico
muneri aliqd̄ adderet. Sed xp̄i passio adiutorio n̄ eguit:
sicut ip̄e d̄ni loq̄e an̄ p̄dix̄. Et respexi & n̄ erat adiutor:
& attēdi & neō suscipiebat: & liberabo eos brachio meo.
Quō ḡ extorqueri potuit ītegritas marie: q̄ fugientibus
ap̄t̄is supplicia n̄ timebat: si se ip̄a offerebat piculis. Cuius
tanta gr̄a: ut n̄ solū ī se uirginitatis gr̄am reseruaret: sed
& his q̄s uiseret ītegritatis iligne cōferret. Visitauit iob̄es

baptistam : & in utero matris priusq̄ nascere exilium in-
fantulus obsecutus anteq̄ genitus. Nec i merito mansit
integer corpore : quē in tribus mensibus oleo q̄dam prese-
tie sue : & integritatis unguento dñi m̄ris exerceat. Ea-
deq̄ postea Iobi euangliste ē tradita : coniugiū nesciēti .
Vñ non miror p̄ ceteris locuti mysteria diuina : cui p̄sto
erat aula celestiu sacramtorū . Nūc mihi dicāt q̄ hanc
questionē serūt : qd̄ est qd̄ ait dñs p̄ propham . Nunc
reuocabo captiuitatē iacob : & miserebor adhuc dom⁹
isrl̄ . & infra . Cōgregabo inq̄ eos de gētib⁹ : & congre-
gabo illos de regionibus nationū & sacrificabor ih̄s
in cōspectu gētiū : & sciēt q̄ ego sum dñs deus ip̄orū
dum apparebo illis int̄ natiōes : & n̄ ouertā amplius faciē
meam ab eis p̄ eo q̄ effundi iram meā in domū isrl̄ dicit dñs .
Et infra dicit p̄p̄ha : uidiſſe ī mōte alto nimis edificatio-
nem ciuitatis cuius porte pluriē significant : una tamē
causa describit̄ de qua sic ait . Et conuertit me scdm̄ uiam
porte scōrum exteriorisq̄ respicit̄ ad orientē : & hec eāt
clausa . Et ait ad me dñs . Porta hec clausa ēit n̄ apiet̄ :
& neō t̄nsibit̄ p̄ eam eritq̄ clausa . qm̄ dux hic sedebit̄ ī
ea ut manducet̄ panē in cōsp̄cū dñi scdm̄ uiam clam-
porē intrabit̄ : & scdm̄ uiam eius exibat̄ . Que ē hec por-
ta : nisi maria . Ideo clausa : q̄a uirgo . Porta iō̄ maria p̄
quā xp̄s intrauit̄ ī h̄c mundū : quō uirginali fuit̄ ē partu
& genitalia uirginitatis claustra n̄ soluit̄ . mansit̄ ī teme-
ratum septū pudoris : & ī uiolata integritatis durauere si-
gnacula cum exiret̄ ex uirgine : cuius altitudinē mund⁹
ferre n̄ possēt̄ . Hec inq̄ porta clausa ēit : & n̄ aperietur .
Bona porta māia q̄ clausa erat : & n̄ apiebat̄ . Transiū p̄ eā xp̄s
sed n̄ apuit̄ . Et ut doceamus q̄a portā h̄t̄ oīs hō p̄ quam
xp̄s ingredit̄ . Tollite inq̄ portas p̄ncipis uiri : & eleuam̄
porte eternales : & introibit̄ rex gl̄ie . Quāto magis ḡ
porta erat ī maria : inq̄ sedit̄ xp̄s corporaliter et exiū . Est

enim porta uentris: unde ait Iob scs. Intenebrascant
inquit stelle noctis illius: quia non conclusit portas uentris
matris mee. Et sic g^o & porta uentris: sed non omnis clausa sep.
Verum una sola potuit manere clausa: per quam sine dispen-
dio claustrorum genitalium uirginis partus exiit. Ideo au-
ppha. Porta haec clausa erit & non aperietur: & nec transi-
bit per eam. Hoc est nec hominum: quoniam dominus inquit. Deus israel
transibit per illam eam: eritque clausa: id est & post transitum domini
erit clausa. non aperietur a quoque nec aperta est: quoniam habuit semper
ianuam suam christum: qui dixit. Ego sum ianua. Quam nemo
ab ea potuit auellere. Haec porta ad orientem aspiciebat: quoniam
quoniam uerum lumen effudit: quae genuit orientem: peperit
solem iustitiae. Audiant ergo prudentes. Clausa inquit haec
porta est: quae solum recepit deum israel. Is igitur de quo dictum est
ad ecclesiam. Quoniam confortauit seras portarum tuarum: suam
portam confortare non potuit: sed confirmauit profecto &
seruauit intactam. Denique non est aperta. Audiatur igitur propheta
dicente. Non aperietur eritque clausa. Hoc est non aperietur ab eo: cui
desponsabitur. Non licebit enim ut aperiat: quia dominus transiit.
Et post eum inquit: erit clausa. Haec est non aperta eam Ioseph: quoniam
dicit ei. Noli timere accipe maria conjugem tuam: quod enim
ex ea nascetur desponsum sancto est. Porta ergo clausa uirginitas est:
& ortus clausus uirginitas: & fons signatus uirginitas.
Audi uirgo diligentius apertis auribus: & clauso pudore
aperi manus ut te pauper agnoscat: claudere ostium ne teme-
rator irrepat: aperire mentem: serua signaculum. Virga quae a
radice uirginitas est. Sic enim scriptum est. Exiit uirga a radice ier-
se: & flos a radice ascendit. Non cauata est haec uirga: sed so-
lida. Nec ergo adurat uirga tua: ut florem suum custodiat.
Virga es o uirgo: non curuetur non inflectaris in terra: ut inter
flos patris radice ascendat. Ortus clausus es uirgo: serua
fructus tuos. Non ascendat inter spine: sed uirga tuae floreat.
Ortus clausus es filia: nec auferat sepe tui pudoris. Quia

scriptum est. Et destruente[m] serpem[m] mordebit[ur] serpens. Si illa
solam auferat de qua dictum est. Quid incisa e[st] serpis. Nemo
parietem tuam destruat: ne sis in conculcatio[n]em. Paradisus es
uirgo: euan caue. Fons signatus es uirgo: ne o aquam tuam
polluat: ne o conturbet. ut imaginem tuam in fonte tuo semp
attendas. Porta clausa es uirgo: ne o apiat ianuam tua[m] quam
semel clausit sc[ilicet] & uerus qui habet clauem n[on] e[st]. q[ui] aperit et
nemo claudit. & claudit & ne o apit. A peruit tibi scripturas:
nemo eas claudit. claudit pudorem tuum: ne o apiat eu[m]. Veni
inquit cito: tene q[ui]d habes. ne o accipiat corona[m] tuam. Que
est g[ra] corona tua: nisi illa de q[ua] dictum e[st]. Et eris corona de
coris in manu domini. Quis hoc dicit: nisi ille de quo dixit
ecclesiastes. Est unus & non e[st] sc[ilicet]s. Quis est iste: nisi ille de
quo dictum e[st]. Magister u[er]o unus e[st] x[ristus]. Unus est: quia
unigenitus dei filius. Unus q[ui] sol[us] ut scriptum e[st]. Quia ex
pandit celu[m] sol[us] & ambulat sicut in terra sup[er] mare. Hic g[ra]
non e[st] sc[ilicet]s q[ui]a primus e[st]: n[on] e[st] sc[ilicet]s q[ui]a unus e[st]. Unus deus p[ater] ex
quo omnia: & nos in illo. Et unus d[omi]n[us] Iesus x[ristus] p[ro] que o[mn]ia.
& nos p[ro] ip[s]o. Unus deus p[ater] & unus dei filius & unus sp[iritus] s[an]c[tus].
sic scriptum e[st]. Hec aut[em] omnia op[er]at[ur] unus atq[ue] id[em] sp[iritus] diuidens
singulis p[ro]ut uult. Unus inq[ui]t: unus q[ui]a unus e[st]. Nullus sc[ilicet]s:
quia q[ui]d uult facit: n[on] q[ui]d imp[er]at. Unus g[ra] p[ater] deus: & unus
dei filius. Unus & unus: q[ui]a n[on] duo du[m]. Unus filius: q[ui]a cu[m] p[ater]
unum e[st]: sic ip[s]e dixit. Ego & p[ater] unum sumus. Et unus sp[iritus]:
quia unitas trinitatis e[st] n[on] ordine distincta n[on] t[em]p[or]e. S[ed] dicit lee
tum. It[em] baptizare g[ra]s: i[n] nomine p[ater]is & filii & sp[iritus] s[an]c[t]i. Et obu
ciunt: q[ui]a primo patrem no[m]inauit: sec[un]do filiu[m]: tertio sp[iritum].
Nunq[ui]d g[ra] q[ui]a dicit euang[eli]um. I[n] p[ri]ncipio erat u[er]bum & u[er]bum
erat apud deu[m]: inferiorem significauit p[ater]em: q[ui]a primo u[er]bum
dei i[n] p[ri]ncipio semp[er] esse ac fuisse memorauit: Aut cum
dixit ap[osto]lus. I[n] regno x[risti] & dei ordinem fecit: Aut cum
dicit ip[s]e d[omi]n[us] Iesus. Spiritus domini sup[er] me: propter quod
unxit me euang[eli]zare paup[er]ib[us] misit me p[re]dicare captiue

remissionem eminentiorem filio Dei spm esse testatus est.
A duertis uirgo: que ad mom ista soluant. A p i ad h aures
tuas: os tuum claudere. A p i aures tuas ut fidem audias:
claudere os ut teneas uerecundiam. De cu illi legunt qd
dixit. In noie patris & filii & sps scs. Et n intelligunt
qd an premisit. In nomine inqt. Tres psonas qdem
significauit: s unum trinitatis nom asseruit. Vnus itaq
Deus: unum nom: una diuinitas: una maiestas. Nullus
g scd: qd pncipiū omniu trinitas ē: & trinitatis pmat
sup omnia. Est g unus: & n est scd. Vnus ē: q scdm n
habet: qd unicui solus sine pccō: solus sine adiutorio. Q
ait. Respexi: & n erat adiutor. Non est finis labori ei:
qd pro omnibz aduocatus nr est apud prem: & infirmita
tes nras suscepit & pro nobis dolē: i firmat sic ait. Eger
eram: & n uisitasti me. Cuius oclis n satiat diuitis. Qd
ipse est altitudo diuitiarum sapiē & sciē: inq sunt the
sauri mysteriorū celestiu. Cur g scdo potius laboramus
& fraudamus aiām nrām tante bonitatis dispendio: qui
nulli alii nisi huic seruire dno deberemus. Hic g nō est
scd. Ego certe hoc testimoniū defero. Legō qd primus
est: Legō qd n est scd. Illi q scdm aiūt: doceat lectioes.
S dicit aliquis qd scriptū ē. Primus hō de terra tēnus:
scd hō de celo celestis. Verū attēde qd dicat. Scd iqt
hō: qd hōiem scdm dix. Et ego dico qd primus ē scdm
diuinitatē: an que nullus. Scd aut scdm carnē: qd p
Adam. Ego plus dico. Non solum scdm legō hōiem: s &
nouissimū. Deniq sic hēs. Fcū ē primus hō adam i aiām
uientē: nouissimū adā in spm uiuificantē. Vide elemēta
xpi. Ipē est pimus & nouissimus. Q pimus erat: p nos
se nouissimū fec. Primus qd p ipm oia: nouissimus qd p
ipm resurrectio. Descendit. n. & pccit se ut caderet: in
fra omī se faciens: ut omī iacentes leuaret. Vn & ait. ec
cliastr. Qd si ceciderit unus: eriget sociū suū. Et ue il

li unicum ceciderit: & e scds ut eum erigat. Et qdem
si dormierit duo est calor illis: & unus quo calefiat: hoc
est q xpm hie secum: & si ceciderit resurgat: & si motu
fuit reuiuiscat: qa adest illi q uenit ignem ifram mittere:
D eniq & heluseul cu pueru resuscitaret i sufflauit illi: ut
infunderet uite calore. Habeo g tecum hie igne i pectoe
tuo q te resuscit: ne frigus tibi ppetue mortis urepat.
H ic g iuuenis se pect q ueit p mariam: & infundebar uite
calore pectorib audientium. Vnde dicit illi i euanglio.
N on ne cor nrm ardens erat in nobis: cum apud nō scrip
tura: hic e iuuenis scds: ut dicit ecclialtes. Vidi unū
sol q uiuit: q ambulat sub sole cum iuene scdo qui
resurgat p eo: Quis n pro xpo resurgat: cu ille p oib
resurrexit: & i illo omis resurrexerit: cum spem resurre
tionis acceperit: De xpo aut dictum liquet: quo adu
tis congruere istū locum cu bndictione ul pphia iacob:
q ait de iuda. Quis suscitauit eum: Nō utiq alit q ipe
se suscitauit: sic ipe ait. Soluite tēplum hoc: & i triduo
resuscitabo illud: hoc aut dicebat de templo corpōis sui.
I llud q uere xpo couenit: soli qd addidit. Nō e fines
oi ppto ei. Qa ppls e inuābil fine n hie: cu fidel resur
rectionis etne ppetue uite adgrit etate. Scdm carnem
itaq & iuuenē dictū: & cadere & resurgē dubiū n est.
D eniq & illud attexit. Quia optimus puer paup & sapi
ens. Paup n. fcs e cu diues eet. Ipe g rex isrl trāsiit
hac portā. Ipe dux sedit i ea: quo uerbū caro factus
est: & hitauit in nb: q rex sedet i aula regali uti iugialis.
ut i olla feruenti. sic scptū e. Moab aula spei: ut olla spei
me. Vtrūq n. diuisis codicidib iueit. Aula regalis e iugo:
q n e uiro subdita: s; deo soli. Est & olla uterus marie:
que spū feruenti q supuenit in eā repleuit orbē terrarum.
C ū pepit saluatore: q manducau i porta sedet. Vtrūq cibū
illū: de q dix. Meus cibus e: ut faciā uolūtate pns mei

qui in celo ē. O diuitias mariane uirginitatis q̄i olla feruui
& quasi nubes pluuit in terras grām xp̄i. Sēptum ē ei de
ca. Ecce dominus uenit: sedens sup̄ nubē leuē. Vere leuem:
que ē uigu onera nesciuit. Vere leuē: q̄ leuauit hūc mūdū
de graui fœnere p̄ccorū: leuis erat q̄ remissiore p̄ccorū uirō
gestabat. Demq̄ eleuauit iohem in uirō constitutū q̄ ad
uocē eius exiuit: & infat̄ exiuit i gaudio p̄ul̄ sensus de
notionis q̄ sp̄s infusioē uital̄ aiatul̄. Excipite ḡ: excipite
sacre uirgines nubes huius pluuiā sp̄ales: tēpamentū flagrantie
corporalis: ut corporis om̄s restringatis ardores: atq̄ i r̄na uir̄
mētis humescat: huius h̄ybrē nubes sacrate p̄res n̄ri annun
tauerūt n̄b salutē mūdū futurā: hūc ymbre significabat cē
uētūre. Stillicidia stillātia sup̄ terrā. Que hierosol̄al̄ popo
scit: & meruit. Bonā nubē sequimini: q̄ fontē inter se genuit
q̄ rigauit orbē itarū. Excipite ḡ uoluntariā pluuiā pluuiā
b̄ndictiois: quā hereditati suē dñs effudit. Excipite aquam:
& n̄ effluat ab. Quia nubes ē: diluat uos & sacro humore p̄
fundat. Quia olla ē: sp̄u uaporē: et̄no. Excipite itaq̄ ex
hac moabitide olla gr̄e celestis unguentū. Nec uē amuni
ne deficiat qd̄ exinanitū ē: & plus redundat q̄nq̄dē i cēs
t̄ram odor eius exiuit: sic sēptū ē. Unguentū exinanitum
nom̄ tui: p̄ca adolescentulē dilexerūt te. Descendat istud
unguentū in uina p̄cordia uiscerūq̄ secreta: q̄ n̄ deliciarum
odores sc̄a maria sed diuine gr̄e spirantia rebolebat: hoc
pluuiā restinxit appetentiā. Hoc unguentū fetore herē
ditari erroris absterisit. Hoc unguentū maria lazari i pedes
xp̄i effudit: & tota domus pio repleta odore fragrauit. Nec
ulla se paupere putat: nulla arbitret̄ inopē: nulla metuat ne
preciosū hoc unguentū emere n̄ possit: at̄ fontē istū putat
cē uenale. Qui sitit̄ siq̄t̄: ite ad aquā. Et q̄cunq̄ n̄ hētis
argentū: ite & emite & bibite sine argēto. Et supra ait:
Ḡratul̄ uenundati estis: & sine argento redimem̄i. Ideo paup̄
fēs ē dñs cum diues esset: ut eū cēs emat̄ & egenos p̄re

cipue sua paupertate locupletet. Parate igitur uasa domini ut
excipiant hunc fontem uirginitatis integritatis uirginitatis
odore fidei. & suauis misericordie gratie florulete. iduamini agni
eius innocentiam. Quae cum malediceret non remaledixit. cum per
cuteret non repulsi. Haec imitamini filiae. cui pulchre con
uenit illud quod de ecclesia probatum est. Speciosi facti sunt
gressus tui in calciaminis filia in adam. Eo quod speciose ecclesie
euangelii predicatoe processit speciose pedit anima. quae corpore
uelut calciamino utitur. inquit uelut suum possit sine impedimento
ullo circumferre uestigium. In hoc calciamino speciose processit
Maria. quae sine ulla commixtione corporis consuetudinis. auc
tore salutis uirgo genuit. Vnde egregie iohannes ait. Non sum
dignus. soluere corrigiam calciamini eius. Idem non sum dignus
incarnatiois mysterium comprehendere angustus mentis humane.
atque in opus utilitate sermonis absoluere. Vnde & Isaias dixit. Gena
tionem eius quae enarrabit. Speciosi gressus uel marie uel ecclesie.
quoniam speciosi pedes euangelizantium. Quae pulchra est illa quae in
figura ecclesie de maria probata sunt. sicut non membra corporis
sunt mysteria generationis eius intendat. Dicit enim ad eam. Mo
duli femorum tuorum similes torques operum manuum artificialium. e
Umbellucis tuis erat tornatilis non deficienti mixto. uentus tuis
accruus tritici muniti in lilia. Eo quod continent sibi in omnibus
christi ortus ex uirgine. sicut uectores solet secularium pliorum
strenuorum uirorum donatis torques honorare
ita iugum nostrum leua delum colla uirtutis inhi
gibus coronare. Vere autem alius ille marie erat tornatilis.
inquit erat sapientia quae miscuit in cratere uinum suum. in deficientem
cognitionis plenae gratiam diuinitatis suae plenitudinem sumministras.
In quo uirginitas sicut accruus tritici. & lili floris gratia germina
bat. quoniam & granum tritici germinat & lili. Granum tritici
secundum quod scriptum est. An an dico uobis. nisi granum tritici cadas
in terram mortuum fuerit. ipsum solum maneat. Sed quia de uno grano
tritici accruus factus. completum est illud propheticum. & conual

les abundabit frumto. Quia granum illud mortuum plu-
rimū fractum attulit. Hæc itaq; granum oēs homines
perpetua celestium munere messe saturauit. Consumatū ē
illud pphici oris eloquiū: dicere eodē dē. Cibaū eos
ex adipe frumti: & de petra melle saturauit eos. In hoc
grano esse & lilium conuallium: diuina testant oracula.
Quia scriptum ē: Ego sū flos campi: & lilium conuallium.
Sic lilium in medio spinarum. Xps erat lilium in medio spinarum:
quō erat in medio iudeorum. Audi uirgo quod dicat lilium spi-
narum: quod conuallium xps humilium aiarum &
mitium. Est g̃ mitis humil atq; mansueta: ut inter sic lilium
germinat xps de q̃ & alibi hēs. labia eius lilia distillantia
myrrā plenā. Idē q̃ xpi passionē loquunt & suo ore co-
celebrant: ac mortificationē eius in suo circumferunt corpore.
Xpi lilia sunt specialit̃ sacre uirgines: quorum ē splendida & in-
maculata uirginitas. Unde pleriq; accipiunt: q̃ eccliam uideat
dicere: Ego sum flos campi: & lilium conuallium. Que in hac
conualle istius mudi gram boni odoris exhalat: sedule co-
fessione pietatis. Deniq; & alibi dicit. Frat̃ m̃s descendit in
ortum suū in filias aromatis: pascent in ortis & colligēt lilia:
ego fr̃i meo & fr̃e meo mibi q̃ pascat in lilia. Ex illo ergo
utero marie diffusus est in hęc mundum. aceruus tritici minu-
ti in lilia: quō natus ē xps: cui dicit ppha dē. Bndices
coronam anni bonitatis tue: & campi tui replebunt ubertate.
Pinguēscent fines deserti: exultatē colles accingent̃ in dunt
sunt arietes ouium: & conualles abundabit frumto: & enim
clamabit & hymnū dicet. Quis ē annus dñice boitatis: n̄ ille
de q̃ scriptura dicit. T̃p̃t̃ accepto exaudiu te: & in die salutis
adiuu te: Quō p̃ptorum fide eccliam fecundauit: iustitia in-
dunt sacerdotes. Vñ & ap̃ls dicit. Ecce nūc t̃p̃s acceptabi-
le: ecce nūc dies salutis. Quō uenit dñs p̃dicare annū dñi
acceptū: & diē retributionis sic in euangelio suo ip̃e memora-
uit dicens. Sp̃s dñi sup me: p̃p̃ quā anxiet me: & c̃. Tūc g̃

Dominus & opib; suis & gloria & honore sui tps coronauit
aduentus. Totus. n. ille annus conuersionis eius i hoc mundo
diuisarum huius certamina passionu. Vicit herode paruul;
de quo i passione infantu triumphauit. E suriuit sicut p
nobis: uapulauit pro nob; contumelaru idigna tolerauit:
cruce ascendit mortuus e p nob;. Videt qta certamina: S; tm
non auarus exactor pmi: cui abundauit una celestis coroa
uirtutis. Vn egredimini filie hierlm: sic uos hortat scrip
tura diuina i canticis canticorum. Egredimini & uidete i re
ge salomone i corona q coronauit eu mte eius idie spsaliu
eius & in die iocunditatis cordis eius qa fecit sibi inqt charita
tem a filiab; hierlm. Hoc e egredimini ex his angustis
& sollicitudinib; corporalib;. Egredimini ex hac delecta
tione carnali: pegrinamini de corpoe ut ad ee do possi
tis. Qm q i carne sunt dno suo n possunt placere. Dicat g ub.
Quia n estis i carne: sed in spu. Eritis in spu si potueritis co
prehendere salomonis uere illius pacifici charitate quam
fecit ipe: & io corona accepit a mte: bta mte hierlm. Beat
& marie uterus: q tm dnm coronauit. Coronauit eum: qn
formauit. Coronauit eu qn gnauit: & si eu sine aliqua
sui opatione formauit: qa sps ses sup uent in uirgine: Vn
& ipe ait. In opatum meam uiderunt oeli tui. Tame hoc
ipm qd ad oium salute eu concepit & peperit: corona capiti
eius etne pietatis iposuit ut pfide credentiu fieret & omnis
uiri caput xpi. In opata g est caro xpi. Qua ut maria uir
go concepit: i usitato qdam nouoq; i carnationis mysterio
sine ulla uirilis seminis amixtioe diuine gra dispositiois qd
erat carnis assuplit. atq; i illa nouissimi ada
immaculati diuini hois mbra formauit. hoies
audis: s; sup hoiem intellige. Quia scriptum e. Non coques
agnum i lacte mris sue. Et alibi legis. Et ho e: & quis a
gnoscat eum? Ergo n debet agnum illum i quo pleitudo
diuinitatis corporalit in bitare: conditiois huane uirib;

estimare & maiestatem incomprehensibilis potestatis de ge-
neris cognitionis infirmitate concludere. Non enim illum profec-
te fidei cibum iacob coxit in lacte: quo Isaac potest ita esse delectatus.
ut ei prerogativam omnem benedictionis propheticam sobrietate conferret.
Et ideo apostolus scripsit: sicut lactis tenuit cibum esse doctrinam: dicens. Quia omnis qui alitur lacte: expertus est uborum iustitie. Parvulus enim est. Perfectior autem est solida esca. Et tu ergo filia sume stolam illam mulieris pro operatione contextam: que manus suas aperit pauperi: & lucerna eius non extinguitur in tota nocte: atque indue te & huiusmodi epulas affer ad patrem: ut dicat. Quid est quod tam cito venisti filia: laudans in tenera adhuc etate prudentiam pie quam devotionis affectum: & dicat tibi. Accede ad me filia: Sentiensque odorem uestimentorum tuorum: benedicat te dicens. Ecce odor filie mee sicut odor agri pleni: quem benedixit dominus. Et dedit tibi dominus a rore caeli desuper: & abundantiam terrae abundantiam. Atque his adiungit. Qui maledixit tibi maledictus erit: & qui benedixit te benedictus erit. Hanc stolam induit iacob hominem vidit: & ab eo quod a domino deo benedictionem poposcit: & appellavit locum visio dei. Hanc stolam induit vidit illam stolam christi de qua ait. Lauavit in vino stolam suam. Et benedixit eam in ioseph: dicens. Filius ampliatus in ioseph: filius ampliatus zelatus me filius meus adolescentior ad me revertere. Significans dominice resurrectionis in signum. Et addidit. Benedictio patris tui & matris tue prevaluit super benedictiones motuum manentium: & desideria collium eternorum: id est super regem gratie. Hanc summe stolam ut induas christum: atque in eius agnitione renoueris. Induere ergo sicut electa dei viscera misericordie: benignitatem humilitatem: patientiam modestiam charitatem: quae est unitatis vinculum: ut nemini quicquam detras: nisi in vicem sororem tuam diligas: nec gratie eius inuideas: sed quo probatiorem videris uniteris: ut sit in te pax christi & gratia: & verbum dei habitet in corde tuo: atque huius mundi fugias cogitationes.

Semel mundo mortua: ne quō tetigeris ne attaminaueris quā
sunt istius seculi. Sed semper in psalmis & hymnis & canticis
spalibus: abducaste ab huius seculi conuisione nō hōi sed deo
cantatis. Et sicut scā faciebat maria: conferas in corde tuo.
Quasi bona quoque agricula: ruminet in ore tuo p̄cepta di-
uina ut dicas & tu. Et exerebor in mirabilibus tuis. Nec dor-
mitet: at stillet aīa tua p̄tē redio. Stillentia eī eiciunt
hominem t̄p̄tē hiemali. Anima autē p̄fēta nō stillat: in qua
nulla grauioris ē tuma p̄cēi sed manet in domo sua. & in
offense habitacionis nouitate letat ac fruit. At si aliquid fō-
te nauitū dicas. Cōfirma me iūbis tuis. Nunc ad te decē-
sis omnibus p̄r gl̄e uota conūto. Cuius pietati incessabile
grā agimus: quā in uirginibus sacris anglorum uitam iudem
intrauit: quā in paradiso quondā amiseramus. Quid n. uel
adiutanda uirginum studia cōfirmandaq; uirtute: ut ad
cocelebranda uirginitatis gl̄am plus conferre potuisti: quā
ut deus ex uirgine nasceret. Amplius ubi p̄fuit culpa quā no-
cuit. In quā receptio quidem n̄ra diuinū manus inuenit. Sed
ip̄e quoque unigenitus filius tuus ueteris in̄tra suscipere et
amissum ē: puriore carnis sue generatōem repire nō po-
tuit: quā ut habitacioni celesti aulam uirginis dedicaret
in quā eet & immaculate castitatis sacrariū & dei tēplum.
Quid autē illū attexa quā diuino tuo munere cū scīs moysē
& aaron uirgo pedes p̄fluctas dux hebreore exercitum.
Relinquo uetera: priuata nō quō. Satis est ista nobilitas fa-
milie uirginali. Te quō: ut tuearis hanc familiā tuam: quā ē
seruire t̄ animam suā. t̄ integritatis sue studium dicere pre-
sumpsit. Quam sacerdotali munere offero: affectu patrio
comendo: ut p̄picius & p̄esul conferas ei grām quā celestium
thalamore imorante aditus sponsū exequat: mereatur
uideri introducat in cubiculum dei sui regis: mereat audi-
re dicentē sibi. A des huc a libano sponsa: a des huc a liba-
no transibis & p̄transibis a p̄ncipio fidei. Ut transeat sc̄lm.

ad illa eterna p̄ transeat. Intende iḡ p̄r̄ intuiū munus
cui scificando nullius cōsiliū requisisti: sed ipse sine ullo
petitore atq; arbitrio tantā contulisti grām: quantā ante
oracula diuina credē neō potuisti: ut in suo utero Deum
uirgo portaret. Cuius prerogatiua muneris puocata cre
brescant studia uirginitatis: & sacre integritatis exempla.
Quibus hęc q̄ familia tua ad huiusmodi uirtutis grām la
cessica tuus assistit altaribus: n̄ rutilanti cesarie flauii de
ferens crinē flāmeo nuptiali dicatū: s; illum crinē quo
euangelica illa mulier scā maria: pedesq; xpi sedula pieta
te deterxit: & domū totā effuso impleuit ungueto. Sacro
offerens cap̄ uelamine consecrandū adē puella: quā nupti
arum festa n̄ premia n̄ onerati pondus uteri uotiuo nup
turi dolore sollicitent: s; q̄ imaculato sibi fidei partus
& pietatis exposcat: ut iutero accipiat de spū scō & spm̄
salutis deo feta parturiat. S; ut ista procedē possit me
ritorum grā: tu d̄s p̄r̄ op̄s suffragia cōmendatiōis adun
ge. Non enim solitaria dos pudoris ē. Succigat sacre uir
ginis crinē modestia: sobrietas continentia ut uirtutum
accincta comitatu: purpureo d̄nici sanguis redimita ue
lamine: mortificationē d̄ni Iesu i sua carne circūferat.
Hęc sūt .n. meliora uelamina que sunt induita uirtutum.
q̄b; culpa obtexit̄ innocentia reuelat̄. His iḡ famula tuā
indue uestim̄tis que i oī t̄p̄e munda sint. Mundum enī
manet̄ q̄cqd̄ nulla interueniet culpa fulcauit. Ut ei iure di
catur. Qm̄ placuerit deo scā tua: in oī t̄p̄e sint uestimenta
tua candida: & oleum i capite n̄ desit. Quo facies suae
mystical possit accendere: ut cum uenit sponsus int̄ illas
sapientes uirgines celesti thalamo digna numeret̄: que de
uotionis ac fidei sue grauitatisq; lumine munus sacre pro
fessionis illuinet̄. Tuere iḡ ancillam tuā p̄r̄ claritatis & gl̄e
ut q̄i in orto clauso & fonte signato teneat claustra pud
icit̄ signacula ciuitatis: agrum suū colere nouit q̄ colebat̄

sc̄s iacob. & sexagesimos ex eo centesimo q̄ fructus capescat.
I n huius uirtutib; & fortitudinib; agri: suscite in ea gr̄am.
& resuscite charitatē. Inueniat quē dilexit: teneat eum.
nec dimittat eum doēc bona illa uulnera charitatis excipiat
que ocul; preferant. Semp̄ parata noctib; & dieb; toto spū
mentis inuigilē: ne unq̄ uerbum eā iueiat dormientē. Et
qm̄ uult se dilectus tuus sepius queri: ut explorē affectū
recurrentē sequat. Exeat fidel; & anima eius in ūbo tuo. Pe-
regret corpore ut adsit deo. Vigilē cor eius: caro dōmia
ne male incipiat uigilare pcc̄is. Tu d' adiuuge alios sacre
uirginitatis hornatus. Adiuuge sedulos pios cultus ut nouit
possidere uas suū: nouit huiari. Dilectiōem teneat uirtutis:
muru; pudōis septū eius n̄ pineat: uelamē eius n̄ uincat cupisi.
P uditia eius n̄ turtures: simplicitatē eius n̄ uincat columbe:
Sit in corde simplicitas: i uerbis modus: erga om̄s pudor: pie-
tas erga p̄p̄inos: cura egenos & inopes m̄ia: qd̄ bonum ē
teneat: ab oī spē absteineat mala. Veniat sup̄ eā b̄dictio
morituri: & os uidue b̄dicat eā. Pone ūbum tuum ut
signaculū i corde eius: ut signaculū i brachio eius: ut i oī-
bus sensib; & opib; eius xp̄s eluceat: xp̄m intendant xp̄m lo-
quat. A qua multa n̄ possit eius excludere charitatē: nec
p̄secutio nec gladius nec piculū. S; cōfirmat i oī uerbo
& ope bono. gl̄am tuā induat: & i tua gr̄a conūset in hoc
mundo. Sc̄ificet eam i uirtute: i uirtute cōfirmet: i charitate
cōnectat: atq; ad illā celestē gl̄am pudicitie & integritatis
coronā illibatā i maculatāq; diuino tuo fauore p̄ducas: ut
illuc agni tui sequat uestigia. In meridiaō pascat: i meri-
diano maneat: nec i greges solaliū incidat: s; agnus tuus
amixta sine offensioe uerset: comes uirginū pedissequa ma-
riarū. Egrede itaq; tu d' iesu indie sponsaliū tuore: su-
scipe iā dudū deuotā i spū nunc & p̄fessioē. Imple agni-
one uoluntatis tuę: assume ab initio in salutē i sc̄ificatione
spūs & fide uirtutis: ut dicat familia tua. Tenuisti manum

dexteram meam & in uoluntate deduxisti me. & i gta
assumpsisti me. A p̄i manu tuā & imple aīam eius bene
dictione: ut saluam facias sp̄antē uite: & fiat uas in ho
nore sc̄ificatum: utile dño ad om̄s op̄s bonū p̄batum. .
P er illam et̄nabilem crucē: p̄ illam uenerabilem gl̄am Tri
nitatis: Cui ē honor: gloria p̄petua p̄i deo & filio:
& sp̄i sc̄o a sc̄is nunc & semp̄ & in om̄ia sc̄la. s. ame.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

INCIPIT PROLOGVS SANCTI AMBROSII EPI
IN EPISTOLĀ AD ROMANOS.

TRERVM NOTITIA HABEATV^r
plenior: principia rerum requirenda sunt
prius. Tunc enim potest facilius causa
ratio declarari: si eius origo discatur. **C**
um enim epistole date modum & rationem ostenderi
mus: potest uerum uideri quod dicimus. Constat itaq;
temporibus apostolorum: iudeos propterea quod sub
regno Romano agerent Rome habitasse. Ex quibus hi
qui crediderant tradiderunt Romanis: ut xpm profitemē
legem seruariēt. Romani autem audita fama uirtutum
christi: faciles ad credendum fuerunt: ut pure pruden
tes. Nec in merito prudentes qui male inducti: statim
correcti sunt & permanserunt in eo. Hi ergo ex iudeis
credentes christo ut datur intelligi: non accipiebant
deum esse de deo: putantes uni deo aduersum. Quam
obrem negat illos spiritalem dei gratiam consecutos: ac
per hoc confirmationem eis deesse. Hi sunt qui & ga
lathas subuerterant: ut a traditione apostolorum rece
derent. Quibus ideo irascitur apostolus: quia docti be
ne facile transducti fuerant. Romanis autem irasci
non debuit: sed laudare fidem illorum: quia nulla in
signia uirtutum uidentes: nec per aliquem apostolorum
susceperunt fidem christi: ritu licet iudaico in uerbis
potius q̄ in sensu. Non enim expositum illis fuerat my
sterium crucis christi: propterea quibusdam aduenie
tibus qui recte crediderant de edenda carne & non edē
da questiones fiebant. & utrum nam spes que in xpo
est sufficeret aut & lex seruanda esset. Quatuor igi
tur modis scribit Romanis: arguens ab initio genuē

hominum pbisica ratione. Hi enim caput sunt om-
nium gentium: ut in his discant ceteri uniuersique
gentiles. Primus modus est quo se ostendit quid sit
& quid fuerit & cuius sit: quo & hereses percutit. Se-
cundus modus est: quo arguit q̄ nature ratione non
se subiecerunt uni deo: & que in honesta & turpia ege-
runt inuicem: dispecti ab hoc a deo: ut gratulentur
credentes. Tertius modus est: q̄ legem datam spre-
uerunt: unde ante ponit grecis iudeos. Quartus mo-
dus est: quo docet iudeos exorbitasse a lege & pro-
missione dei in causa christi: factosq; similes gentib;
ut utrique indigeant misericordia dei. Non p̄ legem
salutem sperando: sed per fidem christi iesu. Hinc est
unde omni industria id agit: ut a lege eos tollat: q̄
lex & prophete usque ad iohannem & in sola illos fi-
de christi constituat: & quasi contra legem euangeli-
um uindicat: non destruens legem: sed preferens chri-
stianismum. Adserit enim sic christum p̄missum:
ut predicato eo cessaret lex. Non tota: quia abre-
uatio facta est legis: que compendio daret salutem.
Multa enim ueteribus tradita sunt propter duritiam
cordis illorum: ut oneri essent que misericordia dei
adbreuauit per xpm: data preteritorum remissioe.
Ingratus est misericordie dei: qui uult esse sub lege:
Nam dixerat moyses. Sic timentes facietis filii israel:
ut quocumque se uerterent legem haberent: ut sine
solicitudine omnino non essent. Igitur ut in christo
sine lege spem uite salutisq; ponendam tradat: et
dominum ipsum omnium doceat. Sic incipit.

EXPLICIT PROLOGVS.

INCIPIT TEXTVS.

PAVLVS SERVVS IESV XPI A

Pud veteres nostros ratione nomina com-
ponebantur: ut isaac propter risum et
iacob propter calcaneum. Ita et iste propter
inquietudinem: saulus est nuncupatus.

Postquam autem credidit ex saulo Paulum se dicit:
hoc est inmutatum. Et quia saulus secundum su-
pradictum sensum: inquietudo seu temptatio inter-
pretatur. Hic enim ad fidem christi accessit: paulum
se dicit: id est ex temptatore factum quietum: hu-
mitemque uel paruulum. Et quia pax est fides nostra:
cum prius enim temptationes ex inquietudine iuda-
ismi dei seruis inferret: post ipse temptationes passus
est: propter spem quam ante amore iudaismi negavit.
Seruum autem se iesu christi profitens: a lege se exutum
ostendit. Et ideo utriusque posuit iesu christi: quia
in utroque est dominus. Sicut & petrus apostolus
testatur dicens: Hic est omnium dominus. Quia ergo
& dominus & deus est: & nunc. Et sicut dauid dicit
quia dominus ipse est deus: quod hereses negant. Mar-
tioni enim uidetur odio legis christum & corpus eius ne-
gare: iesum profiteri. Iudeis autem & fortino propter
zelum legis iesum negare: quod deus sit. Nam quotiens
cumque ait iesum dici aut christum: aliquando deum, ali-
quando hominem significat: sicut hoc loco inter cetera
& unus inquit dominus iesus per quem omnia. Quod
utique ad dei filium pertinet: iuxta quod deus est. Et
alio loco. Iesus autem inquit proficiebat etate: & sa-
pientia. Quod utique homini competit. Vocatus apo-
stolus. Propter quod deum cognouit & fateretur: fac-
tus idoneus seruus primo cum se ostendit dicens. Vo-
catus apostolus hic est a domino missus: ad res eius
agendas per quod ostendit hunc meritum habere.

apud Deum qui non seruit Legi sed christo. Dominus est enim filius hominis etiam sabbati. Segregatus in euangelium Dei. Euangelium Dei est bonus nuntius quo predicatores ad indulgentiam conuocantur. A postolue autem quoniam in iudaismo locum doctoris habebat: ut pote phariseus ideo a iudaismi predicatione segregatum se dicit in euangelium Dei: ut a lege dissimulans christum predicaret. Quod Lex non potuit credentes in se iustificare: sed non contra Legem sed pro lege est: ipsa enim h dicit futurum. Dicente isaia propheta. Venit ex syon qui eripiat & auertat captiuitatem ab iacob: & hoc illis ante testamentum cum abstulero peccata eorum. Quod ante promiserat: ut probet ratam & integram fidei spem esse in christo. Iam prius euangelium eius dicit a deo promissum: ut ex eo idoneum illo sponsores uite doceret: priusquam ueniret testimonium ei datum ostendit pariter a testante petro apostolo. Nec enim aliud est datum in quod nome sub celo in quo oporteat saluos fieri. Per prophetas suos ut manifestus salutarem esse aduentum christi significaret: etiam personas per quas promissionem signauerit demonstrauit: ut q̄ uera & magna sit promissio ex his uideretur. Nemo enim rem uilem: magnis precursores nuntiat.

In scripturis sanctis. Hoc ad cumulum uere protestationis adiecit: ut maiorem fiduciam credentibus faceret: et legem commendaret. Sancte & enim sunt scripture que uicia damnant: & sacramentum illic unius dei & incarnationis continetur filii dei: pro salute humana testibus signorum prodigum. De filio suo. Dignum fuit ut quia deum filium suum proprium mundo promittebat: per claros uiros illum promitteret: ut ex his q̄ potentissimus esset qui predicabatur possit sciri. Ut scripturis sanctis: aduentum eius insereret. Et ut falsum non possit uideri: quod a sanctis predicatum est scripturis. Qui factus est ei ex semine

dauid secundum carnem. Eum qui erat dei filius sec-
undum spiritum sanctum .i. secundum deum : quia deus
spiritus est & sine dubio sanctus est. Factum dicit se-
cundum carnem : dei filium ex semine dauid : iuxta
illud. ET uerbum caro factum est : ut iam unius sit
dei & hominis filius xps iesus. Qui enim ex eterno
dei filius erat : ignorabatur autem a creatura dum uult
manifestari pro humana salute uisibilis debuit & corpo-
real fieri qui & cognosci se uoluit per uirtutem : et ho-
minem a peccatis abluere in carne mortis deuicta. Et
ideo ex semine dauid fit : ut sicut de deo rex ante
secula natus est : ita & secundum carnem ex rege or-
tum regnum caperet. Factus opere spiritus sancti
de uirgine : hic est natus ut reuerentia ei reseruata
ex hoc ultra hominem cognosceretur : qui ab humane
legis natiuitate distaret. Sicut predictum fuerat ab
isaia propheta. Ecce uirgo in utero concipiet : et cetera.
Vt cum nouum factum ac laude dignum uideretur pro-
uidencia quadam dei circa uisitationem humani generis
futura dinosceretur. Qui predestinatus est filius dei in
uirtute spiritus sanctificationis ex resurrectione mortu-
orum iesu christi domini nostri. Filium dei dicens
patrem significauit deum. Ad dato autem spiritu sanc-
tificationis : ostendit mysterium trinitatis. Hic ergo
qui incarnatus est : quid esse latebat tunc predestinatus
est secundum spiritum sanctificationis in uirtute mani-
festari filius dei : cum resurgit a mortuis. Sicut scrip-
tum est in psalmo. Lxxxviii. Veritas de terra orta est
Omnis enim ambiguitas & diffidentia : resurrectione ei
calcata est & compressa. Si quidem adhuc in cruce po-
situm centurio uidentis magnalia : dei filium confitetur.
Nam & discipuli in morte eius dubitauerunt : dicente cle-
opha. Nos putabamus quia ipse erat : qui incipiebat libe-

rare israel. Ipse enim Dominus ait. Cum exalta-
ueritis filium hominis tunc cognoscetis: quia ipse
ego sum. Et iterum. Cum exaltus fuero a terra
omnia traham ad me: id est tunc cognoscat om-
nium esse Dominus. Ideo autem non dixit ex
resurrectione Iesu xpi sed ex resurrectione mor-
tuoꝝ: quia resurrectio xpi generalem tribuit
resurrectionem. Hac enim maior uidetur uirtus
in xpo & uictoria ut ea potestate operaretur mo-
tuoꝝ qua operatus fuerat & uiuus. Quo facto
apparuit in uisisse mortem: ut redimeret nos un-
Dominum nostrum hanc uocat. Per quem accepti-
mus gratiam & apostolatam ad obediendum fidei
in omnibus gentibus pro nomine eius. Post re-
surrectionem manifestatus filius dei in uirtute gra-
tiam dedit iustificans peccatores & apostolos no-
minauit: quorum se hic socium nominauit: ut
apostolus cum gratia esset doni dei non sicut
iudeoꝝ sunt apostoli. A deo ergo patre p xpi
Dominum hanc acceperunt potestatem: ut uice
domini signis doctrinam dominicam acceptabilem
facerent: ut uirtutem quam in saluatore zelarent
per fidei iudei. hanc in seruis eius a turbis ammirari
uidentes uehementius torqueretur. Testis enim
doctrinae uirtus est: ut quia quod predicatur in-
credibile mundo est: gestis fieret & credibile. Mis-
sos igitur apostolos uocat: ut predicarent fidei
omnibus gentibus ut obedirent & saluarentur: ut
donum dei non iam solis iudeis uerum etiam om-
nibus gentibus concessum uideretur & hanc esse
dei uoluntatem ut in christo & per christum om-
nibus miseretur uicarius eius predicantibus: hoc
est pro nomine eius. Sic alibi dicit. Pro quo

Legatione fungimur in quibus estis & uos uocati Iesu christi. Hoc est legatione nobis fungentibus pro nomine Iesu christi. Inter quos estis & uos uocati quia donum Dei omnibus missum est. Ut cum audiunt se inter ceteros uocatos scirent se sub lege agere non debere: quia sine lege moysi susceperunt ceterae gentes legem christi. Omnibus qui sunt romae: dilectis Dei uocatis sanctis. Quamuis romanis scribat: illis tamen scribere se significat qui in charitate Dei sunt. Qui sunt hi: nisi qui de filio Dei recte sentiunt. Isti sunt sancti: nisi qui de filio Dei recte sentiunt: & uocati dicuntur. Sub lege enim agentes male intelligunt christum: & iniuriam Deo patri faciunt. Cum autem in christo perfecta spes salutis sit dubitant: ideo sancti non sunt: neque uocati dicuntur. Gratia uobis et pax a Deo patre nostro & Domino Iesu christo. Gratia & pacem cum his dicit esse qui recte credunt. Gra est: quia a peccati absoluti sunt. Pax uero: quia ex impijs reconciliati sunt creatori. Sicut dicit Dominus. In quacumque domum introieritis & receperint uos: dicit pax huic domui. Et ut sine christo nullam pacem esse & spe doceret adiecit. Gratiam & pacem non solum a Deo patre esse: sed a christo Iesu. Deum patrem nostrum dicit propter originem: quia ab ipso sunt omnia. Christum autem dicit quia eius sanguine redempti: facti sumus filii Dei.

RIMVM quidem gratias ago Deo meo pro Iesum christum pro omnibus uobis: quia fides uestra annuntiat in uniuerso mundo. Finit praefatione: ante omnia gaudium suum esse testatur: ut pote gentium apostolus. Quod cum romani regnerent in mundo subiecerunt se fidei christiane: que & prude

tibus seculi humilis & stulta uidetur. Cum g̃ multa
essent ex quibus gauderet in Romanis: erant enim in
doctrina memorabilis & boni operis cupidi: studio
sique magis agendi bene q̃ sermonis. Quoniam nō lo-
ge a religione diuina: in hoc tamen primum se gau-
dere dicit: quia si fides illorum in omni loco curteba-
t: quamuis non secundum regulam auctores tradite uerita-
tis: tamen quia q̃ ab uno Deo erat interposito nomine
christi: ceperant uenerari gratulantur sciens illos posse
profiteri per quod etiam charitatem suam circa illos osten-
dit: quando congaudebat bono cepto illorum & ortatur
ad profectum. Gratias ergo agere se dicit Deo suo
dum datat: quia adhuc illorum non erat plene: quia
ex ipso est omnis paternitas. Sed quia omnis dispositio
salutis nostre a Deo quidem: sed per xpm̃ est. Non
per Legem neq̃ per aliquem prophetam: gratias quide-
m se agere dicit Deo: sed per xpm̃. Quia fama fidei il-
lorum profectus erat multorum: ut hoc ipsum ad Dei
prouidentiam referat per christum. A ut enim gaude-
bant roborati qui crediderant ceteri: quia uidebat prin-
cipes suos factos christianos: aut certe qui nō crediderat
poterant credere horum exemplo. Facile enim facit in-
ferior q̃ fieri uiderit a priore. Testis enim mihi est Deus
cui seruo in spiritu meo in euangelio filii eius q̃ sine in-
termissione memoriam uestri facio semper in orationibus
meis. Ut suadeat charitatem: Deum testem cui seruit:
ad quem & precem pro his facit. Non in lege seruiendo
sed in euangelio filii eius. Hoc est non meo q̃ moyses
seruus tradidit: sed in eo q̃ filius dilectissimus docuit.
Ut quantum distat seruus a Domino: tantum distat eua-
gelium a lege. Non q̃ mala sit Lex: sed quia melius
est euangelium. Deo itaq̃ seruit in euangelio filii ei:
ut ostendat Dei esse uoluntatem: ut credatur in christu.

Eseruio. Quomodo? In spiritu meo inquit: non in cir-
cumcisione manu facta: neque in neomeniis & in sabbato
& discretionem escarum: sed in spiritu id est in mente: quia
deus spiritus est: spiritu ut animo potius debet illi serui.
Cui enim animo seruitur: ex fide illi seruitur. Hæc & do-
minus factus est ad samaritanam putantem quod in montem
adorare se uelit deus: dicens. Venit hora & nunc est: quoniam
ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate.
Et enim pater tales querit: qui adorent eum. Spiritus
est deus. Adorantes ergo in spiritu & ueritate oportet
adorare: & non locus orationem commendat: sed deuotus
animus. Hoc est in ueritate adorare in spiritu: deum
spiritum & christum: unum ex quo omnia: & unum per quem
omnia. Hos querit adoratores pater. Memorem ergo se
illorum in orationibus suis flagitat ut seminat in illis cha-
ritatem: facit enim illis desiderium sui. Quis enim non
amat eum quem audit memorem sui esse? Si enim ab
his qui missi non erant libenter acceperant doctrinam sub
nomine christi adulteratis uerbis: quanto magis ab eo qui
scirent esse apostolum: & cuius uerba comitaretur uirtus
desiderant audire. Obsecrans si quomodo tandem aliquando
prosperum iter habeam in uoluntate dei ueniendi ad uos.
Orationis sue: pro illis sensum ostendit. Deum enim se-
dicit petere ut ueniret ad urbem ad profectum illorum
cum dei uoluntate: cuius predicat donum. Tunc enim
profectus adest: si quod agendum est cum dei uolunta-
te agatur. Orat ergo ut quacumque ex causa iam detur oc-
casio qua ueniret ad urbem: quia occupatus erat aliter
predicando. Sic prosperum iter imputans si deo uolente
ueniret: quia prouida est dei uoluntas. Prosperum ergo
iter est non in cassum laborem itineris subire. Hoc ro-
gat ut deus impleat uocando illos ad suam gratiam.
aueritate animi loquitur. Desiderat enim illos: sciens

& illis & sibi prodesse: sicut alibi dicit. Quod est gau-
dium nostrum & corona: nonne uos in aduentu domini.
Fructus enim est apostoli liberior: si lucretur multo.
Propterea quia maior est gaudium si potentel mundi co-
uertentur ad Deum: quia quanto inimici grauel sunt.
tanto magis reconciliati necessarii. Voluntati itaq;
eius sic occasio data est & coactus appellare cesarem:
& dirigeretur ex alia causa ad urbem Romam deo uo-
lente: ut impleta propositum uoluntatis sue. Deniq;
in naufragio posito: alitit dominus dicens. Noli ti-
mere paulo: sicut enim testificatus es de me hierosoly-
mis: ita & Romae. Desidero enim uidere uos: ut gra-
tiam spiritalem uobis amministrem: ad confirmandos
uos. Confirmatio h.ec tres personas requirit: annuen-
tis dei ministrantis apostoli accipientis populi. Nunc
ergo desiderii sui uoluntatem ostendit: quoniam esset
uoto circa illos. Cum enim dicit ut gratiam uobis
spiritalem ministrem: carnalem illos sensum assecu-
tos significat: quia sub nomine christi non illa que xpi
docuerat fuerant assecuti: sed ea que fuerant a iudeis
tradita. Se autem cupere citius uenire: ut ab hac il-
los traditione abstraheret & spiritale illis traderet
donum ut acquirat illos deo participes illos faciens
gratie spiritualis: ut in professione & fide sua essent
perfecti. Hinc datur intelligi superius non fidem
illorum laudasse sed facilitatem & uotum circa xpi.
Christianos enim se profitentes: sub lege habebant si-
pliciter: sicut illis fuerat traditum. Nam miseri-
cordia ad hoc data est ut lex cessaret: quod sepe-
iam dixi. Quia deus consulens infirmitati humane
sola fide addita legi naturali: hominum genus
saluari decreuit. Quid est ut cum scriptis illos corri-
gat: & a carnali sensu abstrahat. Presentiam suam

necessariam dicit: ut gratiam illis spiritalem monstraret:
cunque scribit spiritualia sint: nisi quia aliter dicta ad
aliud solent capi: sicut ab hereticis fit: Ideoque desiderat
ut presens doctrinam euangelicam sensu quo scribit his
tradat: ne sub auctoritate litterarum eius non auferret
error sed firmaretur. Quippe cum presens que uerbis
suadere non poterat: suadere uirtute ut magis illis p
ficiat abditis id est simul consolari in uobis per eam q
in uicem enim fidem uestram atque meam. Consolari
se dicit cum illis si apprehendant spiritualia quia quam
uis gaudeat fide illorum dolet tamen quia non recte
accipiebant fidem. Hoc affectu fuit apostolus: ut alie
na uicia quasi sua doleret. Ac per hoc consolemur in
quit per unam atque eandem fidem ut tunc consolatio u
na sit: si unius fidei efficerentur in xpo: ut administrati
gratie spiritualis euangelizante apostolo hunc presta
ret effectum. Non autem arbitror ignorare uos fra
tres: quia sepe proposui uenire ad uos: & prohibitus
sum usque adhuc. Propositum & uotum suum osten
dit: quod quidem scire illos non ambigit per eos fra
tres qui ab hierusalem ul confinibus ciuitatibus cau
sa aliqua siue religionis ad urbem ueniebant: sicut a
quila & priscilla uotum eius insinuantes romanis.
Cum enim sepe uelit uenire: & prohiberetur sic fac
tum est: ut scriberet epistolam ne diu in mala exer
citatione detenti non facile corrigerentur. Et fra
tres eos uocat non solum quia renati erant: sed quia
erant inter eos licet pauci qui recte sentirent. Unde
dicit uocatis sanctis. Quid tantum est uocatis sanctis:
Si enim iam sancti sunt: quomodo uocantur ut sancti
ficerentur? Sed hoc ad dei pertinet prescientiam: quia
quos scit deus futuros sanctos iam apud illum sancti
sunt: & uocati permanent. Prohibitum se tantum

dicat usque ad tempus date epistole a deo utique: q̄ sciēt
ad huc in paratos illos ad alias urbes direxit apostolum q̄
iam ad recipiendam ueritatem essent capaces: quamuis
sub nomine agerent saluatoris. Sed uitiis prohibebantur
carnalibus ne digni iam essent ad discere spiritalia. De
nique uolentes aliquando in bithuniam ire: prohibiti sunt
a sancto spiritu paulus & silas. Cur? nisi sciret ad huc
effectum de esse. Apud corinthios autem commonetur
apostulus: dicente domino. Loquere ne tacueris: quia
populus mihi multus est in hac ciuitate: Non ociose
ergo prohibitum se dicit: sed & causas morarum discre
uit: & hos ut se preperarent: ad hortatus enim: ut audie
tes gratiam sibi spiritalem ministrandam fore dignos se
efficerent: a uitiis carnalibus abstinentes ad excipiendas
eam. Vt aliquem fructum habeam & in uobis: sicut et in
ceteris gentibus. Pro utilitate comuni cupidum se uenien
di ad hos declarat: ut & hi salutem spiritualis gratie conse
quantur. Ratam habentes fidei sue professionem: ut hic
fructum habeat apud deum ministerii sui: per quos laces
sit illos ad fidem rectam exemplo ceterarum gentium. o
P romptior enim fit quis ad rem sibi traditam: si illi multos
uideat adsentire: Ci uecos & barbaris: sapientibus & insapie
tibus debitor sum. Debitorem se dicit horum quos memo
rat: quia ad hoc missus est ut omnibus predicaret: per
quod etiam omnes debitores significat. Confiteri enim
creatorem deum ex quo omnia & per quem omnia: debi
tus & honor est & salus confitentis. Ci uecos enim gentiles
posuit: sed eos qui romani uocantur siue natione siue ad
optione: Barbaros uero eos qui Romani non sunt quorum
genus aduersum est: & non sunt gentiles. Sapientes aut
illos qui mundanis rationibus eruditi: sapientes uocantur
in seculo. Dum aut hyderum speculatores sunt: aut men
suris aut numeris aut arti grammatice student: aut rerbo

rice aut musice. His omnibus ostendit nihil hec prodesse
se: nec uere sapientes esse nisi credant in christum. Stul-
tos hos uero dixit qui simplicitatem sequentes: harum
rerum imperti sunt. His omnibus missum se predicare
testatur. De iudeis autem tacuit quia magister gentium
est: hac per hoc debitorem se profiteretur: quia ad hoc
accepit doctrinam ut tradat: & cum tradit adquirit.
I taque quod in me est promptus sum: & uobis q̄ rome
est euangelizare. Quamuis missum se predicare omni-
bus dicat gentibus: promptum tantum se romanis adse-
rit: tradere euangelium gratie dei apud quos regni ro-
ma caput & sedes est. Ad membrorum enim utilitatem
pertinet illi requiem: si caput inquietum non fuerit. I-
deo romanorum pacem optat: ut non multum se iactet
sathanas: & ubetiores fructus habeat operis sui. Non
enim erubescit euangelium: uirtus enim dei est in salu-
tem omni credenti. Hoc dicto illos tangit: a quibus ac-
ceperant non rectam fidem. Apostolorum tantum doc-
trinam uirtus commendabat: ut quia incredibile uide-
batur q̄d predicabatur: signa hac prodigia ab apostolis
facta testimonio essent. Non diffidendum de his q̄ ab
illis dicebantur in quibus tanta uirtus in esset: nulli cre-
dere dubium uerba uirtuti. Ac per hoc quoniam illorum
nulla uisa erat potentia: predicatio illorum sine uirtute
dei erat. Ideoque non se dicit erubescere euangelium dei:
illos autem erubescere quia quod illi tradiderant in re-
prehensionem ueniebat. Nec quoquam testimonio fir-
mabatur: & discordabat a doctrina. Virtus igitur dei est
que in uitat ad fidem: & dat salutem omni credenti.
D um peccata donat & iustificat: ut a secunda morte
detineri non possit: signatus mysterio crucis. Predicatio
enim crucis christi: indicium est mortis euiete. Dice-
te apostolo iohanne: Ad hoc enim uenit filius dei ut

solueret opera diaboli: ut omnis credens non teneatur a
morte quia signum habet quod uicta mors est. Iudeo pri-
mum & greco .i. huic qui ex genere est abrahe et huic qui
ex gentibus. In greco enim gentilem significat: in iudeo
uero eum qui ex genere sit abrahe. Nam iudei ex tempore
iude machabei dici ceperunt: quia in causa claudis resti-
tit sacrilegium gentium & fiducia dei collegit populum &
defendit genus suum. Fuit autem ex filius aaron. Quam-
uis ergo preponat iudeum causa patrum: tantum simili-
ter etiam ipsum indigere dicit dono euangelii christi. Si
ergo & iudeus non iustificatur nisi per fidem christi Iesu.
Quid opus est esse: sub lege? Iustitia enim dei in eo reue-
latur: ex fide infidem. Hoc dicit quia in illo qui cre-
dit siue iudeus sit siue grecus: iustitia dei reuelatur.
Iustitia dei dicit: quia gratis iustificat impium per fidem
sine operibus legis: sicut alibi dicit: ut inueniat in
illo non habent meam iustitiam que ex lege est sed
illam que ex fide est. Que ex deo est iustitia infide
ipsam iustitiam dicit reuelari in euangelio dum donat
homini fidem per quam iustificetur. Ostendit enim
in eo ueritas & iustitia dei dum credit & proficitur.
Iustitia est dei: quia quod promissit dedit. Ideo cre-
dens hoc esse se consecutum quod promiserat deus per
prophetas suos: iustum deum probat & testis iustiti-
e eius ex fide infidem. Quid aliud enim ex fide infi-
dem: nisi quia fides dei est in eo quod de esse repro-
misit: & fidelis hominis qui credit promittenti: ut ex
fide dei promittentis infide hominis credentis dei iu-
stitia reueletur. In credente enim iustus deus appa-
ret. In eo autem qui non credit: in iustus uidetur.
Negat enim ueracem deum: qui non credit deum dedis-
se quod promissit. Hoc contra iudeos loquitur: qui
negant hunc esse christum: quem promissit deus: sicut

scriptum est. Iustus autem ex fide uiuit. Propterea
ad exemplum prophete abacuc se conuertit: ut de-
clar& olim extensum iustum ex fide non ex lege ui-
uere: non iustificari hoc est hominem apud deum
per legem sed per fidem. Vita enim ex fide non ex p-
sens est sed futura: quia iustus ex fide uiuit: sed apud
deum.

REUELATUR enim ira dei de celo in omnem
impietatem: & iniustitiam hominum eorum
qui ueritatem dei in iustitiam detinent. Sic
enim in illo qui credit iustitia dei reuelatur sicut sup-
memorauimus: ita & in eo qui non credit impietas & iniu-
stia reuelatur. Ex ipsa enim fabrica celi: iratus
illi deus uidetur. Idcirco enim tam pulchra arte con-
didit: ut ex his quantus & quam admirabilis creator eo-
rum enim possit agnosci: & solus adorari. Unde scrip-
tum est: in psalmo octauo decimo. Celi enarrant glo-
riam dei: & opera manuum eius annuntiat firmamen-
tum. Per naturalem ergo legem: reum facit genus
humanum. Potuerunt enim id per legem nature ad p-
hendere fabrica mundi testificante: auctorem suum
solum deum diligendum: quod moyses litteris tradidit.
Sed impii facti sunt: non colendo creatorem. Et iniu-
stia in eis appareret: dum uidentes dissimulant a-
ueritate: non facientes unum deum. Quia quod no-
tum est dei: manifestum est in illis. Notitia dei ma-
nifesta est: ex mundi fabrica. Ut enim deus qui natu-
ra inuisibilis est: etiam inuisibilis possit sciri opus
factum ab eo est: quod opificem uisibilitate sua manife-
stare: ut per certum incertum possit sciri. Ut per hoc
quod ceteris impossibile est: ille deus esse omnium
credideretur: qui hoc opus fecit. Deus enim illis ma-
nifestauit: hoc est opus fecit per quod possit agnosci

fidel. Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea que
facta sunt: intellecta conspiciuntur. Idem sensus est q̄
repetit: ut absolutius doceat quia cum per se potentia et
maiestas dei creature oculis aspici non possit: opera
mundi intellecta conspiciuntur. Hoc igitur genere
reos facit eos qui sine lege uixerunt & nature moysi.
C onsuetudine enim peccandi obruerunt legem nature:
obliti sunt memoriam eius. Legem autem que ad refor-
mationem data fuerat percipere noluerunt: ut dupli-
ci modo obnoxii fierent dampnationi: sempiterna q̄
eius uirtus & diuinitas: ita ut sint in excusabiles ut
omnino excusari impietas non possit. Adiecit etiam
uirtutes dei & ad diuinitatem sempiternam cognitam
esse ab hominibus & stupore quodam hebetasse ad hono-
randum deum quem & esse & operari ad utilitate suam
non ignorarent. Ea enim que humanis usibus euoluto
anno gignuntur ipsum decreuisse nulli indubiu uenit.
E terna ergo uirtus eius: xps est. Quia instituit q̄ no erat
et in eo manent. Cuius si dudum persona cognita no est:
operata manifesta sunt. Diuinitas uero qua in opere de-
creto sibi perseuerant elementa rerum: ut sint in excusa-
biles. Multis enim modis qui reus conuincitur excusari
non potest. Quoniam cum cognouissent dominum no
sicut deum magnificauerunt: aut gratias egerunt.
V sque a deo non ignorauerunt: ut faterentur unum esse
principium a quo omnia initium sortita sunt: celestia te-
restria & infernorum: & hunc unum esse qui omnibus
decreuit proprietates & officia naturaliter. Et hoc scien-
tes: non egerunt gratias. De anterioribus loquitur: ut
presentes & futuros corrigat. Sed euauerunt in cogi-
tationibus suis. Euauerunt uidentes enim mundum
miro ornatu aptatum ab eo quem eius opificem agno-
uerant dissimulauerunt. Et obscuratum est: insipient

cor eorum. Nebula erroris: texit cor illorum. Qui cum
creatorem ex his que fecit pulchra plus amplius hono-
rificari debuerint: obtusi relictio illo: hec sola sibi di-
centes sufficere ad salutem. Dicentes enim se esse sapien-
tes: stultificati sunt. Sapientes enim arbitrantur: qui
rationes phisicas inuestigare putant. Scrutantes cursus
siderum: & qualitates elementorum. Dominum autē
horum spernentes: ideo stulti sunt. Cum si hec lauda-
da sunt: quanto magis creator illorum. Solent tamen
pudorem passi neglecti dei misera excusatione dicentes:
per istos posse ire ad deum sicut per comites peruenitur
ad regem. Age nunquid tam dementis est aliquis haud
salutis sue immemor: ut honorificentiam regis uindictā
comiti: cū de hac re si qui etiam tractate fuerint inueni-
iure ut regi damnantur maiestatis. Et isti si non putant
reos qui honorem nominis dei deferunt creature: & re-
lieto domino conseruos adorant. Quasi sit aliquid plus
quod seruetur deo. Nam & ideo ad regem per tribunos
aut comites itur: quia homo utique est rex: & nescit quibus
debeat rem publicam credere. Ad dominum autem
quem utique nihil latet omnium enim merita nouit ad pro-
merendum suffragatore: non opus est sed mente deuota.
Vbiunque enim talis locutus ei fuerit respondebit illi. Et
mutauerunt gloriam in corruptibilis dei in similitudine hi-
maginis corruptibilis hominis. Sic obcecatum est cor il-
lorum: ut maiestatem inuisibilis dei quem ex his factis
agnouerant non hominibus: sed quod peius est in excusa-
bile crimen in similitudinem hominum mutarent. Vt for-
ma corruptibilis hominis deus ab his uocetur. Hoc est si-
mulacrum hominis: ut quos uiuo homine dononare non
audent: mortuorum hmagines in gloriam dei recipiant.
Quanta egritudo: quanta stultitia: hos se sapientes appellare:
ad suam damnationem apud quos plus mortui sunt quā uiui.

& mortui potiores sunt uiuis. A uiuo enim deo recedentes: mortui fauent. In quorum numero sunt: sic scriptum est. Mortalis mortuum fingit manibus inquit. Hoc de huiusmodi: in sapientia salomonis dictum est. Et uoluerum & quadrupedum & serpentium his subiectis cumulauit ad penam hebitudinis: ut ultra stultitiam & uanitatem sunt huiusmodi. Sic enim dei maiestatem & gloriam minuerunt: ut horum que minima & parua sunt similitudini. Dei honorificentiam darent. **P**rimi enim babilonii deum uocauerunt figmentum belis quondam hominis mortui: qui principatum in eis dicitur egisse. Coluerunt & serpentem draconem quem occidit daniel homo dei: cuius similitudine habet. **E**gypti autem colebant quadrupedem: que dicebatur ape in similitudine uaccae. Quod malum imitatus est hieroboam uaccae instruens in samaria quibus sacrificarent iudei & uolucres: quia uoracina sacra habet pagani. Harum tantum omnium rerum quas memorauimus simulacra coluerunt egypti: & alia que nunc dicere non est necesse. Hac ab his facta sunt qui se sapientes estimauerunt in mundo. Quia enim inuisibilem deum non honorauerunt ista faciendo: nec his que uisibilia sunt sapere potuerunt. Difficile enim in maioribus prudens: in minoribus non sapit. Propter quod tradidit illos deus in desiderio cordis illorum in inuidiam ut contumelias afficiant corpora sua in semetipsis. Quoniam inquit ad iniuriam creatoris dei figmenta & similitudines rerum deificauerunt traditi sunt in ludendum & traditi non ut illa agerent que nolebant: sed ut illa perficerent que desiderabant: & hic bonitas dei est. Cum enim dignum fuissent subici illos: ut facere que nolebant & cruciarentur. Quia licet bonum si contra uoluntatem fiat: amarum & malum est. Isti autem auer-

tentes se a deo traditi sunt diabolo. Tradere autem est
permittere non incitare aut immittere: ut ea que in
delideriis conceperat adiuti a diabolo explerent in ope.
Nec enim possunt huiusmodi bonum cogitatum habere.
Traditi ergo sunt in inmundiciam: ut contumelios affi-
ciant corpora sua in semetipsis. Cum preterita recolat:
etiam presentis temporis significat. Quia tradunt nunc
usque ut contumelios afficiant corpora. Originis autem
illius nunc usque sunt homines: qui dicuntur corpo-
ra sua debonestare inuicem. Cum cogitatio anime sit
in crimine: corpora dicuntur honestare. Quare: Nisi
quia macula corporis indicium est peccati anime: cui
enim corpus contaminatur: nemo ambigit anime esse pec-
catum. Qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium:
& coluerunt & seruerunt creature potius quam creatori qui
est benedictus in secula. Amen. Commutantes ueritatem dei
in mendacium. id est nomen dei qui uerus est dederunt his qui
non sunt dii. Lapidibus enim & lignis uel ceteris metal-
lis auferentes quod sunt: dant illis qui non sunt: & hoc est
immutare uerum in falsum. Non enim uocantur iam
lapis aut lignum sed deus: hoc est seruire creature
potius quam creatori. Non enim negant deum: sed ser-
uiunt creature: qui non excusantur sed magis accu-
santur. Quia cognoscentes non honorant deum: qui
est benedictus in secula. Amen. Hoc est uerum. Deus
uero benedictus in secula: quia permanens deus: diis
aut gentium ad tempus impietas dat honorem: ideo
non est uerum. In deo autem manet ueritas. Hanc
benedictionem alio loco filii dei assignat inter cetera
dicens. Et ex quibus christus secundum carnem: qui est
benedictus supra omnia secula. Amen. Aut uterque
ad christum pertinens: aut eadem dixit de filio qui & de patre:

PROPTEREA tradidit illos deus in passiones
ignominie. Nam femine eorum immutauerunt
naturalem usum: in eum usum qui est con-
tra naturam. Hec irato deo propter hydro-
latriam humano generi prouenisse testatur: ut muli-
er mulierem turpi desiderio ad usum appetere. Quod
quidem aliter interpretantur: non percipientes dicti-
uum. Quid est enim immutare naturalem usum in eum
usum qui est contra naturam: nisi sublato concesso usu
aliter uti: ut una atque eadem pars corporis unusquisque
inter se inuicem sexus aliter se ad usum prebeat quam concessum
est. Nam si illa est pars corporis quam putant quo-
modo mutauerunt usum nature: cum habeat huius-
modi usum datum a natura. Superius iam traditos di-
xerat in immundiciam: non tamen qualitatem operis
immundicie ipsius ostenderat: pro quo nunc declarat.
Similiter autem & masculi relicto naturali usu femine:
exarserunt in desiderium suum inuicem masculi in masculos
turpitudines operantes. Nunc manifestauit quomodo
superius de mulieribus quod dixit intelligi debeat. Quod
autem subiicit similiter & masculi dicens: exarserunt
in desiderium suum: ostendit apertum peccatum mulierum
& quid mirum cum hodie que tales mulieres reperiantur
ut sicut illis a uiris: ita & hoc a mulieribus fit in uentum.
Denique mulieres inter se accusant: & uiros similiter.
Manifestum est ut qui iam ueritatem dei immutauerunt
in mendacium: immutarent & naturalem usum in eum
usum per quem dehonorerentur rei facti mortis secunde.
Quoniam enim aliam legem dare non potest sathanas: ni-
hil enim habet concessa & licita in alium ordinem uer-
sa: ut dum aliter fiunt quam concessa sunt: sint peccatum.
Et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipso
recipientes. Hanc dicit compensationem esse contempti

dei id est turpitudinem & contaminationem. Hæc est enim prima causa peccati. Quid enim peius quid deterius hoc peccato? Quantum enim idolatriam per imperium & grauissimum delictum est tantum & compensatio eius horrenda & persordida passio est. Et sic non probauerunt Deum habere innotitiam tradidit illos Deus in reprobum sensum ut faciant ea que non conueniunt. Propter errorem simulacrorum traditi sunt ad turpia facienda inuicem sicut iam dictum est quia impunitatem horum estimauerunt in curiosum Deum iudicantes hæc per hoc negligendum. Hinc additum est ut magis ac magis hebetati ad omnia mala admittenda fierent promptiores ut facta que hominibus non ambigere displicere Deum credere non iudicarent. Nunc enumerat omnia mala que illis super addita sunt ut uel sic conuersi ad naturalem intellectum intelligerent irato Deo hæc sibi prouenisse. Repletos aut omni iniquitate. Hinc summam locutus est & subiecit membra iniquitatis malitia fornicatione. Hæc fornicatio habet in se & adulterium. Si enim dixisset adulterium iudicaret excusasse fornicationem. Sicut leges romane in deoq; minus est posuit ut quod inuis est multum non possit credi & cetera que manifesta uidentur. A uariis nequitia plenus inuidia homicidus contentione dolo malignitate salitronel detractores deo odibiles contumeliosos superbos elatos inuentores malorum parentibus non obediens. Tanta autem insolentia acceperunt ut nec patres suos quos auctores in natiuitatem habebant agnoscerent quique se natos gauderent illos per quos esse ceperant contempnerent. Hoc est esse ^{sine} intellectu sine charitate sed dei erat inter illos charitas carnis. Hi dei iustitiam cognoscentes per legem nature. Scierunt enim hoc Deo displicere sed hoc in animo ponere noluerunt. Qm

qui haec agunt digni sunt morte : & non solum qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. Ad sensum enim participatio est. Qui cum iustitiam Dei cognovissent non intellexerunt : quoniam qui talia agunt digni sunt morte. Haec omnia mala corpus est peccatorum : cui mancipati facti sunt potestatis eiusdem ut faciant punienda. Haec enim malorum causa : a sodomitis cepta est offensione Dei. Sicut supra dictum est. Et in omnem prope partem mundi : ramos suos extendit. Iram Dei ydolatrie causam nuntians quae prima pars est erroris & impietatis quam primum condepernat : & cum haec em data fuerint facile corrigantur & morum vicia. Sublato enim malitiae semine nequiae fructus arescent. Non enim dat arbor fructus cuius excise sunt radices. Nam ideo & moyses sodomie & gomorre gesta memoravit exitum non tacuit ut timorem poneret huius rei vitandae. Non ergo hoc iudicium & contaminatio de honestate ad hoc mittitur : qui in animo cogitat Deum. Sunt quidam qui se reos non putant si non operentur quae mala sunt : ad sentiunt autem facientibus. Ad sentire est autem si cum possit reprehendere taceat : aut audientibus fabulas aduletur. Sciens enim impurus & malignus non ignorari quae ait : & minime se vitari sed honorem esse gloriatur. Forte se talem nec confundi potest in his quando videtur faueri sibi & obsecundari ab his qui non sunt tales : & ita est ut qui fomitem prebeant delictis illorum : ideoque dignum est ut pari crimine rei habeantur. Sunt iterum alii qui non solum faciunt mala : sed etiam qui consentiunt facientibus : ut non solum faciant sed & talibus consentiant. Duplex ergo horum est nequitia : non enim tam mali sunt qui faciunt & facientibus contradicunt. Scientes enim nefaria non illa iudicant. Illi enim tam nequissimi sunt quia faciunt

& consentiunt facientibus: ut nec Deum timeant
in crescere cupientes mala. Ideo hec non iudicant ut
suadeant: non illa esse uitanda.

VA Propter inexcusabilis est o homo omnis qui
iudicat: in quo enim iudicat alterum te ipsum
condemnat: eadem enim agit que iudicat. Quia
facientem maligna & consentientem facientibus: mor-
te dignum ostendit. Ne forte hic qui facit & non conse-
tit facientibus: excusare se posse putare. Docet huius
modi inexcusabilem fore: Non enim iustum est ut hic
impune concedatur: quia per hypocrisim ostendit se non
talem cum peiorem se deprehendat. Fallit enim ut
dum puniendus sit: honore dignus appareat. Scimus
autem quoniam iudicium Dei est: secundum ueritatem
in eos qui talia agunt. Hoc est non ignoramus Deum
de his iudicaturum in ueritate: quando nos ipsi de his
iudicamus. Si enim nobis displiceat: quanto magis Deo
qui magis iustus est: & opus suum zelatur. In uerita-
te ergo cum dicit iudicaturum Deum de his: terrore
incurrit. Ut quem hi incuriosum dicunt: iste malos
secundum ueritatem dicat iudicaturum. Hoc est ue-
rissime reddere secundum mensuram: unius cuiusque
non parcere. Existimas autem hoc o homo qui iudicat
de his qui talia agunt & faciunt ea: quia tu effugies
iudicium Dei. Hoc est: nunquid quia tibi examen da-
tum est potestas iudicandi de malis & stupris cum eadem
agas: & non est quite ad presens iudicet: effugies iudi-
cium Dei? Non utique. Quia si iudicium Dei in mun-
do euasisti: quia omnis hec potestas & iudicium a
Deo est: infuturum non euadis. Per se enim iudicatu-
rus est Deus: apud quem celsat adulatio & personarum
acceptio. Aut certe si iustum alicui uidetur: ut huius
modi in munis a poena sit dicat. Quod si iustum est ut

non euadat: credat Deum iudicaturum ut & quod
iustum esse iudicat: uerum sit & impleatur & Deum
conditorem mundi prouidenter curiosi operis sui merita
requirere fateatur. Si enim fecit & negligit: malus o-
pifex dicitur. Quia p̄ id quod neglexit: non bona se
fecisse que fecit ostendit. Sed quia fecisse negare
non potest. Indignum est enim: & unprobabile bo-
num male fecisse. Curam eorum necesse est ut dicat
agere: quia contumelia ei erit & accusatio: si bono-
rum a se factorum negligens inducatur. Quippe cum
eius nutu ac prouidentia uita ipsa sustentetur ministe-
rio elementorum: sicut ipse dicit dominus. Qui sole
suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super
iustos & iniustos. Qui ḡ prestat curam: non agit con-
seruare quod fecit: Vt amantes se remuneret: spernen-
tesque condempnet. An diuitias bonitatis eius &
patientie: & longanimitatis contempnit. Ignorat
quoniam bonitas dei patitur diu peccantem: nec pacie-
tiam eius putat contemnendam quasi non curantem res
humanas. Intelligat autem ideo a se dissimulari quia
in hac uita iudicium dei promissum est futurum: ut in
uentura uita peniteat illum iudicem deum non credidi-
se. In pena positus sine fructu penitentie poenitebit: quia
non credidit iudicium dei quod uideat uerum. Necesse
est enim ut actus emendetur: immo penis perhennibus
torqueatur quem patientie longanimitas non emenda-
uit. Sed uerissime loquitur: sciens malignam mentem
non posse nisi timore a uicis facile reuocari. Secundum
duritiam autem tuam & impenitentis cor: thesaurizasti
iram in die ire & reuelationis iudicii dei: qui reddet
unicuique secundum opera sua. Impunitatem sperans pec-
catorum non solum durat in conuersibilis & intractabi-
lis manens: sed adhuc aceruus peccat. Securusq; non

bona

fit ultio futura. Cor habens impenitens: ignorans quia ira
sibi congregat iudicium. Necesse est enim seueriori pena
ut plectatur unmo flammis perhennibus torqueatur: q
per longam dei patientiam non solum emendare se noluit
sed adhuc addens ad contentum exaggerauit peccata.
D **ies** ire est peccatoribus: quo punientur. Ideo ipsis est
ira qui sentiunt penam: iudicium reuelationis iusti iudicii
dei. Reuelabitur enim: i. agnosceretur quomodo futurum
negatur. Ideoq. cum ostenditur quod non esse creditur:
reuelatur. His enim ostendit qui negant: quia credenti-
bus manifestum est ut confiteantur etiam iusti iustum
iudicium dei: cum unicuique reddat secundum opera
sua. Nunquid non effabuntur iuste fieri: cum uide-
rint mala inuicem facta ulcisci. His qui secundum pa-
cientiam boni operis gloriam & honorem: & in corrup-
tionem querentibus uitam eternam. Quoniam iudicium
dei iustum predicat: quale autem bonis futurum est
declarauit. Hos dicit quia patientiam dei scientes parti
ad correptionem: partim ad maiorem ulcionem non se
corrigentium proterari priorum operum poenitentes
bene uersantur freti fiduciam fidei dedit. nec diu hic
positi damnum incurrunt promissae uite. Dabit ergo
eis gloriam: & honorem. Et ne non hoc ualde magnū
ad comparisonem presentis uite uideretur: quia et
hic gloriosi uidentur & honorati. A dicit: & incor-
ruptionem. Ut ex eo alia gloria & alter honor intelli-
geretur: quando in corruptio simul comitabitur. In
presenti enim honor uel gloria frequenter admittitur:
quia corruptibilis est qui dat & quod dat & q. accipit.
I **ndie** enim iudicii dei incorruptis iam dabitur honor
& gloria: ut sint tota uita eterna. Ipsa enim glorifica-
bitur substantia: quadam immutatione meritorum.
H **i** ergo querunt uitam eternam: qui non solum bone

professionis sunt sed & uite. His uero ex contentione
& qui diffidunt ueritati obediunt autem iniquitati. ira
& indignatio tribulatio & angustia. hoc est iterata an-
gustia: diffidentes de futuro dei iudicio p̄ xpm. Ac p̄
hoc & patientiam eius contendunt euacuare: illud
cum sit uerum & stabile credunt enim iniquitati. In-
quitas enim est negare: quod deus futurum p̄dixit.
Tria ḡ alia posuit incredulitati condigna: dicens. Ira
& indignatio: & angustia. Ira est non ei qui iudicat
sed illi qui iudicatur: dum fit reus. Irasci enim dici-
tur deus: ut uindicaturus credatur. Nam dei natura
ab his passionibus inmanis est: & ut non solum irasci
sed & uindicare credatur. Adiecit: & indignatio.
Indignatio est quam addendo super iram in iuriā suam
deum uindicaturum significat. Angustie uero sunt q̄
bus sententia constrictus tribulabitur in pena super
omnem animam hominis operantis malum. In hoc o-
pere non solum facta significat: sed & perfidie profes-
sione. De incredulo enim dicit: & ideo sup̄ animam
dixit: ut spirituales penas intelligat non corporales.
Quia anima incusabilibus p̄nis artabitur. Iudei pri-
mum & greci. Semper iudeum ponit prerogatiua pa-
trum: ut aut coronaretur primus: aut damnaretur.
Quia credens propter abraham honorificentior est. Dif-
fidens autem peius tractandus est: quia donum pro-
missum patribus refutauit. Gloria autem & honor
& pax omni operanti bonum: iudeo primum & greco.
Quomodo incredulis tria p̄nalita posuit: sic & fide-
libus tria magnifica. Ut honorem habeant nō credētum
quali filii dei. Gloria autem sit pro immutatione. Pax
uero eo q̄ bene uiuentes quieti erunt in futuro nulla p̄-
turbatione commoti. Quippe quia omnis homo a cō-
trariis se abstinens: apud iudicem habet pacem. Non

enim personarum acceptio est apud Deum. Quomodo
ostendit iudeum siue grecum non despici a deo: si
tamen credat in christum. Sed acceptio ferri ambobus
iusticiam fidei. Sic iterum: non credentes pariter
reos esse. Quia magis ob erit circumcisio sine fide:
& proderit preputium per fidem. Ac per hoc docet
personarum acceptorem Deum non esse. Nec enim
prerogatiua generis sequitur: ut suscipiat causa pa-
trum diffidentem: aut abiciat a se propter indigni-
tatem parentum credentem: sed unumquemque proprio
merito: aut remunerat: aut condemnat. Quicunq;
enim sine lege peccauerunt: sine lege peribunt. Quo
potest sine lege peccare: cum omnes subditi simul
sumus legi naturali: Sed de moysi lege dicit: cui
iudei obnoxii sunt dum non credunt. Nec non et
gentiles: sed iam dudum quia adiungi se illis nolue-
runt. Non credentes ergo gentiles duplici genere fi-
unt rei: quia neque legi date per moysen adserunt:
neque christi gratiam receperunt. Ideo dignum est:
ut pereant. Igitur qui sine lege peccat peribit: ita &
qui sine lege legem seruauerit iustificabitur. Iusti-
ciam naturaliter seruans: custos legis est. Si enim iu-
sto non est lex posita: sed iniustus qui non peccat: amicus
legis est. Huic sola fides deest: per quam fiat perfectus.
Quia nihil illi proderit apud Deum abstinere a contrariis
nisi fidem in Deum acceperit: ut sit iustus per utraque.
Quia illa temporis iustitia est: haec eternitatis. Et qui-
cunq; in lege peccauerunt: per legem iudicabuntur.
Quoniam iudei legem habent: in qua salus illis promissa
est: non credentes uel non recipientes promissum per le-
gem iudicabuntur sub qua uixerunt. Ipsa enim accusat
penas exsoluent. Nam prope grauior iudeorum cau-
sa est: apud eos ipsos quam gentilium. Sicut enim cre-

dentel preferuntur: ita & cum diffidunt peiores inue-
niuntur. Plus enim displicet quia quod habuit am-
misit: q̄ qui quod non sperauit consequi non potuit.
Iste enim non intret in regiam: ille foras missus est.
Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed fac-
tores legis iustificabuntur. Hoc dicit: quia non iu-
sti sunt qui audiunt legem: sed qui credunt in christum
quem lex promisit & hoc est facere legem. Omnis autem
qui non facit legem non credit legi: dum non recipit
cui lex testimonium perhibet. Qui autem in lege uidet
non esse: quia incircumcisus est carne: credit autem in
christum hic fecisse legem dicitur. Et ille qui se dicit
in lege esse id est iudeus auditor legis sit non factor:
quia non credit in xpm scriptum in lege: sicut dicit
philippus ad nathanael. Quem scripsit moyses in lege
& prophete inuenimus Iesum. Cum enim gentes quae
legem non habent naturaliter quae legis sunt faciunt
ci entel christianos: dicit alio loco. Vobis enim dico gen-
tibus: qui incircumcisi neque neomenias neque sabbatum
neque estatum legem seruant & duce natura credunt
in deum & christum. i. in patrem & filium. Hoc est eni
legem seruare: deum legis agnoscere. Prima enim sapie
par hoc est timere deum patrem ex quo sunt omnia: &
dominum iesum filium eius per quem sunt omnia. Ipsa
ergo natura proprio iudicio creatorem suum agnoscit:
non per legem sed per rationem nature. Opus enim opi-
cem cernit in se. Hi non habentes ipsi sibi sunt lex quo
ostenditur opus legis inscriptum in cordibus suis. i. sens:
quia dum natura duce credunt opus legis ostendunt
non per litteram sed per conscientiam. Opus autem legis
est fides. Quam cum dictis exhibet deo: naturali iudi-
cio ostendit semetipsum legem sibi esse: quia quod ma-
dat Lex ultro facit ut credat in xpm. Testimonium

reddente illis conscientia ipsorum. Teste interiore &
conscientia sua credunt quia consci sibi sunt conue-
nire sibi quod credunt. Congruum est enim crea-
ture credere & uenerari suum conditorem: nec ab-
surdum esse ut dominum seruus agnoscat. Et inter
se cogitationibus in uicem accusantibus: aut etiam de-
fendentibus indie qua iudicabit Deus occulta hominum
secundum euangelium meum per Iesum christum domi-
num nostrum. Quoniam iudeos diffidentes per legem
dixit: iudicari fore. Lex enim illos accusauit: quonia
xp̄m illis promisit: quem uenientem recipere noluerunt.
Gentes autem que legem utique non habent per conscie-
tiam iudicabuntur: si credere noluerint. Primum qui-
dem accusatores erunt gentiles: non credentium genti-
lium. Sicut iudeis non credentibus dicit dominus disci-
pulis suis. Ipsi iudices erunt uestri: quia perfidia iudeo-
rum iudicabitur fide ap̄torum. Qui cum ex ipsis essent
illis diffidentibus crediderunt: deinde cogitationibus
suis accusabuntur gentiles si compuncti creatoris fidem
& uirtutem noluerint credere. Aut si stupore quodam
considerant ut credant uerbis: aut gestis dominicis. De-
fendentes se conscientia indie iudicii quoniam quia cogi-
tauit debere se credere: ut iudicetur non quasi maliuolus
sed quasi ignorans. Non tamen sine poena futurus quia nō
licet ignorare. Gentes enim duplici genere significat:
tam credentes q̄ infidos. Superius enim de gentilibus cre-
dentibus: dicit. Post autem subiecit de his gentilibus
qui non credunt: ut sicut per conscientiam suam accu-
sentur diffidentes. Quamuis enim sibi uideatur minime
reus qui non credidit quia apud se tractare istud n̄ potuit
ratione tamen conuincitur: quia non sibi suauit uerum
hoc esse quod uirtutum testimonius uiderat confirmari
& multos sequi. Puto etiam sic posse intelligi sitota q̄

credentes

stio de gentibus credentibus dixisse credatur. Quia
quod ait. Quid mihi de his qui foris sunt iudicare: et
qui non crediderit inquit iam iudicatus est. & quia non
resurgent impij in iudicio. Sive lege enim peccantes:
sive lege enim & peribunt. Ac per hoc ante tribunal
christi stare non poterunt & reddere causas: quia resur-
gentes ducentur ad gehennam. Illi enim quos dicit in-
uicem cogitationibus suis accusari aut defendi in die iu-
dicii dei christiani sunt. Hi qui discordant a catho-
lica diuersae sentientes de xpo aut de sensu legis intra-
dictione ecclesie. Sive cathaphorie siue nouatiani siue
donationi aut cetheri heretici horum cogitationes
in uicem se accusabunt in die iudicii: si non intellexit
quis ueram esse catholicam & non uideretur emendat^{us}
sed qui noluit erubescens ab id quod diu tenuit rece-
dere in die iudicii cogitatione accusabitur. Duae &
enim cogitationes in uicem se accusabunt bona et
mala. Bona accusat malam: quia contradicit ue-
ritatem. Mala iterum accusat bonam: quia non se-
cuta est ut sensit. Et per hoc constituitur reus: qui
cogitauit sentiens bona & uera esse ecclesiam ca-
tholicam: & p mansit in herese ut scysmate. Eorum
autem cogitationes se in uicem accusabunt: qui sem-
per hoc cogitauit putans utile quod secutus est. Dic-
turus est enim semper in cogitationibus meis hoc pu-
taui utile quod secutus sum. Hec fuit fides mea: hic
leuiorem habebit causam quamuis emendandus sit: quia
a conscientia sua non accusabitur in die iudicii. Hoc
modo iudicabuntur occulta hominum in die iudicii
dei: per Iesum christum dominum nostrum. Si autem
tu iudeus cognominaris. Cognomen iudei est quia
ex prerogativa parentum est: ut dicantur israhelites.
Et tamen si totum uelimus quod ad causam pertinet &

comprehendere: Cognomen iudeis tripartito genere
significatum: debemus aduertere: Primum quia
filii sunt abrahe: qui fidei sue merito pater positus
est cunctarum gentium. Deinde propter iacob qui
ad augmentandam fidei gratiam israhel appellatus est
Ceptra enim patris dignitas nobilitatur in filiis. Tertio
non magis propter iudam: sed propter christum: quia
ex iuda ortus est secundum carnem: unde iudei cog-
minantur. Quia in iuda hoc significatum est: quod
futurum erat in christo. Dicitur enim: iuda erit
dux uester: et iuda te collaudabit fratres tui. Que
laus data iude non probatur: sed christo quem omnes
quotidie collaudant. Hi quos fratres suos dignatus
est appellare. Ipse enim dixit mulieribus. Ite & dicit
te fratribus meis: quia precedo uos in galileam. Quis
enim non laudet eum: cuius beneficio uiuit? Ap-
tius ergo sub hac significatione que posterior numero sed
perfectior merito est: totum uoluit comprehendere
quod iudei non intelligentes nomen sibi carnalis iu-
de defendunt. Et requiescis in lege & gloriaris in
Deo & nosti uoluntatem eius: & probas utiliora instruc-
tus per legem. Non magnum ualde uideri uult si iude-
os credat: quippe cum sit instructus per legem. Pe-
riculosum est autem ualde: si non credat. Ducem enim
habet legem: sed ut preponatur credens meritum suum
facit patrum: quia quamuis aliquis pro se floreat e-
rubescit tamen suis. Confidensque te ipsum: ducem esse
cecorum. Lumen eorum qui in tenebris sunt eruditore
insipientium: magistrum infantium: habentem formas
scientie & ueritatis in lege. Vera sunt hec: quia legis
documentum hoc est erudire imperitos: & Deo subi-
cere prophanos: uel per idolatrie culturam impios.
Promissionem que facta per legem est: ad meliorem

spei fiduciam prouocare. Cui in iuriam facit dum xp̄s
sp̄nit promissum in lege. Et nec iam eruditor erit
insipientium: nec magistrum infantium: nec lumen
eorum qui intenebris sunt: sed dux omnium horum
ad perditionem. Quid ḡ alium doces: te ipsum non do
ces: Hoc est qui tu gentiles arguis q̄ sine lege & reo
sunt: te ipsum non arguis: Diffidens enim de christo
in lege promisso: in eisdem que arguis inuenis. Qui
predicas non furandum: furaris. Facis enim quod præ
dicas fieri non debere. Dum enim fidem christi p̄ ma
lam interpretationem subripis: negas christum nostrū
in lege promissum. Qui dicit non mechandum: mecha
ris. Adulteras autem legem quando ueritatem xp̄i
collis & mendacium ponis. Unde alio loco dicit. Ad
dulteratores uerbi dei. Qui exsecratis ydola: sacrilegiū
facis. Sacrilegus est quando xp̄m quem lex & prophete
sermo deum significat: negas. Dicit enim isaia. Quia in
te deus est: & non est deus preter te. Tu enim es deus et
nesciebamus: deus israel saluator. Nunquid iudei de deo
patre dicebant: tu enim es deus & nesciebamus. Cum tota
lex dei patris auctoritatem predicet ex quo sunt omnia:
sed quia filius dei semper quidem apparuit. Latebat enī
quid esset: cum post resurrectionem cognoscitur dicitur
ei in confessione. Tu es enim deus & nesciebamus. Qui enī
putabatur in lege tantummodo angelus & dux exercitus
domini. At cum intelligitur esse filius dei: dicitur ei cum
gratiarum actione. Tu es enim deus & nesciebamus. Per
hoc ḡ significat quia ipse esset qui apparuerat quidem pa
triarchis in deum: & post incarnatus est: sed non fuerat in
tellectus ab hominibus. Qui in lege gloriatur: per preuari
cationem legis deum in honoral. Preuaricator legis est:
quando sensum legis qui de incarnatione & diuinitate
est xp̄i p̄teris. Et deum non honoral: dum testimonium

eius quod dedit filio suo non recipit. Ipse enim dixit. hic est filius meus dilectus. in. Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes. Sicut scriptum est. Hoc dixit isaia propheta: quia nomen dei blasphematur inter gentes: quando iudeos pronoxus suis traditos sibi non aduertebant: sed ydolis suis dabant glorias: qui iudeorum deum uocissent in iudeis. Ita & in tempore apostolorum dei nomen blasphemabatur in christo: quia iudei christum deum negabant blasphemabant & patrem. Sicut dicit dominus. Qui me recipit non me recipit: sed eum qui me misit. Et ideo inter gentes blasphemabatur: quia credentibus gentibus iudei suadere nitentur christum deum non credendum. Ut blasphemium gentium a iudeis uel foris auctoribus sit profectum.

Circumcisio quidem prodest: si legem obserues. Potest dici e contra. Si prodest circumcisio: cur pretermittitur. Sed tunc prodest: si legem obserues. Tenenda ergo circumcisio est: & ut possit prodesse seruanda lex est. Quid ergo prohibuit quod prodest? si lex seruetur ostendit: Videtur ergo male prohibitum quod per se non displicet: sed per alterius negligentiam frustra dicitur. Si autem preuicator legis sit: circumcisio tua preputium facta est. Hoc est: quod dicit. Qui si lex seruata non fuit: iudeus gentilis efficitur. Sed circumcisionem pro genere posuit abrahe. Quia ex abraham: circumcisio: nec enim poterat edificare que destruxerat.

Hoc enim ait: ut doceat tunc prodesse ex genere abrahe esse si lex seruetur. i. si in christo credatur qui promissus est abrahe.

Quia & suum meritum habent iustificati per fidem: & honore patrum sublimantur. Omnis enim salus in lege de christo est: hic ergo seruat legem qui credit in christo. Si autem non credit transgressor legis est: quia non recipit christum. que Lex ad iustificationem uenturum cecinit quam ipse dare non potuit: & nihil illi proderit dici filium abrahe. Quia & hic secundum meritum filius est abrahe qui fidem sequitur per

quam dignus deo extitit abraham. Unde ait. Circumci-
sio tua preputium facta est. i. gentilis similis factus
est non credens in eum qui in signo circumcisionis fili-
us promissus est abrahe. Si igitur preputium iustitias
legis custodiat: non ne preputium illius in circum-
cisione reputabitur. Iustitia legis: fides est christiana.
Sicut alio loco dicit. Finis legis christum ad iustitiam om-
nium credenti. Ideo manifestum est: quia si gentilis credit
in christum sit filius abrahe qui pater est fidei & iudicabitur
quod ex natura est preputium lege perficiens te qui per
litteram & circumcisionem preuaricator es legis. Cre-
dens gentilis duce natura in christum: condemnat iudeum
cui lex promiserat christum: & aduenienti ei credere no-
luit. Quanta ergo gentilis dignus est gloria: qui per
solam naturam intellexit auctorem. Sicut dicit Pe-
trus apostolus: auctorem uero uite interficistis. Tant-
o magis puniendus est iudeus: qui neque per naturam
neque per legem christum agnouit auctorem. Non enim
qui in manifesto iudeus est: neque palam in carne cir-
cumcisio: sed qui in occulto iudeus est. Et circumcisio
cordis in spiritu non littera: cui laus non ex hominibus
sed ex deo est. Non est obscurum: quia circumcisio carnis
negat laudem habere apud deum. Nec enim a-
braham ideo iustus est quia circumcisus est: sed quia
credidit iustificatus est. Postea autem circumcisus est:
cordis autem circumcisionem laudabilem esse apud
deum. Circumcidere enim cor: amputato errore agno-
scere est creatorem. Et quia circumcisio cordis futura
erat: primus enim moyses dixit. Circumcidens duritiam
cordis uestri. Et hieremias similiter. Circumcidite
preputium cordis uestri. Hoc dixit iudeis ydola se-
quentibus. Velamen est enim circa cor: quod conuersus
ad dominum circumcidet. Quia fides auferit nebulam

cordis: & tribuit perfectam dei cognitionem in mi-
nisterio trinitatis quod incognitum erat a seculis.
Huius ergo circumcisionis laus ex deo est: occulta hominibus
cordis enim meritum est: quod aspicit deus: non carnis.
Nam iudeorum laus ex hominibus est: Gloriantur enim
in carnis circumcisione: quae ex patribus sit. Unde inter ce-
tera ait. Et gloria impudendis eorum: qui terrena sa-
piunt. Hoc est qui circumcisionem carnis gloria pu-
tant. Terrena enim sapit: qui in carne gloriatur. Qui
uero in spiritu gloriatur: huius laus ex deo est. Spiritus
enim: non carne creditur. Quid enim amplius est iudeo:
aut quae utilitas circumcisionis? Multum per omnem
modum. Primum quidem quia credita sunt illi elo-
quia dei. Quae cum multa quae ad honorificentiam et
meritum pertineant seminis abrahae: Hoc tamen solum ap-
te memorat: quia maxime laudis eorum est: ut lege
per quam addiscerent rectum a peruerso distinguere
digni iudicarentur accipere. Ut post hoc primum:
cetera qualia sunt possint intelligi. Quoniam autem iude-
is carnalibus id est incredulis nihil proficere testimonium
generis ostendit: ne omnes id est credentes male tra-
ctasse uideretur: docet multum utile esse iudeis crede-
tibus: quia filii sunt abrahae. His enim eloquia dei sunt
credita: dum legem quae peccatis hominum absolue-
rat quasi impune preuaricarentur apud deum merito
patrum reformatam accipiunt: & populus dei uocantur.
E. gyptus quoque propter iniurias illorum diuersis plagis per-
secutitur: celesti pane cibantur: omnibus gentibus terro-
ri sunt. Testante hoc raab meretrice quibus etiam christus
saluator ad sanctificationem promissus est. Ideo ait. Multum
utile iudeis per omnem modum: quia filii sunt abra-
hae. Ante ponuntur enim gentibus: sed si credat. Quid
enim si quidam illorum non crediderunt. Nihil enim in cre-

dulitas eorum : fidem dei euacuauit : Absit . Nō inq̄
quia aliqui iudeorum credere noluerunt que promisit
filius abrahe : ideo preiudicabitur ceteris iudeis ne di
gni dicantur accipere quod promisit deus fidelibus suis .
Quippe cum sic facta sit promissio : ut credentibus profice
ret . Igitur non indignatur deus propter illorum pfidia :
id est iudeorum . Non dabit reliquis credentibus uitā
eternam : quam promisit futuram per fidem xp̄i qui nō
crediderunt : ipsi se indignos fecerunt sine preiudicio
ceterorum . His dictis commendat credentes iudeos :
quia nihil obest eis : q̄ multi ex illis credere noluerūt .
EST enim deus uerax : omnis autem homo mendax . Sicut
scriptum est . Vt iustificeris in sermonibus tuis : & uin
cas cum iudicaris . Vt firmare quod supra dixit quod
deus in promissione sua fidelis est : & omnis homo men
dax . Exemplum propheticum subdidit : ex psalmo . L .
Quod & deum uerbis suis iustificari : & hominem men
dacem incredulitatis causa signauit . Vtrunque enim le
gitur in libro psalmorum : quia deus iustus & uerax est
& omnis homo mendax . Mendacem hominem dicit dū
non credit quod promisit deus . Negans enim daturum
deum : q̄ promisit mendax est : & dum ipse mendax est
multis ex causis deum mendacem pronunciat : quando p
missis eius non credit . Igitur omnem hominem mendacē
dicit : qui diffidens de promissis dei . Maxime tamen ad
iudeos hec pertinet : quorum causa tractat hoc loco apo
stolus : qui uidentes xp̄m negauerunt hunc esse quem p
misit deus . Ac per hoc mendaces pronuntiantur : de
us autem uerax est qui promisit christum sicut promisit
& sic uincit cum iudicatur : quia dabit quod daturus
negatur . Dum enim non ei creditur : mendax iudicatur .
Ille autem cum dat quod iudicatur non daturus uincit
ostendens esse ueracem : illum autem mendacem qui nō

credit uerbis eius. Videbit enim dei filium in maiestate:
quem negat. Videbit & carnis resurrectionem: ut sciat
uetam esse pollicitationem ueritatis dei. Nam & xps
cum iudicatus est: uicit. Inique enim occisus est: reum
fecit diabolum quem iam non peccando superauerat: ut
secundo uictus amitteret: quos tenebat in inferis. Hoc
est quia omnis homo mendax: deus autem solus uerax. Si
autem iustitia nostra dei iusticiam commendat: quid di-
cemus? Nunquid iniquus deus qui infert iram? Secundum
hominem dico Absit. Hoc iuxta sensum prophete dauid:
dicit apostolus. Dauid autem quando peccauerat cau-
sa urie cethei: sciens quia promissio peccatoribus dari
non potest: exorat ut iustificatio uerborum dei inducat
iudicium quo iudicantur hi qui peccant: & penitentem
reformet: sanctificans: ut det eis quod iustus se daturum
promisit. Ac per hoc subiecit: Si autem iniustitia nostra
iusticiam dei commendat: & reliqua. Idem si qui nos pec-
catores sumus: deus iustificatur. Iniquus erit: si uindicta:
Nam si iniustitia nostra ei proficeret sine dubio iniquus era-
t: si damnaret peccantes. Quia iniustitia nostra deum facit
iustum: si peccantibus nobis det quod promisit: sanctus.
Quia quamuis peccatores sumus reformari tamen per peni-
tentiam: ut non iam peccatores sed abluti promissionem
mereamus accipere. Non ergo hic sensus est: in uerbis pro-
phetie cum dicit: Tibi soli peccaui & malum coram te
feci: ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas dum iu-
dicaris. Qui malorum hominum praua interpretatio
adseritur: ut peccata hominum & mali actus dei iusti-
ficatione proficiant: & per mala nostra bonis appareat:
& iniustitia nostra illum iustum ostendat. Quoniam
itaque iniquus non est deus cum interrogat iram: iam non
peccatis nostris iustificatur: quia si peccatis nostris iusti-
ficatur iniquus erit si uindicta. Si iniquus cum iudicat

manifestum: quia iniusticia nostra dei iusticiam non
commendat. Si autem commendat & non iudicaret:
quia iustus est: Ac per hoc subiicit. secundum hominem
inquit dico: Absit. hoc est absit: ne deus iniquus dicatur.
Quia hoc homini competit quem constat & errare & falli
& fallere. Nam deus immutabilis perseverat: nec potest
non amare que fecit. Alioquin quomodo iudicavit de
hunc mundum: uerum est quia non erat iustum ut iu-
dicaret deus hunc mundum: si peccata eius ipsi profice-
rent ut dum nutu eius peccantes dum ueniam sequuntur
deus bonorum uideretur & si non peccaret non uideretur
iustus. Si enim non peccent non habendo cui remittat
non erit bonus. Si enim ueritas dei in meo mendacio
abundauit in gloria ipsius: quid ad huc & ego tanquam
iudicor. Manifestum est: quia si ad gloriam dei pro-
ficit mendacium hominum: ut ille solus uerus appa-
reat peccatores non sunt dicendi qui peccant: quia non
in uoluntate sed in pulsu enim eius iudicabuntur peccare
quod absit. & non sicut blasphemamur: & sicut a-
iunt nos quidam dicere faciamus mala ut ueniat bona.
Nunc apparuit quorum causa haec sollicite & cum reue-
rentia disputat. A peruersis enim hoc opponebatur: &
quasi hic esset sensus predicantium remissionem peccato-
rum: ut faciant mala & ueniant bona: hoc est pecca-
rent ut remittendo illis deus uideretur bonorum secun-
dum que supra dicta sunt. Quod blasphemiam appellat:
& abicit a sensu diuinae scripturae doctrine. Nec enim
peccare debere fides tradit. Quippe iudicaturum deum
predicatur sed delinquentibus consulit ut recuperata sa-
lute sub lege dei uiuentiam non peccent. Ideoque subie-
cit. Quorum damnatio iusta est. Idem horum hominum
qui emulatione inuidie: istud de nobis interpretan-
tur quod supra dictum est: damnatio iusta est. Hec

enim iactabant iudei: ut doctrinam apostolicam cri-
minarentur dicentes. Quod cum remissione peccato-
rum predicant: peccandi fomitem prebeant: ut
quasi securi homines de promissione prompte pecca-
rent. Cum constet post acceptam fidem periculosum
esse peccare: & hoc predicti credentibus. Quid ergo?
P recellimus eos: nequaquam. Causati sumus enim iudeos
& grecos: omnes sub peccato esse. Hoc est quod adhuc i-
moramur: latius loquentes ostendimus enim reddim?
causis tam iudeos quam grecos id est gentiles omnes reos
esse. Ideoque frustra legem seruari. Primum enim gre-
cos ostendit reos iuxta legem nature: & quod neque legem
moysi reciperet. Quam obrem pessima eorum: & per-
grauissima causa. Deinde etiam iudeos ostendit reos:
qui sub lege dei uiuere uiderentur. Atque sibi merito pa-
trum defenderent dignitatem: ex eo quod promissionum
patrum spreuerint: Dei gratiam irritam deducentes.
Ad quam rem firmandam exemplum propheticum subdi-
dit ex psalmo xlii. dicens. Sicut scriptum est. Quia non
est iustus quisquam. Ab in iusticia enim cepit mala o-
pera enumerare: & partim peiora subicere ut manife-
staret in his nullam spem uideri: nisi implorent miseri-
cordiam christi qui peccata dimittit. Deinde adiecit.
Non est intelligens uerum est: quia si daret operam intel-
ligere: in iustus non esset. Non est qui requirens deum.
Nec istud occultum est: quia si intelligeret quid posset
querere deum. Et non sicut asaph rex iude: qui post mi-
ta dei beneficia sic deprauatus est: ut infirmitatum pe-
dum passus propheta presente non querere deum. Om-
nes declinauerunt: simul inutiles facti sunt. Nemin-
dubium: quia omnes non querentes deum: inclinantur
ut auxilium requirant a uanitate. Vanitas est ydolum:
ideo inutiles fiunt. Non est qui faciat bonum: non est

usque ad unum. Quia neglecto deo: inutiles facti sunt.
Bonum itaque facere non possunt. Iam enim deprava-
ti: proficiunt in peius. Sepulchrum patens est guttur
eorum. Iam malis mancipati: bona si posse fieri deuo-
rari uolebant. Vt sicut sepulchrum patet ad recipienda
cadauera: ita & aduersus bonos guttura illorum linguis
suis dolose agebant. Qui tam malis operibus adseuerant
que loquebantur in fallacia erant. Venenum aspidum
sub labiis eorum. Hoc dicit quia uerba huiusmodi ho-
minum: muscipula sunt. Ad hoc enim loquuntur ut
ut sicut per labia serpentis uenenam infundi-
tur: ita & per labia horum dolos & circumuentiones. Quo-
rum os maledictione & amaritudine plenum est. Manife-
stum est: quia contra bonos mali semper maledicta et a-
mara proponunt: in conuicium illorum prorumpentes &
detractionem. Veloces pedes eorum ad effundendum san-
guinem. Hoc de nece propharum dixit: quos occiderunt
impigre. Ad bonum segnes: ad patricidium ueloces. Con-
tritio & infelicitas inuicem eorum. Quoniam concitati erant
ad malefaciendum: iter ipsorum ut gressum tribulatum
& infelicem pronuntiat. Et uiam pacis: non cognouerunt.
Viam pacis lenis est: & inturbata. Omnis bona uita enim
tranquilla est: & actus modesti. Ipsi sunt pacifici: & p-
istositur ad deum. Illi ergo hec nolentes scire: elegerunt uiam
tribulationum: per quam itur in gehennam. Non est timor
dei ante oculos eorum. Quoniam huiusmodi sine sensu
sunt: dei timorem non habent. Initium sapientie timor
dicit salomon: & non dixit timorem dei hos non habe-
re: sed non est inquit timor dei ante oculos eorum. Vt
dentes enim tam maligna opera sua: & non horrentes timo-
rem dei dicuntur non habere. Istos omnes & propheta
hieremias significat: dicens inter cetera. Tunc omnes
insurrexerunt in prophetam Domini: uolentes occidere

eum . et sequitur . Omnis autem populus non permittit il-
los . Ergo omnes dicit : sed malos & hos omnes sed bonos .
Neque enim quia dicit : omnes declinauerunt totam ge-
nitul plebem significat . Sed hanc plebem sicut & memo-
ratus propheta testatus est : in qua omnes mali se condide-
runt . Semper enim duo populi sunt : in una plebe . Hic
est g^o populus : quem increpat Dominus sub nomine hie-
rusalem dicens . Ierusalem hierusalem que occidis p^{ro}ph^{eta} .
Et alio loco . Generatio aut mala & adultera : & natio
uiperarum . De huiusmodi queritur etiam propheta isa-
ias : dicens . Ve genti peccatrici : semen pessimum . Per
malam enim uoluntatem dum fructus malos faciunt : se-
men pessimum sunt . Et quia si uoluerint possunt conuerti .
Uox probat apostoli in alia epistola dicentis . Eramus et
nos aliquando natura filii Ire : sicut & ceteri . Scimus
quoniam quecumque Lex loquuntur : his qui in lege sunt
loquitur . Manifestum est quia hos increpat Lex : qui et
primum non crediderunt duci suo moysi : neque p^{ro}phetis
parentibus suis quos & persequentes occiderunt : neque apo-
stolis cognatis suis secundum carnem quorum sanguine effu-
derunt semper impii & in Deo rebelles : ut p^{ro} legem damnent .
Sicut enim omnium malorum una causa est in malo : ita et
cunctorum bonorum . In istis g^o omnium similitum ar-
guitur malum . Hec ad iudeorum confusionem pertinet
qui sibi & parentibus suis testimonium ex lege ferebant :
Ut omne os obstruatur : & subditus fiat omnis mundus
Deo . Hoc dicit quia iudeis in peccatis constrictis omnis
mundus subditus fit Deo . Nulli enim dubium est quia
pagani obruti sunt delictis & impietatibus : hac per hoc
totus mundus Deo prostratus est : ut possit ad indulgen-
tiam peruenire . Quia omnis mundus iudei erant & gen-
tiles : a quibus segregati sunt fideles . Quando g^o iudeos
qui legem acceperunt a Deo : & quibus facta est p^{ro}missio

peccatis probat obnoxios. dubium non est omnes grecos
reos fuisse mortis. Quamobrem omnes os obstruat ait
& subditus fiat omnis mundus deo. Nam omnes reges
approbati indigenti misericordia dei: tam iudei q̄ et
greci. Quoniam quidem non iustificabitur: ex operibus
legis omnis caro coram deo. Non ideo minime iustifi-
catis homines asserit apud deum: quia legem iusticie n̄
seruauerunt in preceptis. Sed quia sacramentum myste-
rii dei quod in xpo est credere noluerunt. Per hoc ei
decreuit deus: iustificari hominem non p̄ legem. Quia
lex ad tempus iustificat: non apud deum. In deo legem
seruantes in tempore: iusti dicuntur apud deum. Quia
fides p̄ quam iustificantur homines apud deum: non est
in eis. Maior enim fides est: quia lex est. Quia lex ad
nos pertinet: fides ad deum. Idcirco lex temporalem ha-
bet iustitiam: fides eternam. Nam omnem carnē dicēs:
omnem hominem significauit: sicut & propheta isaia
ait. Et uidebit omnis caro salutare^{ri}. uidebit om̄s
homo christum deum: in quo salus omnium contine-
tur. Et idcirco in carne significatur: quia peccatis ob-
noxii sunt. Sicut enim iusticia spiritales facit: ita &
delicta carnales: ut exactu nomen accipiat homo.
P̄ et legem enim cognitio peccati: per fidem enim aboli-
tio. Ideo sequenda fides est. Quae est haec lex p̄ quam
dicit cognitum esse peccatum: & cognitum quomodo.
Videmus enim ueteres non ignorasse peccatum: licet p̄
calumniam & p̄uinciam: & p̄istor pharaonis causa
peccati. Quomodo ḡ latebant peccata. Triplex q̄
dem lex: ita ut prima pars de sacramento diuinitatis
sit dei. Secunda autem quae congruit legi naturali
quae interdicit peccatum. Tertia uero legis factorum
i. sabbata: neomenie circumcisi & cetera. Haec est
ergo lex naturalis: quae p̄ moysen partim reformata

partim auctoritatis eius firmata in uicis cohibendis
cognitum fecit peccatum. Non quod later & sicut dixi:
sed ostendit peccata que fiunt non impune futura apud
Deum. Ne forte quis tempus euadens: legem illulisse
putaretur: hoc est quod lex ostendit. Nunc uero sine
lege iusticia dei manifesta est: testimonium habens
a lege & prophetis. Appertum est: quia iusticia dei
sine lege apparuit: sed sine lege sabbati & circumcisio-
nis & neomenie & iudicte: non tamen sine sacra-
mento diuinitatis dei. Quippe cum iusticie dei de
sacramentis dei sit: non quando quos lex reos tenebat
iusticia dei ignouit illis. Sine lege utique hoc fecit. Quia
in quos lex erat uindictura: donauit illis peccata.
Et ne hoc forte contra legem factu putaretur. Adie-
cit iusticia dei testimonium habere ex lege & prophetis.
Hoc est quia ipsa lex ex alia parte olim istud futurum
dixerat: quia uenturus erat qui homines saluaret &
quod legi concessum non erat ut peccata donaret. Idem
autem iusticia dei dicta est que uidetur esse miseri-
cordia: quia de promissione originem habet: & cum
promissum dei redditur iusticia dicitur. Iusticia enim
quia redditum est quod promissum est: & cui
suscipit confugientes ad se iusticia dicitur. Quia non
suscipere iniquitas est: iusticia autem dei per fidem
Iesu christi. Quid est aliud per fidem Iesu christi: nisi
quia ipsa dei iusticia manifestatio christi est. Per fidem
enim predicationis Iesu christi agnoscitur donum dudum
promissum a deo: ut summitur in omnes & super omnes
qui credunt. Hoc est super omnes iudeos & grecos cre-
dentes uidere dei iusticiam. Non est enim distinctio:
omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. Quia
dixerat super omnes iudeos & grecos dei esse iusticiam:
ut hoc probaret adiecit. Omnes enim ait peccauerunt

hoc generaliter accipiendum. Unde ait. Non est distinc-
tio. Omnes enim hic comprehendit: & et sanctos. Ut
ostenderet: nihil profuisse legem sine fide. Sic enim lex
data est ut fides eius & in lege: que futuram speraret sa-
lutem. Quam obrem mors christi omnibus proficit: qui
& hic in seculo quod credendum & obseruandum docuit.
& de inferno omnes eripuit. Iustificati sunt gratis quia
nihil operantes neque uicem reddentes: sola fide iustifi-
cati sunt dono dei. Per redemptionem que est in christo
iesu. Gratiam dei in christo esse testatur: quia uoluntate
dei a christo redempti sumus ut manu missi iustificaremur.
Sicut ad galathas dicit. Christus nos redemit: offerens se pro
nobis. Permissit enim se uenti diabolo: sed in prescio.
Putans autem christum se posse retinere: ueluti accepit eum.
Sed quia uirtutem eius ferre non potuit: omnes quos tene-
bat simul cum illo amissit. Que proposuit propiciato-
rem fidei. Hoc dicit quia in christo posuit deus. Idem dis-
posuit propiciuum se futurum: humano generi si credat
in sanguine ipsius. Ideo in sanguine ipsius quia morte
eius liberati sumus: & ut manifestarent illum & morte
passione eius damnare ad ostensionem iusticie sue.
Hoc est ut promissum suum palam faceret: quoniam a pecca-
tis liberaret. Sicut ante promiserat: quod cum impleuit iu-
stum se ostendit propter propositum precedentium delic-
torum impacientia dei. Sciens deus propositum benigni-
tatis sue: quo censuit peccatoribus subuenire tam his qui
sunt apud superos quam qui in inferno tenebantur: utroque
diuissime expectauit. Euacuans sententiam quia iusti
uidentur omnes damnari: ut ostenderet nobis quod olim
decreuerat liberare genus humanum per christum. Sic
promisit per hieremiam prophetam dicentem. Propicius
ero iniquitatibus eorum: & non memorabo delictorum
eorum. Et ne forte hoc donum solis iudeis promissum

se uideretur: per isaiam dicit: Domus mea domus ora-
tionis uocabitur: in omnibus gentibus. Quamuis enim iu-
daismo facta promissio sit: sed prescius deus eo q̄ donum
eius reprobatur essent impii iudei: gentes se ad percipiendā
gratiam suam promisit admittere: quorum emulationem
in iram missi cruciarentur impii iudei. In hoc tempore
id est tempore nostro quod dedit deus quod olim pro-
miserat dandum tempore quo dedit: Ut sit iustus iusti-
ficans eum qui ex fide est Iesu christi. Recte aut. Quia
ut sit iustus: dedit quod promisit. Hoc autem quod
promisit iustificare se: credens in christo. Dicit autem
in abachuc. Iustus autem ex fide uiuit: ut dum dei fi-
dem habet & xpi sit iustus. Vbi est ḡ gloriatio tua: ex-
clusa est. Per quam: p̄ legem factorum: non. Sed p̄
legem fidei. Reddita ratione ad eos loquitur q̄ agunt
sub lege: q̄ sine causa glorientur. Blandientes sibi de
lege & propter quod genus sint habrahe. Videntes iu-
stificari hominem p̄ fidem sine operibus legis. Ci entile
dicit hominem pro certo haberi: qd̄ iustificari credens.
Nulla faciens opera legis id est sine circumcisione: aut
neomenus aut ueneratione sabbati. An iudeorum tan-
tum deus. Nonne & gentium: immo et gentium. Si-
ne dubio enim omnium deus unus est. Nec enim soli
iudei possunt sibi uindicare q̄ deus illorum non etiam
gentium sit cum relegant ab uno adam omnium esse
originem: & nullum aduenam uolentem ad legem ac-
cedere prohiberi. Denique aliquanti exierunt cū illis
in heremum de egyptis quos suscipere iubentur tantū
ut circumcideremur: & pariter cum illis ederēt azima
& pascha. Necnon & cornelium donum dei accepisse
gentilem non iudaizantem: & q̄ iustificatus sit diuino
testimonio comprobatum. Quoniam quidem unus deus
qui iustificauit circumcisione ex fide: & p̄ epucium

per fidem. In circumcisione iudeos significauit: eo quod
ex fide promissionis iustificati sunt credentes hinc esse
christum quem in lege promiserat deus. In preputio uero
gentes significat per fidem christi iustificatos apud deum.
Tamen enim gentiles quam iudeos non aliter quam credentes iu-
stificauit. Quia enim omnium unus est deus: una ra-
tione omnes iustificauit. Quid ergo prodest: carnis cir-
cumcisio? Aut quid obest preputium? Quando di-
gnitatem & meritum non facit: nisi fides. Legem
ergo euacuamus per fidem? Absit. Sed legem statu-
mus. Non utique lex exinanitur per fidem: sed adim-
pletur. Firmatur enim status eius quando quod fu-
turum dixit: fides istud aduenisse testatur. Hoc
propter iudeos qui putant fidem christi legis esse ini-
micam ignorantes sensum legis. Non ergo euacuat Le-
gem cum illa cessare debere iam doceat: quia tempore
suo recte illam datam asserit: sed iam agere non debet.
In ipsa enim lege dictum est: tempore exolutae pro-
missionis legem cessare debere. Angelus gabriel
danieli prophete desiderium huius rei sciende ha-
benti: ostendit inter cetera dicens. Adueniente christo
christus .i. unctionem regalem cessare que potestas
intelligitur: & iudicium ait non erit amplius quod
est lex: & tolletur sacrificium meum. Ideo inquit
meum: ut sciretur oblationem ueterem cessaturam.
Quem sensum adaperiens saluator. Lex ait & prophe-
ta usque ad iohannem. Et quia lege moysi cessante
meliora precepta daturus erat deus. Hieremias propheta
cecinit dicens. Ecce dies ueniunt dicit dominus: &
consumabo domum israhel & domum iuda testamentum
nouum non secundum quod dedi patribus eorum.
His utique qui uenientem christum ex promissione receperunt
ideo saluator non ueni ait soluere legem aut prophetas.

sed adimplere: Et quia domus dei non tantum in sola
hierosolyma: sed & in ceteris locis futura erat. Ait
zacharias propheta. Ponam hierusalem in omnibus ge-
tibus que est ecclesia dei. Quid g^o dicemus inuenit
se abraham patrem nostrum secundum carnem: Postq̄
ostendit non posse per opera legis quenquam iustifica-
ri apud deum: adiecit. Nec abraham potuisse aliquid
mereri secundum carnem. Carnem dicens circumcisio-
nem posuit. Quia nihil quesuit abraham per cir-
cumcisionem. A nre enim iustificatus est: q̄ circum-
cideretur. Si enim abraham ex operibus legis iustifi-
catus est habet gloriā: sed non apud deum. Hoc
proponens est. Nam abraham ex fide iustificatus est:
quod nulli dubium est: ideo habet gloriā apud
deum. Sed quia qui legem seruant siue moyse siue na-
turali iustificantur ad presens ne rei sint in presenti iu-
dicio. Ideo aut ex operibus legis si abraham iustificatus
est non habet deum gloriā: quia qui fecerit inquit
legem uiuēt in ea. Idem ut non morietur ut reus. Nec
tamen meritum ex hoc habebit apud deum: sed fidei
causa. Quid enim dicit scriptura? Credidit abrahā deo:
& reputatum est ei ad iusticiam. Manifestauit nō idē
abraham gloriā apud deum habere quia circumcisus
est: aut quia abstinuit se ab iniquitate: sed quia deo
credidit hinc & iustificatus est. Laudis siue premiū
infuturo consecuturos. Ei autem qui opatur merces
non imputatur secundum gratiam: sed secundum de-
bitum. Absolutum est ei qui legis factorum .i. moy-
si subiectus est. Aut naturali non imputari meritum
ad mercedem: ut gloriā habeat apud deum. Debitū
est enim facere legem: quia necessitas imposita ē p̄ legē
ut uelit nolit faciat legem ne damnetur. Sicut alio
loco dicit: qui autem contemnunt ipsi sibi damnatio

nem acquirunt: quia ad presens rei sunt. Credere autē
aut non credere: uoluntas est. Neque enim quis co-
gi potest ad id quod manifestum est: sed inuitatur
quia non extorquetur sed suadetur. Quam obrem ad-
sententis primus adficiendus est: sicut & abraham qui
quod non uidit credidit. Et uero qui non operatur .i.
ei qui obnoxius est: peccatis quia non operatur quod
mandat Lex. Credenti autem in eum qui iustificat im-
pium: reputatur fides eius ad iusticiam. Hoc dicit gra-
sine operibus legis credenti impio .i. gentili in christum
reputatur fides eius ad iusticiam sicut abrahe. Quomo-
do g̃ iudei per opera legis iustificari se putant iustifi-
catione abrahe: cum uideant abraham non opera legis
sed sola fide iustificatum. Non g̃ opus est Lex: quan-
do impius qui solam fidem iustificatur apud deum. Se-
cundum propositum gratie dei. Sic decretum dicit a
deo eu cessante lege: solam fidem gratiam dei posce-
ret ad salutem. Sicut & dauid dicit. Hoc ipsū munit
exemplum prophete: Beatitudinem hominis cui deus
accepto fert iusticiam sine operibus. Beatos dicit: de
quibus hoc sanxit deus ut sine labore & aliqua obserua-
tione sola fide iustificentur apud deum. Temporis ergo
beatitudinem predicat: quo natus est xps. Sicut ipse
ait dominus. Multi iusti & prophete cupierit uidere
que uidetis & audire que auditis: & non audierunt.
Beati quorum remisse sunt iniquitates: & quorū tecta
sunt peccata. Beatus uir: cui non imputabit dominus
peccatum. Manifeste beati sunt quibus sine labore
ul opere aliquo remittunt iniquitates & peccata tegū-
tur: nulla ab his requisita pœnitentie opera. nisi tantum
ut credant. Beatus etiam hic uir est cui non imputauit
dominus peccatum: remittere & tegere & non imputare
una ratio & unus est sensus. Omnia enim uno modo

optinentur & donantur. Videtur autem quibus scripta
ta ratio in his dictis: quia diuersis propheta usus est uerb.
E quia a plurali numero: ad singularem numerum descen-
dit. Cum enim uerba dei in ubertatem gratie: quia peccati
diuersa sunt omnia per delictorum uocabula enumerare
uult. Latius locutus est: unius tamen significationis sunt
uerba. Quia & cum tetigit remittit: & cum remittit non
imputat. Ad laudem enim gratie dei prolixius loquitur
ut amplifiet gratiam. Tres enim gradus fecit: propter
delictorum uarietatem. Quorum primus gradus iniqui-
tas est ut impietas: dum non agnoscitur creator. Secun-
dus grauium peccatorum operibus. Tertius uero leuius.
Hos tamen omnes in baptisate obliterari. Tribus hie
gradibus totius peccati corpus significari. Quemadmodum
autem ad penitentium personam potest pertinere cum dicitur
Beati quorum tecta sunt peccata. Cum constat penitentes
labore & gemitu remissionem peccatorum acquirere.
Aut quomodo martyrio congruit: quod dicit. Beatus
uir cui non imputabit dominus peccatum: cum sciamus
gloria martyrii passionibus & pressuris acquiri. Propheta
autem tempus felix preuidentem in saluatoris aduentum
beatos nuncupat: quibus sine labore ul' aliquo opere pro
lauacrum remittuntur & teguntur: & non imputantur
peccata. Apostolus tamen propter plenitudinem temporum
& quia plus gratia in apostolis est quam fuit in prophetis maio-
ra protestatur que ex dono baptismatis consequimur. quia
Quia non solum remissionem peccatorum accipere nos
sed iustificari & filios dei profiteretur. Vt beatitudo hęc
perfectum habeat: & securitatem & gloriam. Beatitu-
do hęc igitur in circumcisione tantum manet: an & proputio.
Idest nunquid beatitudo ista abrahę tantum filiis concessa
est: an & his qui in circumcisi sunt? Si enim illo tempore
non prohibite sunt gentes accedere ad legem & promiss-

sionem abrahe. Quin fieri poterat ut tēpore xp̄i p-
hiberentur uenientes ad gratiam: quando deus ple-
ne uocauit. Dicimus enim: hoc est sensu legis loq-
mur. Quia reputata est abrahe fides ad iusticiam.
Ab origine incipit ut omnem tergi uersationem ca-
uillationis excludat. Qui a capite excluditur: nō
hab& unde incipiat facere questionem. Quomodo
ergo reputata est: in circumcisione es& an i prepu-
tio. Et signum accepit accepit circumcisionis signa-
culum iusticie dei que est in preputio: ut sit pater
omnium credentium ut reputetur & illis ad iusticia
& sit pater circumcisionis. Abraham cum es& i pre-
putio: credidit deo. Quid credidit? Semense habi-
turum id est filium in quo omnes gentes iustificarē-
tur per fidem in preputium: sicut & abraham iu-
stificatus est. Nam circumcisionem signum accepit
iusticie fidei. Credens enim filium se habiturum a
huius rei signum accepit q̄ credidit: ut quod cre-
dens iustificatus sit cerneretur. Non ḡ circumcisio a-
liquod hab& dignitatis: sed signum est tantum. Qd
signum ideo accipiebant filii abrahe ut scirentur
eius filii esse: qui credens deo hoc signum accepit.
Vt emuli essent paterne fidei ut crederent in iesu.
qui promissus est abrahe: cuius in figura natus est
isaac. Non enim in ysaac omnes gentes benedicentur:
sed in xp̄o. Quia non est aliud nomen datum sub ce-
lo: in quo oporteat saluos fieri. Dicit petrus ap̄ls.
Vt sit pater circumcisionis eorum qui non solum ex cir-
cumcisione sunt: sed eorum qui sequunt' uestigia ei'
fidei que est in preputio patris nostri abrahe. Hoc i-
dicit quia abraham credens primus factus est pater i-
circumcisionis: sed & cordis non tantum eorum q̄ sūt
ex eius origine: sed eorum qui similiter credunt ex

gentibus. Secundum carnem enim: iudeorum pater
est. Secundum fidem uero: omnium credentium. o
Non enim per legem promissio abrahe aut semini ei?
ut heres esset mundi: sed per iusticiam fidei. Mani-
festum est autem quia neque adhuc lex data erat: ne-
que iam erat circumcisio quando promissio facta est
abrahe credenti & semini eius qui est xps: qui hominum
peccata abstulerat. Unde dicit iohannes baptista. Ec-
ce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Non g^o
merito seruat & legis: heres factus est mundi: sed fi-
dei. Heres autem mundi heres est terre quam i fili-
us consecutus est. Xps autem heres est gentium a r da-
uid canit. Et dabo tibi gentes hereditatem tuam: &
possessionem tuam terminos terre. Ipsi enim morie-
mur: & uiuemus cum eo. Si enim qui ex lege sunt he-
redes. i. hi qui ex lege ut sub lege sunt. Euacuata est
fides: abolita est promissio. Manifestum est quoniam
si ex lege hereditas: promissio que ex fide facta est
ad abraham in interitum uenit. Sed non est per legem
facta promissio: sed per iusticiam fidei hereditas. O-
stendit enim apostolus: quid mali sit hereditatem
sperare ex lege. Lex enim iram operatur: & penitus
ostendat non posse iustificari hominem per legem
apud deum: neque promissionem per legem fieri
potuisse. Lex autem iram operatur. Ad hoc enim data
est ut reos faceret delinquentes. Fides autem donum
est misericordiae dei: ut per legem rei facti ueniam
consequantur. Idcirco fides gaudium operatur. Non
contra legem loquitur: sed ante ponit illi fidem. Quia
per legem salui esse non poterat: gratia dei saluantur
per fidem. Non ergo lex ita est: sed iram operatur pecca-
ti. i. poenam dum non ignoscit sed uendicat. Poena
enim per iram generatur: ira autem nascitur ex peccato.

ac per hoc relinqui uult legem ut ad fidem confugia-
tur: que delicta agnoscit ut saluet. Vbi enim non
est lex: nec preuaricatio. Hoc dicit quia sublatis
reus: de potestate legis data uenia preuaricatio nul-
la est. Iustificati enim sunt: qui p̄ preuaricationem
legis fuerant peccatores. Celsat enim factorum lex
i. obseruatio sabbatorum neomeniarum circumcisi-
onis: per sanctarum discretio: animalis mortui: aut
sanguinis mustele obseruatio. Ideo ex fide secundū
gratiam: ut firma sit promissio omni semini: hoc ē
omni homini ex omni gente: nisi fuerit ex fide.
Quia origo promissionis ex fide est: non ex lege. Quia
qui sub lege sunt: rei sunt. Promissio autem: rei dari
non potest. Hac per hoc purificandi sunt prius p̄ fidē
ut digni fiant dici filii dei: & sit firma promissio. Si
enim filios dei se dicant cum sint rei hoc est sub lege n̄
est firmum: quia filii dei liberi sunt a peccato. Si ergo
qui sub lege sunt eruendi de sub lege sunt ut promissio-
nem mereantur accipere: quanto magis qui sub lege non
sunt: Non ḡ expedit: ut se mittat sub lege: ut possit
compendio medelam uulneris inuenire: Non ei qui ex lege
est tantum: sed & ei qui ex fide est abrahe. Hoc est quod
supra dixi omni semini tam iudeorum: qui utique ex le-
ge ueniebant q̄ gentium qui fidem sequuntur abrahā
q̄ gentilis credidit ut esset iustus. Sine lege enim cre-
didit abrahā. Ideo q̄ magis gentilibus iungitur abra-
hā: ut firma sit promissio credentibus ei cui credidit
abrahā: qui est pater omnium nostrum. Sicut scriptū
est: quia patrem multarum gentium posuit. Confir-
mauit exemplo legis: abrahā omnium patrem esse: sed
eorum qui credunt: & sic firma esse promissionē: si fidei
recedatur a lege. Quia promissio regni celorum iustus de-
putata est: non peccatoribus. Et qui sub lege sunt: sub

peccato sunt: quia omnes peccauerunt. Nec posse aliquē
& sub lege esse & gratiam consequi. Sicut & galathas
ait. E. uacuari estis a xp̄o: qui in lege iustificamini. A
gratia excedistis ante eum: cui credidistis deo. Et unum
deum omnium doceat alloquitur gentiles: abraham ipsi
deo credidisse & iustificatum esse ante eum: in quem et
gentes credunt ut iustificentur. Vt non sit distantia iudei
& greci infide: quia sublata circumcissione & preputio u
num fiunt in xp̄o: quia & abraham in preputio credidit
& iustificatus est. Quia uiuificat mortuos: & uocat ea q̄
sunt tanquam que sunt. Hoc dicto: ad fidem abrahe ge
tes inuitat. Quia cum esset in preputio credens deo: cui
fides predicatur in xp̄o: iustificatus est cum sua coniuge.
Cum esset enim abolita etate seniores reuuerunt: ita ut
non fideret habiturum se ex sarra filium quam sterilem
sciebat: & inquam iam fluxus muliebris nature deficeret.
Vt per hæc non eurent: neque de preputio neq; de circum
cissione & prompti sunt circa fidem securi: quia cui credit
uiuificat mortuos: nec alium esse qui hanc habeat potesta
tem & cum uoluerit esse quod non sunt: statim eius uo
luntati subsistunt. Ideo abraham cum pater adhuc non
esset: uocatus est pater multarum gentium: & credidit
securus de dei potentia. Vt autem pater xp̄i idem esse de
crederetur cui credidit abraham: tale signum datum est
in zacharia & helysabeth cum promissio reddatur i mun
do imminente xp̄o quale datum fuerat in abrahā & sarra
quando signata promissio est. Vt simili genere e mor
tua corpora senectute generaret sanctum iohannem sic
natus fuerat & ysaac. Qui contra spem: in spem credidit.
Manifestum est quia cum spem non haberet generandi abra
ham credidit deo: fidem habens contra spem generasse.
Sed sciens omnia posse deum: ut fieret pater multorum se
cundum quod dictum est. Sic erit sementium. Hoc in

genesis: ostendens enim illi stellas caeli dixit. Sic erit
semen tuum: quod credens iustificatus est. Credidi
enim quod mundo impossibile uideatur: dum in re
naturam non cadit ut possunt senes generare: ut tan
ta copia multiplicari semen eorum ut numerari non
possit. Ideoque preciosa est fides: quia contra id quod
fit aut uideatur credit futurum: ac spe consolans se quia
Deus est: qui promittit de quo sentiri plus par est quam
humana inbecillitas capit. Et non infirmitas est fide
nec considerauit corpus suum emortuum: cum fere
centum esset annorum: & emortuam uulnam sarrae.

In re promissione autem dei non esitauit diffidentia. Sed
confirmatus est infide: dando gloriam deo. Centum
habens quia qui promissit potens est & facere. Ideoque
estimatum est illi ad iusticiam. Hoc ad laudem dignum
praedicat abrahae: quia cum se sciret non posse infir
mitatem suam fidem firmavit ut crederet se posse per
Deum: quod sciret fieri pro mundi decreta non pos
se. Magni ergo meriti est apud Deum qui contra con
scientiam deo credidit non dubitans posse ut pote de
um: quod secundum mundi rationem fieri non posset.

Pro certo enim habet Deum ultra rationem mundi esse.
Nemo enim intra id dicendus est: quod creauit. Ideo
huiusmodi remunerandus est a deo: quia auctori suo
plus tribuit quam ipse sapit. Quod quidem nullius proci
esset: si omnes equa sentirent. Sed multorum diffide
tia commendatur fides credentium apud Deum.

Hortatur gentes ergo ad hanc fidei firmitatem: ut dei pro
missionem & gratiam sine aliqua ambiguitate suscipi
ant securi exemplo abrahae. Quia inde credenti laus
crescit: si quod incredibile est & mundo stultum ui
detur ut credatur. Quia quanto impossibile est putat
quod creditur: tanto magis honorabilior erit credes.

& uere tamen stultum esse hoc credere si sine deo ho
fieri diceretur. Et ideo tanto laudabilior est abrahe
fides ceterorum fide quia nullus signorum prodigul
adtracta est. Quoniam autem mundus certa lege
& potestate gubernatur & regitur: mundo definito
a deo. Homines autem amore carnis circa rationem
studiosi: Deum huius opificem neglexerunt. Deus
uero ut errorem auferret: & Deum se omnium de
monstraret: hoc se posse & fecisse predicari uoluit
quod mundo impossibile est. Ut qui hoc crederent
damnatis his qui ratione mundi inflati deum negle
xerunt: discreti saluarentur dei dominio mancipati.
Non autem scriptum est tantum propter ipsum solum
quia reputatum est illi: sed etiam propter nos quibus
reputabitur credentibus in eum qui suscitauit domi
num Iesum xpm dominum nostrum a mortuis: qui
traditus est propter peccata nostra: & resurrexit
propter iustificationem nostram. In abraham forma
dicitur data iudeis & gentibus: ut exemplo eius creda
mus in deum & in xpm & in spiritum sanctum: &
reputetur nobis iustitia. Quamuis differat quod
non creditur: unum donum tamen habet fides: hoc
ergo consequimur & credimus. Credentes enim xps
vel filium a deo optamur in filios. Nihil ultra po
tuit donare credentibus: q̄ ut filii dei uocantur p̄
fidei abdicatis. Nos enim filii dei uocamur: illi aut
nec serui digni sunt nuncupati. Pro infinita enim
magnificencia sua deus hoc donauit diligentibus se
quod sue dignum est maiestati: non q̄ homines me
reantur. Quia in dono plus magis dantis q̄ accipie
tis consideratur sublimitas. Et ex eo plus accipit
laudis cum paruulis magna dona largitur per xpm
qui nostri causa occidi se passus est: ut nos data uenia

a secunda morte erueret . i . a pena inferni & surrexit
ut pro letitia triumphu mortis euicte gratiam nobis
iustificationis donaret : ut digni essemus dici filii dei .
Ante passionem eius qui baptizati sunt solam remissionem
acceperunt peccatorum : quorum zelo sathanas occidit
saluatorem . Post resurrectionem uero tam hi qui prius
q̄ isti qui postea baptizati omnes iustificati sunt : per da
tam formam fidei trinitatis . Accepitq̄ spiritu sancto :
quia signum est credentium quod sint filii dei . Et ut
ad cumulum nobis iustificationis proficeret & resurgens
preceptis suis auctoritatem tribuens emulos nos eorum :
hac fiducia faceret per quam iustificemur meritis nos
augeremus : per quam gloriam adepti clari appaream⁹
in regno dei . Quia iustificati a morte teneri non possum⁹ .
Passione enim saluatoris uicta mors que prius peccati cau
sa dominabatur : iustificatos ab eo retinere nō audet :

IUSTIFICATI Igitur ex fide : pacem habeamus
ad deum : per dominum nostram Iesum xp̄m .
Pacem cum deo habere : fidelis facit non lex . e
Hæc enim nos deo reconciliat sublatis peccatis : q̄ nos
deofecerat inimicos . Et quia dominus Iesus huius gr̄e
minister est : per ipsum pacificati sumus deo . Maior
enim fidelis : q̄ lex est . Lex enim nostra causa est : fides
dei . Et lex ad presentem disciplinam pertinet : fidelis uero
ad salutem pertinet perpetuam . Sed qui de xp̄o nō ita
sentit ut debet : ad fidei premia non potuit peruenire
quia fidei non tenet ueritatem . Per quem & accessum
habemus infidem in gr̄a ista in qua stamus & gloriamur i
spe glorie filiorum dei . Manifestum est per christum
nos aditum habere ad gloriam dei . Ipse est enim arbi
ter noster dei & hominum : qui nos doctrina sua erigens
sperare fecit donum gratie dei stantes fide eius : ideo

stantes quia prius iacuumus. credentes autem erecti sumus.
Gloriantes spe claritatis quam promisit nobis. Non so-
lum autem sed & gloriamur in tribulationibus nostris.
Quoniam per tribulationes oportet nos intrare in regnum
dei. Ideoque in his gloriamur docet. Spei autem addita
tribulatio augmentum facit premii. Index enim fixe
spei tribulatio est: que testimonium perhibet ad coro-
nam. Unde dominus ait. Beati eritis cum uos persequantur
& dicent omne malum aduersum uos propter iustitiam
dei. Gaudete & exultate: ecce enim est copiosa merces
uestra in celo. Contemnere enim presentia & que oblec-
tamenta sunt: & in pressura non cedere spe futurorum
magni meriti est apud deum. Ideoque in tribulatione
gloriamur est: quia tanto plus accepturum se credit
quantum in tribulatione se uiderit fortiolem. Sciētes
q̄ tribulatio patientiam operatur. hoc est tribulatio pa-
cientiam operari. Sit tribulatio ipsa motum nō faciat
infirmitatis aut dubitationis. Patientia autem operationem.
Manifestum est quia patientia si talis fuerit qualem di-
ximus firma uidebitur probatio. Probatio uero spe:
spes in eo qui probatus uideatur: non in merito dicitur.
Dignus enim scietur accepturus remunerationem: in re-
gno dei. Spes autem non confunditur: quia charitas
dei diffusa est in cordibus nostris per sanctum q̄ datus
est nobis. Spes non confundit. Dum stulti & hebetes
a perfidis iudicantur: credentes que mundana carent ra-
tione: Pignus enim charitatis dei habemus in nobis: per
spiritum datum sanctum nobis. Fide enim esse pro-
missum dei probat sanctus datus apostolis & nobis qui diu-
sis linguis imperiti loquerentur cum interpretationibus:
prestitit ad confirmandam spem: & ut charitatem rei
confirmauit in nobis. Ut quia charos fallit impossibile
est: securus nos faceret de promissione: quia & deus est.

qui promisit. Quia enim fidei nostre ratione huma-
na uerba adserere non ualent uirtutum testimonio.
Que cum tacent clamant: rationabilis adprobatur:
ad confusionem prudentium mundi. Qui audacia
uerborum terrenis contra celestia dimicant: & car-
nalibus aduersus spiritualia & prudentes se dicere
non erubescunt. Nam sicut peregrini hominis im-
probabilis origo in terra aliena est: ita & fidei no-
stre ueritas peregrinatur in terris: & quia natura ei
uerbis explicari non potest uirtutis que maior res
testimonio commendatur.

T QUID enim christus cum adhuc pecca-
tores essemus: secundum tempus pro impiis
mortuus est? Vix enim pro iusto quis mori-
tur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori? Si
pro incredulis hac dei inimicis christus ad tempus
morti se dedit: ad tempus enim mortuus est: quia
tertia die surrexit: quanto magis cum in illum cre-
damus auxilium suum manet & nos? Ad hoc enim pro
nobis mortuus est: ut & uitam nobis & gloriam
acquireret. Itaque & si pro inimicis mortuus est:
quantum prestat amicis debet intelligi. Apud ho-
mines ergo: secundum tempus mori uisus est. Ille ei
apud inferos pro salute animarum: irreuerentes
& nequam spiritus iudicabat. Tempora in mundo
sunt: ubi oritur & occidit sol & luna: crementum
& detrimentum facit & dies & nox in statu suo non
perseuerant. Res enim que temporis etati subiec-
ta est: mutabilis semper est. Huic ergo tempori christus
mortuus est: dum excessit e corpore. Vbi autem
tempus non est & etas: ibi non solum uiuus sed &
uictor repertus est. Hinc uoluit affectum salua-

toris erga nos commendare dicit. Vix pro iusto quis
moritur: xps autem pro impiis mortuus est. Si enim
pro iusto vix aliquis moritur: pro impiis quomodo po-
test fieri ut quis moriatur? Et si pro bono uno forte
audeat quis mori: aut forte non audeat. Quia utri-
que difficile esse significat: quemadmodum uideri
potest: ut audeat aliquis pro multorum impietatibus
mori. Siquis enim pro iusto aut bono forte audeat
mori miseratione quadam intellectus: aut affectu bo-
norum operum eius pro impiis uero non solum quod sua-
deat mori deest: sed & quod in lacrimas prouocet.
Xps autem mortuus pro impietatibus populi ad huc non
sui: ut omnia que mundus diffidit facere & credibili-
D uos ergo gradus fecit: iusti & boni. Quamuis & iustus bo-
nus dicendus sit: tamen genera ipsa posuit: iustum in
exercitio significans bonum uero natum qui simplici-
tate innocens dicatur. Unde quamuis melioris meri-
ti sit quantum ad locum istum pertinet & iustus quam bonus:
tamen pro bono inquit forte aliquis audeat mori. Ut
quia miserabilior causa innocentie est: ad hoc cogi
forte aliquem posse significat. Denique optant patres
pro infantibus bonis filius mori: non dicam uxores
pro bonis maritis. Nam si uelimus de bono & iusto pro-
ponere: aliquando meliorem iustum deprebendimus.
aliquando preponendum bonum. Si enim iuxta dei
legem qui iustus est melior bono est: sed illo qui nec-
dum secum laborauit ut amplificaret se bonis. Exer-
cizio enim bonum nature sue iustus meliorabitur. Si
autem iuxta mundum fuerit iustus preponitur illi
bonus propter illi bonus propter innocentiam quia
huiusmodi non est sine impietate iusticia itaque omnis
natura bona est. Iusticia autem legis dei fructus est
competens nature: Ideoque iusticia bonitas est: unde

iusti semp appellantur & boni . Non tamen semp boni iusti qui non propter opera uocantur boni : sed propter innocentiam . Iustitia enim perfecta est bonitas : dum explet opere nature sue bona . Commendat autem deus suam charitatem in nobis . Sic comendat charitatem suam : dum adhuc inimicis beniuolus est : mittet qui saluet eos : cum utique non mereantur . Quoniam cum si adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est : multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum . Hoc dicit quia si pro peccatoribus filium suum deus occidi permisit . Quid faciet pro iustificatis nisi seruet eos ab ira . i . tutos illos prestet ab illusione diaboli : ut securi sint in die iudicii cum ceperint perfidos ulcio deuastare . Quoniam enim bonitas dei nullum perire uult mortem dignissimam dedit : ut intelligentibus dei gratiam circa se adderet dignitatem & gloriam . Ingrati hi sunt qui deo uocante dissentiunt , dei gratiam abnuentes : ut in proposito erroris & malignitatis permanant . Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius : multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius . Manifestum quia si ut reconciliaret nos sibi deus filium suum morti tradidit : quanto magis reconciliatos saluos faciet in uita ipsius cum resurget a mortuis . Quia sicut mors eius nos a diabolo eripuit : ita & uita eius de die iudicii dei nos liberabit . Non solum autem sed & gloriamur in deo : per dominum nostrum Iesum christum : per quem nunc reconciliationem accepimus . Non tantum pro accepta salute & securitate deo gratias agendas docet : sed & glorandum per Iesum christum in deo qui dignatus est ex inimici dici nos suos amicos . Ut omnia beneficia per christum consecutos nos gaudeamus . Ut quia per ipsum cognouimus deum : gloriantes in eo . Reddamus & ei honorificetias

parem deo patri ipso sibi idoneo testante predicante. Ut
honorificent inquit filium: sicut honorificant patrem.
P ost dei g^o patris prouidentiam & donum quod dedit
per christum ut psonam filii nobis gratiam faceret. q^d
per unum christum redempti sumus ab uno deo patre
adiect. Propterea sicut per unum hominem peccatum
in hunc mundum intrauit & p peccatum mors: & sic
in omnes homines pertransiit: in quo omnes peccaue-
runt. Quoniam superius dei gratiam p christum data
ostendit secundum ordinem ueritatis: nunc ipsum or-
dinem unius dei patris p unum christum filium eius
delectat. Ut quia adam unus idem eua: & ipsa emi ada
est qui peccauit in omnibus: ita unus xps filius dei pec-
catum uicit in omnibus. Et quia propositum gratiae
dei erga genus humanum ostendit: ut ipsa primordia
peccati ostenderet ab adam coepit qui primum peccauit.
ut prouidentia unius dei per unum reformasse doceret
quod p unum fuerat lapsus & tractum in morte. Hic
ergo unus per quem saluati: hanc illi reuerentiam qua
deo patri debemus ipso uolente: Dicit enim alio loco.
Qui in his seruit xpo: placet deo. Cum scriptum sit:
D ominum deum tuum adorabis: & illi soli seruiet. Si
g^o soli deo seruiendum dicit: & xpo seruire precepit.
I nunitate dei est xps: nec dispar aut alter deus quando
cum soli deo seruiendum lex commonetur. Xpo serui-
ent: deo placere dicatur. Igitur sicut p unum homine
peccatum in hunc mundum intrauit: & per peccatum
mors ita & p unum xpm damnatio peccati prestans
uitam eternam. Quod inferius declarat. In quo idest.
Adam. Omnes peccauerunt: Ideo dicit in quo: cum
de muliere loquatur: quia non ad speciem retulit sed
ad genus. Manifestum itaq est: in adam omnes peccas-
se quasi in massa. Ipse enim p peccatum corruptus: q^d

genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti peccatores: quia ex ipso sumus omnes. Hic enim beneficium Dei perdidit: dum preuaricauit. Indignus factus edere de arbore uitae: ut moreretur. Mortem autem dissolutio corporis est: cum anima a corpore separatur. Est & alia mors: que secunda dicitur in gehenna. Quam non peccato ad se patimur: sed occasione eius proprius acquiritur. A qua boni immunescunt: tantum quod in inferno erant: sed superiori quasi in libera qui ad celos ascendere non poterant. Sententia enim tenebantur data in adam: quo cyrographum indecretis morte christi deletum est. Sententia autem decreti sunt: ut unius hominis corpus solueretur super terram: anima uero uinculis carnis detenta exitia pateret. Usque ad legem enim peccatum erat in hoc mundo. Peccatum enim non imputabatur: cum lex non esset. In adam omnes dicit peccasse sicut supra memoravi: & usque ad legem datam non imputatum esse peccatum. Putabant enim se homines apud deum impune peccare: sed non apud homines. Nec enim lex naturalis penitus obturpuerat: quia non ignorabant quia quod pati nolebant aliud facere non debebant. Nam usque adeo non ignotum fuit peccatum inter homines: ut iacob cum idola sua apud illum querebat: socer eius laban: in quo inuentum fuit & furtum: morte dignum iudicaret. Et ioseph: quamuis per calumniam: tamen quasi reus clausus in carcere est. Et pistos & pincerna pharaonis obdelictum similiter passi sunt. Et moyses occiso egypti: atteritus est lege. Quomodo ergo non imputabatur peccatum: cum lex non esset? Aut quomodo iudicabitur: nisi lex sciretur. Lex naturalis semper est: nec ignorabatur aliquando: sed putabatur ad tempus.

tantum auctoritatem habere & non apud Deum re-
os facere. Ignorabatur enim quia iudicaturus est de
genus humanum. Ac per hoc non imputabatur pec-
catum: quasi peccatum non esset apud Deum. Incu-
riosum Deum asserentes: at ubi Lex data est p moysen:
manifestum est curare Deum res humanas. Et no im-
pune futurum his qui male facientes quecunque ex
causa in presenti euadunt. Nam utique qui inter se
magistra natura peccata non multa censebant: q̄to
magis Deum hęc quę mundi sciebant opificem req-
siturum non debuerant ignorare. Quippe cum sog-
doma & gomorra p ignem adiudicata sit deperire.
Quod obliuio quidem texerat: moyses aut infirmare
Deum iudicem fore scribendo manifestauit. Sed cui
pretermisso deo fragmenta ceperunt in honore recipere:
de prauati mente partem legis naturalis que prima
est calcauerunt. Quia Lex naturalis tres habet partes.
Cuius prima hęc est: ut agnitus honoretur creator: o-
nec eius claritas & maiestas alicui de creaturis de putet.
Secunda autem pars est moralis: hoc est ut bene uiuatur
modestia gubernante. Congruit enim homini habenti
notitiam creatoris: uitam suam Legem frenare ne fru-
stretur agnitio. Tertia uero pars est discipulis: ut notitia
creatoris dei & exemplum morum ceteris tradatur
ut discant quemadmodum apud creatorem meritum
collocatur: hęc est uera & xpiana prudentia.

ED REGNAUIT mors ab Adam usque ad moy-
sen. Quoniam non imputabatur peccatum
anteq̄ Lex daretur p moysen sicut dixi ipsa
usurpationis in punitate regnabat mors: sciens illos
sibi deuotos. Regnabat ḡ mors securitate dominatio-
nis sue: tam in hos qui ad tempus euadebant: q̄ in istos

qui etiam hic poenas dabant pro malis operibus suis. Omnes enim suos esse uidebat. Qui facit peccatum seruus est peccati. Impune enim cedere putantes magis delinquebant: circa hec peccata promptiores que mundus quasi licita nutrebat. Regnabat ergo mors in eos qui preuaricauerunt in similitudinem preuaricationis adae: que est forma futuri. Quod in subiectis monstrauimus. Itaque non in omnes mortem regnasse manifestum est: quia non peccauerunt omnes in similitudinem preuaricationis adae: id est non omnes contempto Deo peccauerunt nisi qui neglecto creatore deos sibi constituentes quos colerent ad inuiriā dei. Nam & thare pater abrahe & nachor & laban proprios deos sibi uendicantes: & peccatum adae non longe est ab idolatria. Preuaricauit enim putans se hominem futurum Deum: estimauit enim hoc magis profuturum quod diabolus suauis quam quod deus iussit. In loco dei: diabolum statuens. Unde et subiectus est diabolo. Transgresso deo dum creature seruiunt: peccant simili modo: Non idem. Quia simili modo: sol & habere aliquid dissimile. Nec enim potest dici quia & hi preceptum acceperunt: non edendi de arbore sicut adam. Fuerunt qui peccauerunt: non preceptis dei sed in lege naturali. Qui enim intellexit & ueneratus est deum nulli honorificentiam nominis ac maiestatis eius impartiens. Si peccauit quia impossibile est non peccare sub deo peccauit: non in deum que iudicem sensit. Ideoque in huiusmodi mors non regnauit. In hos autem sicut dixi: qui sub specie ydolorum seruierunt diabolo. Propterea quod lex in auctoritate non erat proulgata iudicem presentare nequeerunt: maxima pars mundi deum fore iudicem ignorabat. Per paucos autem fuerunt: in quos non regnauit mors. In quos autem regnauit post istam mortem que prima dicitur.

a secunda excepti sunt ad poenam & perditionem futu-
raram. In quos autem non regnauit: quia non pecca-
uerunt in similitudinem peccationis Adae sub spe re-
seruari sunt aduentu saluatoris in libera sicut legitur
de Abraham. Quia quamuis apud inferos fuerit discre-
tus: tamen longo interuallo est: ita ut chaos esset in-
gens inter iustos & peccatores quanto magis impios: ut
iustus esset refrigerium & peccatoribus estus: impius
uero ardor. Unde ante iudicium quo unusquisque di-
gnus esset: non latebat. Ac per hoc regnabat in eos
mors: quia uidebat opa subtilitatis suae profecisse eis
ad poenam quasi inimicis. Non enim latuit illum ad
hoc factum hominem in mundo: ut imperium unius
Dei predicaret: quod peccatus est sathanas. Ac
si in greco: non ita cautum dicat. Sic enim dicitur
scriptum etiam in eos regnasse mortem: qui non pecca-
uerunt in similitudinem peccationis Adae. Totum
enim hic complexus uidetur: ut quia mors idest disso-
lutio per inuidiam facta est diaboli & in eos qui non
peccauerunt regnasse mortem. M. oriunt enim q. uo-
ti est sathane. Quod si uerum esset non oportuit di-
ci: regnauit mors ab Adam usque ad moysen: sed ab initi-
usque in finem regnat in omnes. A ut forte gradus fecit:
ut ab Adam usque ad moysen regnauerit: & a moysen usque
ad christum: a xpo uero: usque ad finem. Ut ad quam
humilitatem haec locutio proficeret: cum nec sic locutus
probetur. Dixit enim ab Adam regnauit mors usque
ad moysen: propter quod lex non erat manifestata: ut
data lege sub auctoritate uiuerent scientes quid caue-
rent: ne regnaret in eos mors. Igitur qui ante legem hoc
seruauit natura duce: quod postea lege mandauit. Nun-
quid potest dici: quia mors regnauit in eum: Nam uide-
quid de eo scriptum sit. Peccatum inquit non imputaba-

tur cum lex non esset & adiecit. Sed regnauit mors
ab adam: usque ad moysen. Eo utique tempore quo
lex non erat & conuenit: ut quia antequam lex da-
retur mors regnauit in eos regnasse dicatur: qui pec-
cauerunt in similitudinem preuaricationis ad eum sicut
supra memorauimus. Sicut enim post datam legem qui
fornicationis aut ydolis seruerunt contemnentis le-
gis latorem regnauit in eos mors: ita & ante legem qui
se sub lege precesserunt honorificantes auctorem eius
non utique regnauit mors. Propterea enim regnas-
se dicitur: quia unius dei euauerat interris. Denique
sic coepit data lex. Ego sum inquit Dominus deus
tuus qui eduxi te de egypto de domo seruitutis: non
erunt tibi dii alieni preter me & non facies tibi hidoru
neque ullam similitudinem. Data igitur lex est ne
mors regnaret: ut abolutis peccatis prioribus uni deo
obsecundaretur genus humanum. Vnde alio loco dicit
apostolus. Non regnat peccatum in uestro mortali
corpore ut obediatis ei. Quo dicto ostendit etiam
nunc regnare mortem: si lex contemnatur. Quod
enim regnum mortis est: nisi cum fit uoluntas eius-
dem imperat ad perniciem obedientis cuius imperi
uoluntas caput est ydolatrie & tamen sic perscribi-
tur nobis de grecis codicibus quasi non ipsi adinu-
cem discrepent: quod facit studium contempionis.
Quia cum propria quis auctoritate uti non potest: &
ad uictoriam uerba legis attulerat: ut sensum suum
quasi uerba legis attulerat: ut non ratio sed auctori-
tas perscribere uideatur. Constat autem quosdam lati-
nos: porro olim de ueteribus grecis translatis codici-
bus quos in corruptos simplices temporum seruauit &
probat. Postquam a concordia animis dissidentibus
& hereticis perturbantibus torqueri: questiones coepe-

runt. Multa immutata sunt ad sensum humanum: ut
hoc contineretur in litteris: quod homini uideretur.
Vnde & ipsi greci: diuersos codices habent. Hoc autem
uerum arbitror quando & ratio & hystoria: & obserua-
tur auctoritas. Nam hodie que in latinis reperiuntur
codicibus: sic inueniuntur ab auctoribus posita. Telle-
tulliano, uictorino & cypriano. Primum enim in iu-
dea coepit destrui regnum mortis: quia notus in iu-
dea deus. Nunc autem in omnibus gentibus quotidie
destruitur: dum magna ex parte ex filiis diaboli fi-
unt filii dei. Itaque non in omnes regnauit mors:
sed in omnes qui peccauerunt in similitudinem preua-
ricationis adae: sicut supra memorauimus. Adam autem
ideoque forma futuri est: quia iam tunc in mysterio
decreuit deus per unum xpm emendare: quod per
unum adam peccatum erat. Sicut dicitur in apocha-
lypsi iohannis apostoli. Agnus inquit: qui occisus
est a constitutione mundi. Denique subiicit.

ED NON delictum: ita & donum. Propter
quod enim forma esse dixit. Unius christi u-
nius adam: ne & causa adae tale significasse
putaretur: qualis & christi est ait. Sed non sicut de-
lictum: ita & donum. Quia in eo tantum forma adae
xpi est: quia q̄ unus peccauit unus emendauit. Si
enim in unius delicto multi mortui sunt: multo magis
gratia dei & donum in gratia unius hominis iesu xpi
in plures abundauit. Hoc est delicto unius multi mo-
rtui sunt: imitantes preuaricationem eius: magis gratia
dei & donum in plures abundauit: confugientes ad se.
Plures enim gratiam consequuntur: q̄ mortui sunt de-
licto adae. Vnde manifestum est: non de hac morte
que omnibus comunis est significasse: Quia omnes

omnino moriuntur & non tantum omnes gratiam consequuntur. Neque mortem in omnes regnasse: sed in eos qui delicto ad eum mortui sunt significantur: quos in similitudinem preuaricationis ad eum dicit peccasse: hi sunt quos dicit unius delicto multos mortuos. Gratia autem Dei implures abundauit quia & hi qui delicto ad eum mortui dicuntur similiter peccantes & hi qui non peccauerunt: in hac ad eum preuaricationis similitudine. Paterno autem peccato: ex Dei sententia erant apud inferos. Gratia Dei abundauit in descensu saluatoris omnibus danti indulgentiam cum triumpho sublatis eis in celum. Et sicut per unum peccantem: ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem. Donum autem ex multis delictis in iustificationem. Manifeste diuersum est: quia uno ad eum peccato condemnati sunt: qui in similitudine preuaricationis eius peccauerunt. Gratia uero Dei per Christum non ex uno delicto sed ex multis iustificauit homines: dando illis remissionem peccatorum. hoc & magnificentiam & pietatis Dei Christi loquitur. Ut cum delicto ad eum multi tenerentur a morte secunda in inferno inferiori. Donum tamen gratie Dei cum iustum esset & plecti illos: non solum ignoscit illis: sed iustificat. Si enim unius delicto mors regnauit per unum: multo magis abundantiam gratie donationis & iusticie accipient in uita regnabunt per unum Iesum Christum. Contuendus est unum esse sensum: & in nullo differre: mortem enim dicit regnasse non regnare. Quia qui intellexerunt per legem iudicium Dei: sublatis sunt de eius imperio. Regnauit autem quia sine manifestatione legis iudicium Dei interis non erat. Superior ergo sensus est ut quia mors regnauit ab adam usque ad moysen in eos qui peccauerunt in similitudinem preuaricationis ad eum: multo magis

gratia regnet abundantia doni dei in uitam p̄ unum
Iesum christum. Si enim mors regnauit: quare non
magis gratia regnet & que multo plures iustificat: q̄ hi
sunt in quos regnauit mors? Quanto magis gratia re-
gnare credenda est: quia confert uitam per christum.
Igitur sicut p̄ unius delictum in omnes homines p̄ con-
demnationem: sic & per unius iusticiam in omnes ho-
mines in iustificationem uite. Hoc est sicut p̄ unius
delictum omnes condemnationem meruerunt simi-
liter peccantes: ita & in iusticia unius omnes iustifica-
buntur credentes. Siqui autem condemnationē hāc
generalem esse putant: simili modo & iustificationē
generalem accipient. Sed non est uerum: quia non
omnes credunt. Sicut enim per inobedientiam homi-
nis unius peccatores constituti sunt multi: ita & per
unius obedientiam iusti constituentur plurimi quos
supra omnes dixit: hic plures & multos significat. Plu-
res enim delictum adē secuti sunt preuaricando non
omnes: & multi iusti constituentur non omnes. Non
ergo in eos regnauit mors: qui non peccauerunt in
similitudine preuaricationis adē. Lex autem subi-
trauit: ut abundaret delictum. Potest dici contra:
Non ḡ oportuit dare legem: ne peccata crescerent.
Si enim ante legem minus ante legem est: non opus
fuit legi. Plane necessaria fuit lex: ut ostenderet
imputari apud deum peccata: que impune fieri cre-
debantur: ut de cetero sciret quod euitari deberet.
Vnde ysaias propheta. Lex inquit ab adiutorio data ē:
ut quia ipsi nature q̄ animodo inserta sunt: iusticie
semina addita lex est: cuius auctoritate & magiste-
rio ingenium nature proficeret ad fructum iusticie
faciendum. Sicut enim natiuitas interit quasi nutrim-
ta habeat quibus fota adolescat: ita & naturale iusti-

cie in ieiunium nisi habeat quod respiciat & ueneret
non facile proficit sed egrotat & super uenientibus
cedit peccatis. Consuetudine enim delinquendi p
mitur ne crescat instructum & per hoc extinguit.
Prouidenter enim data est lex: sicut testatur propheta
Sed populus ueterem consuetudine sequens: multipli
cauit peccata. In ipso enim usu plus coepit peccare: q̄
antea peccauerat. Et sic factum est: ut data lege
non minuerebantur: sed abundarent peccata. A po
stolus enim ostendit quid prouenerit data lege:
non quod lex fecerit. Quomodo autem legis cresce
bant peccata: que cognominatur ne peccetur. S3
sub intrasse dicitur ut abundaret peccatum: uer
est: quia quasi profutura intrauit & cu humilitate.
P ostea autem coepit dominari eos quibus preceperat
ne peccarent: & peccabant. Ostendere enim lex coepit
& abundantiam peccatorum. Cum quia interdixerat
plus fiebant q̄ facta erant. Igitur hoc modo ut abun
daret delictum: data est lex. Commendans enim a
postolus fidem per quam utique peccata delentur.
Legem dixit fecisse: ut abundarent. Dum & ante le
gem peccatores ostendit: & post legem omnes tenuit.
Vbi autem abundauit peccatum: super abundauit gra
Manifestum est: quia cum abundaret peccatum: sup
abundauit gratia. Dum donum dei uenit ex promissi
one & omnium peccata conuertit: ut diaboli inuidia
nihil se profecisse doceat. Quia enim cum data esset
lex ad humilitatem humanam: id egit diabolus ut
suadendo inlicita uerterent: ut quod profuturum
datum erat in contrarium proficeret: dum manda
ta contempta sunt. Ut non utilitatis ex lege commē
datio gratie dei sed iudicium ad uindictam pcederet.
Tunc iustus atq; misericors deus: ut gloriam diaboli

quam de triumphato homine queherat exinanire & fi-
lium suum uenturum decreuit: qui omnium peccata
donare & ut maior fieret letitia ex dono gratie: quae
fuerat letitia ex peccato. Gaudium enim domini dei etiam
his proficit: de quibus triumphare non potuit sathanas.
Iccirco super abundauit gratia: super peccatum quod
sualit sathanas. Ut quem admodum regnauit peccatum
in mortem: ita & gratia regnet per iusticiam in uitam
eternam per Iesum Christum dominum nostrum. Peccatum
regnauit uidendo opus suum peccantibus hominibus
in mortem proficere in qua gloriabatur. Simili modo
gratia regnet per iusticiam in uitam eternam: per Christum
dominum nostrum. Ut sicut per Adam coeptum pecca-
tum regnauit: sic & per Christum. Sic autem regnat
gratia per iusticiam: si accepta remissione peccatorum
iusticiam sequimur. Ut uideat gratiam fructum habere
in bonis quos redemit regnet in uitam eternam: sciens
nos futuros eternos. Super abundat ergo gloria: quia
peccatum ad tempus regnauit: gratia autem in eternum.
Dei autem regnum est gratia regnante: sicut diaboli re-
gnum erat peccato regnante. Totum tamen ad Christum
refert: ut omnis gratia dei a Christo dicatur. Ad su-
periore[m] igitur sensum respondit: dicens. Quid ergo di-
cemus: per manebimus in peccato: ut gratia abundet
regens nostra peccata: ut semper remissionem peccato-
rum sperantes: quia deus pius est Christi gratiam profe-
ramus: non ideo utique enim nostri miserus est deus per
Christum: ut de cetero non peccantes & meritum nobis &
dei gratiam in nos regnare faciamus. Aufert enim gratie
dei & tradidit peccato: qui rursus redit ad ueterem
hominem: hoc est ad ritum preterite uite. Duabus
enim ex causis misericordiam accipimus ut & diabolo
regnum excluderetur: & dei imperium ignorantibus

predicatur: per hoc ipsum dignitatem nobis quaesitam. Qui enim mortui sunt peccato: quomodo adhuc uiuimus in illo? Hoc dicit: quoniam uiuentes peccato mortui eramus apud deum. Qui peccat enim uiuit peccato: sicut qui non peccat uiuit deo. Superueniente enim gratia dei per christum & nos per fidem lauacro spirituali regenerante: coepimus uiuere deo. Mortui autem esse peccato: qui est diabolus hoc est tamen mori pro peccato. Liberi a peccato fieri autem serui dei. Itaque mortui iam peccato non redeamus ad mala pristina: ne iterum uiuamus peccato & morietes deo ammissa dignitate poenam quam euasimus incurramus.

N IGNORATIS quia quicumque baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Hoc dicit ut sciamus baptizatos nos: iam non debere peccare. Quia cum baptizamur commorimur christo: hoc est in morte eius baptizari. Illic enim omnia peccata nostra moriuntur: ut in nouati deposita morte resurgere uideamur ad uitam renati. Ut quomodo christus mortuus peccato resurrexit: ita & nos per baptismum spem resurrectionis habeamus. Baptismus itaque mors peccati est: ut alia sequatur natiuitas que corporis manente compagine hominem mente innouat. Sepulta omnium malorum actuum uetustate. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte: ut quemadmodum christus resurrexit a mortuis per uirtutem patris: ita & nos in nouitate uite ambulemus. Hec dicens etiam istud significat quod primum est: quia christus corpus suum a mortuis excitauit. Ipse enim uirtus est dei patris: sicut dicit. Soluite templum hoc: & ego tribus diebus excitabo illud. Hec autem dicebat: de templo corporis sui. Et quia resurrexit in nouam uitam: que iam morti nesciat. Noua autem dicitur quia a christo data est: que est

disciplina christiana. Nos autem baptizati consepulti sumus xpo: ut de cetero hanc uitam sequamur: in qua xps resurrexit. Baptismus itaq; resurrectionis pignus est & ymago: ut iam in preceptis christi manentes ad preterita denuo reuoluamur. Qui enim moritur: iam non peccat. Mors & enim finis est peccati. Nam ideo per aquam celebratur: ut sicut aqua sordes corporis abluat: ita & nos p baptismum ab omni peccato spiritualiter & purgatos & inuouatos credamus: ut quod incorporale est aliter inuisibiliter spiritualiter abluatur. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Tunc nos feciliter dicit posse resurgere: si similitudini mortis eius fuerimus complantati. Idest in baptismo omnia uicia deponentes: in nouam uitam translati de cetero non peccemus. Per qd simul & resurrectio illius similes erimus. Similitudo enim mortis: similem preparauit resurrectionem. Qd in epistola sua iohannes apostolus memorat: dicens. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Hec est in mortalem & gloriosum resurgere. Nec enim hoc erit similitudo ut nihil distet: quia similis erit incorporis gloria non indiuitatis natura. Scientes hoc: quia uetus homo noster simul crucifixus est: ut destruat corpus peccati: ut uita non seruiamus peccato. Multa inuehit & iterat ut baptizatos doceat iam non debere peccare: maxime ne ad ydolatria reuertantur. Grauisimum enim crimen & caput totius erroris est: ne perdant gratiam acceptam a deo per christum. Hominem ergo ueterem actus preteritos dicit: Quia sicut nouus homo p fidem & puram uitam dicitur: ita uetus homo p diffidentiam & malos actus. Hos actus crucifixos dicit idest mortuos: ut corpus destruat peccati: quod est cuncta crimina. Omnia enim peccata simul

corpus appellat: quod destrui dicit p̄ bonam uitam & fi-
dem catholicam. Si aut̄ mortui sumus cum xp̄o: credi-
mus etiam q̄ simul etiam uiuemus cum christo: Ma-
nifestum est hos qui carnem crucifixerunt: i. mūdus
cum uiciis & concupiscentiis mori mundo & cōmori
xp̄o. A eterne quoque uite ac saluari cōmaginari:
ut glorie christi similes effici mereantur. Caro uero
i. corpus sic crucifigitur: si desideria eius calcantur.
Quae manente in ea peccato careantur: ex preuaricatio-
ne primi hominis cepta. In carne enim diabolus cru-
cifigitur: ipse enim est qui fallit per carnem. Caro
enim aliquando mundus: hoc est elementa: aliquan-
do uero corpus hominis intelligitur: ut ipsa anima
sequens corporea uicia. Scientes q̄ xp̄s resurgēs a mor-
tuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabi-
tur. Quod autem mortuus peccato: mortuus est semel.
Quod autem uiuit uiuit deo: securitatem eternitatis in
resurrectione saluatoris ostendit. Ad quam uenire
contingit si melioris uite fuerit emulatio. Qui eī
bene agendo uiuit deo: hic uere uiuit quia eternam
uitam habet. Ita & uos exultate uos mortuos esse pec-
cato: uiuentes autem deo in xp̄o Iesu domino nostro.
Sic loquitur ut doceat non aliter mori posse peccato
& deo uiuere: q̄ ut in xp̄o sit omnis spes quem domi-
num nostrum appellat. Ut nihil legis ad salutem pro-
ficiat capescendam in seculo futuro: quando non ali-
ter deo uiuitur q̄ per christum.

NON Ergo regnēt peccatum in uestro mortali
corpore: ut obediatis concupiscentiis eius. Mor-
tale corpus est ex causa preuaricationis adē: ex
fide autem xp̄i fore creditur in mortale. Ut autem ad
promissionem hanc inueniantur. & non obediendo
dicit peccato: ne regnēt in nostro mortali corpore.

Si autem non regnat: non uidebitur corpus hoc esse mō-
tale: quia in spe eternitatis est. Non propter dissolu-
tionem dixit mortale corpus: sed propter pœnam ge-
henne ut ille mortalis dicatur: qui in gehennam mit-
tendus est. Quia qui peccato obediunt mortem infer-
ni non euadunt: a qua saluator in se credentes liberauit.
Mortale g̃ dicens corpus: totum hominem significauit.
Quia qui obediunt peccato: mortales dicuntur. Ani-
ma enim inquit que peccat ipsa morietur: id est totus
homo. Nemo enim: sine corpore iudicabitur. Sed
neque exhibeat membra uestra arma iniquitatis pec-
cato. Occasio. Ostendit diabolus nostris nos iaculis
expugnare. Occasio enim datur illi per nostra peccata
ut deserente nos deo accepta potestate illudat & mor-
tificet nos: ideo membra nostra ab omni opere iniqui-
tatis continere debemus: ut inimicus noster in hermis
inuentus subiciatur. Et non dixit exhibete corpora
uestra: sed membra uestra. Membris enim ministrat
ratur: non toto corpore. Sed exhibete uos deo tanq̃
ex mortuis uiuentes. Mortem ignorantiam infideli-
tatem: cum mala uita significat. Quia uita est cogno-
scere xp̃m: quia enim sine parente: nemo ortum sum-
mit uitę. Omnia autem a deo orta sunt ad uitam per
christum: ideo qui non agnoscit parentem omnium
esse deum per xp̃m: uitam habere non dicitur. Hęc
est sic habetur: quasi non sit. Ipse enim semetipsum
esse negat: dum sine parente esse deo se putat. Itaq̃
ignorantia & turpis uita mors est. Vicia enim ista:
mortem acquirunt. Non mortem hanc que comu-
nis est omnibus: sed mortem gehenne sicut supra me-
morauimus: ut cognitio parentis dei & sancta conuersa-
tio uita sit: non hęc que occasui subiaccet: sed illa fu-
turi seculi que uocatur eterna. Quapropter exhibete

uos deo inquit quem cognoscentes profecistis in salutem :
ut in honeste uite renuntiantes essetis ex mortuis uiuen-
tes & membra uestra arma iusticie deo. Tanta nos mode-
stia conuersationem nostram uult gubernare : ut actus
nostri iusticie dei proficientes sint non mundane iusticie.
Quia mundi iusticia sine fide est xpi : sine qua non uita s
mors est. Arma prebeamus illi : ad defendendos nos. Cui
cum arma per opa bona prebeamus : dignos facimus ad-
iuuari ab ea quia iusticia dei indignos despiciet. Vbi ei
iusticia dei fuerit : ibi habitat spiritus ad adiuuandam
inbecillitatem nostram. Sicut enim peccato arma pre-
bemus cum male agimus : ita & iusticie cum recte uet-
samur membra custodientes ab omni turpitudine. Pecca-
tum autem uestri iam non dominabitur. Non enim sub
lege estis : sed sub gratia. Si secundum precepta que
dat ambulemus : peccatum nobis dicit non posse domi-
nari. His enim dominatur qui peccant. Non enim ita
ambulantes ut precepit : sub lege sumus. Si uero non pec-
cemus : non sumus sub lege sed sub gratia. Si uero pece-
mus uertimur sub lege : ut incipiat nostri dominari &
peccatum. Quia qui facit peccatum seruus est peccati
& necessè est ut sit sub lege : quam diu remissa non acci-
pit. Peccatum enim auctoritate legis : reum facit pec-
catorem. Ac per hoc cui data remissio est : & custodit
se ne de cetero peccet : neq; peccatum ei dominabitur :
neque sub lege est. Cessat enim circa cum auctoritas
legis : qui liberatus est a peccato. Quos enim reos tenet
lex : traditi sunt illi a peccato. Qui ergo peccatis exutus
est : non potest esse sub lege. Quid ergo ? Peccauimus
quia non sumus sub lege : sed sub gratia. Absit : quonia
lex a deo est. Ac per hoc ne forte opponeretur ipse si-
bi proposuit. Si ex deo est inquit lex : cur non debemus
esse sub lege ? Hæc cognoscit ac docet : cum dei uolun-

tate qui legis auctor est: a xpo nos liberatos de sub lege: Quamuis enim recte data sit lex: data est enim ut et reos ostenderet apud deum: quia peccauerunt ante legem & timor esset ut de cetero non peccaretur. Sed quia in becillitate infirmitatis sue genus humanum a peccatis se inhibere non potuit: factum obnoxium mortis inferni: motus deus pietate clementie sue qua semper humano generi subuenit: prouidit xpm: qua ratione desperatis iam daretur medela. Ut remissione peccatorum accepta: eruti a lege que illos habebat obnoxios reuelati & reparati deo adiuuante uitiis a quibus prius subacti fuerant repugnarent. Ideoque non peccauimus quasi legem dei spernentes: sed ipsius dei prouidentia secuti sumus per christum. Nescitis quia cui exhibitis uos seruos ad obediendum: serui estis eius cui obedistis: Siue peccati in mortem: siue obediuntis ad iusticiam. Nunc ne aliud profitentes aliud faciamus: et cum dei serui dicimur gestis serui diaboli inueniamur: premonet & denuntiat eis nos seruos esse: cuius & uoluntatem explemus operibus. Et non parum ob esse reum confiteri dominum: & actibus famulari diabolo. Nam hoc olim deus denotat: & accusat dicens: Plebs hec labas me honorat: cor autem eorum longe est a me. Et Dominus ait in euangelio. Nemo potest duobus dominis seruire. Et in lege dictum est: Deus non deridet. Gratias autem deo quod cum fuissetis serui peccati: obedistis ex corde in ea forma doctrine in qua traditi estis. Credentes autem in xpo: serui facti sumus iusticie. Eius enim serui dicuntur: cui obedimus. Et quia iustum est obedire xpo: & ipse enim iusticia est: & que precipit iusta sunt: ideo dicit seruos nos factos iusticie ex corde non ex lege: ut professio nostra animi iudicio promatur. Per naturam enim inducti sumus ad fidem: non

per legem. In qua forma doctrine Dei imperio facti sumus: qui finxit naturam. In natura enim habemus: ut cognoscamus a quo & p quem & in quo creati sumus. Forma g^o doctrine est inquam tradidit nos creator naturaliter. Hoc est quod supra dixit: ipsi sibi sunt lex. Dum uident nature quod credunt: ut quod iudeis lex & prophete predicauerunt de xpo hoc gentiles ex corde confidunt. Hinc gratias refert domino: quia cum essemus serui peccati obedimus ex corde credentes in xpo ut seruiremus deo: non per legem moysi sed p legem nature.

MANVM dico propter infirmitatem carnis uestre: Dum infirmitatem carnis meorat: minus se significat exigere ab homine q^o dignum est circa dei culturam. Denique subinfertur. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire inmundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticie in sanctificationem. Ut occasio nobis auferretur timoris accedendi ad fidem: quia quasi importabilis nobis & aspera uideretur: ea mensura nos seruire precepit: quia prius famulabamur diabolo: quippe cum hic salus illic damnatio operetur. Cum utique propensius deberemus seruire deo q^o diabolo: quippe cum hic salus illic damnatio operetur. Medicus tamen spiritualis non plus a nobis exigit: ne dum precepta quasi graua fugeremus ppendente si infirmitatem nostram maneremus in morte. Vnde dominus. Tollite inquit iugum meum super uos: quia suaue est: & onus meum leue est. Cum enim serui essetis peccati: liberi eratis iusticie. Quem enim fructum habuistis tunc in illis iniquibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Manifestum est: quia qui liber est a deo: est seruus peccati. Dum peccat enim recedit a deo: & fit sub pec

caro. Quales g^o sunt fructus peccati in quibus adiscen-
tes bonam uitam confundimur eo q^d dudum turpiter
uixerimus. Et non solum hoc: quia sententia paganor^{um}
turpis est & feda: maxime que in frigida inuenta est: in
qua nisi spiritus intersit sacramentum motum est et
torpescit religio. Ecce maculis plena libertas & squalo-
ribus obligata: cuius opus turpis mercedem habet: cui⁹
finis mors: finem dixit exitum uite & actuum: cui aut
mors aut uita succedit. Sed hoc loco mors duplex. A
morte enim ad mortem transitur. Nunc liberati a peccato:
serui facti deo. Habetis fructum uestrum in sanctificatōe: 3:
finem uero uitam eternam. Hoc est si accepta remissione
peccatorum: bonorum actuum emuli fuerimus adqui-
rimus sanctitatem. Finem uero habebimus .i. exitum ui-
tam perpetuam. A morte enim hac quam finem diximus:
transiuimus ad uitam que sine fine est. Nam merces pec-
cati est mors. Questum peccati mortem dicit: quia pec-
catum mors. Ac per hoc qui de cetero abstinent se a pec-
cati stipendiū accipiunt uitam eternam. Quia qui non
peccant: alieni sunt a morte. Si gratia autem dei uita eter-
na: in xpō Iesu domino nostro. Sicut enim sequentes
peccatum acquirunt mortem: ita & sequentes gratiam
dei .i. fidem christi que donat peccata habebunt uitam
eternam: ut gaudeant se ad tempus dissolui. Scientes
hanc se uitam consecuturos: que & omni tedio careat
& successionem non habeat. Quam sanctus hymeon ex-
optans petit se hinc dissolui: ut iret in pace. Idē uitam
que nullam patitur inquietudinem: & hoc donū a deo
per xp̄m nob̄ datum. Dominum nostrum testatur: ut
deo patri gratias per nullum alterum nisi per filium ei⁹
agamus.

N Ignoratis fratres scientibus enim legem loquor
ut animos illorum firmet in doctrina illius exem-

plō humane legis utitur : ut per terrena suadeat cele-
stia. Sicut a mundi creatura deus agnoscitur. Quia
enim unius est totum licet aduersē sint res ex aliqua
tantum parte sibi inuicem similes sunt. Sciunt ergo
legem romani quia non sunt barbari : sed comprehen-
derunt naturalem iusticiam partim ex grecis : sicut &
greci ex hebreis. Quamuis enim ex moysē non latuerit
lex : sed ordo non erat neque auctoritas. Nam leges ro-
manis ex athenis per late sunt. Non ignorantibus ergo
legem dicit. Non est occultum omnem uitam hominis
esse sub lege nature : que data est mundo : hec lex
generalis ē. Nunc uero aliam proponit specialē quā
uis & ipsa generalis est. Sed dum non recipitur ab hōi-
nibus fit specialis : p̄ quam uult probare assertionem
suam. Gradatim enim uult tradere ueritatē. Dicit ḡ.
Nam que sub uiro est mulier : uiuente uiro alligata est le-
gi uiri. Quod si mortuus fuerit uir eius : soluta est a lege
uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera : si fuerit
iuncta alteri uiro. Hec lex de euangelio est : non ex
moysi neque ex iusticia terrena. Aliquid ergo dicitur natu-
re aliquid ex lege moysi addiscentes : perfecti sunt per
euangelium christi. Sequenti ḡ exemplo apertius sua-
det christianissimum exitum esse a lege factorum : nō
ab omni lege nec ultra expedire esse sub lege : ne grām
dei euacuet reuersus sub lege. Quia dei gratia liberauit
hominem a lege ut spiritu : id est mente seruiat deo. Sicut
enim mulier mortuo uiro liberata est a lege uiri non a
lege nature : ita & hi gratia dei liberati lege sunt a qua
tenebantur rei : ut mortua illi sit & christianismo iuncti
non sunt adulteri. Si lex apud illos uiuit adulteri sunt
& nihil illis proderit dici xpianos : quia obnoxii erunt
ultioni. Nec enim legis erit adulter : sed euangelii qui
mortua lege iunctus euangelio post redit ad legem. Mō

tua enim Lex dicitur quando quem tenebat reum ignotū
est ei auctoritate Legis cessante. Quod si mortuus fuerit
uir: liberata est a lege uiri ut non sit adultera: si iuncta
fuerit alteri viro. Sublati a lege accepta remissione pec-
catorum & iuncti euangelio non sunt adulteri legis quia
mortua apud illos est. Si autem seruantes Legem accedere
se putant ad euangelium rei erunt & adulteri: quia uiua
lege iunxerunt se fidei erunt in utroque adulteri. Itaque
fratres mei & uos mortificati estis Legi per corpus christi.
Quoniam saluator corpus suum diabolum crucifigere per-
misit: sciens se pro nobis contra illum. Iccirco per corpus
xpi: saluos nos dicit factos. Mori enim Legi uiuere est neo:
quia Lex dominabitur peccatoribus. Cur ergo dimittunt
peccata: moritur Legi. Hoc est liberari a lege: itaque qui
per corpus christi hoc consequimur beneficium. Tradens
enim corpus suum saluator: mortem uicit & peccatū dam-
nauit. In ipso enim peccauit diabolus: cum illum ino-
centem occidit: & qui peccatum omnino nesciret. Cui
enim hominem sibi peccati causa defenderet: inuentus
est in eo reus in quo accusabat. Hinc factum est ut om-
nes credentes in christum eruantur a lege sublato peccato:
quia uictum peccatum quod est diabolus per corpus xpi
non habet auctoritatem in eos qui ad illum pertinent a
quo uictus est. Dum enim non peccat: & occiditur qua-
si reus: uicit peccatum de peccato. Hoc est diabolum
proprio peccato quod in eo ammisit damnauit: & cyro-
graphum quod peccato ad eum decretum erat deleuit: quoniam
ab inferis resurrexit. Data huiusmodi forma credentibus
sibi: ut a morte secunda teneri non possent: ac per hoc
mortui sumus Legi per corpus christi. Qui enim Legi
mortuus non fuerit reus est: & qui reus est secundam
mortem euadere non potest. Ut sitis alterius qui ex mor-
tuis resurrexit: ut fructificemus deo. Hoc dicit: quia iō

mortui sumus legi: ut de cetero christi simus serui solius:
& hoc erit fructificare deo. Adquiratur enim deo qui in
gratia eius mand & dignus resurrectione promissa. Cum
enim essemus in carne cum in carne sit: negat se esse in car-
ne est enim in corpore quia hic dicitur esse in carne q ali-
quid sequitur quod lege prohibetur. Igitur in carne
esse: multifarie intelligitur. Nam omnis incredulus
in carne est: i. carnalis: & christianus sub lege uiuens
in carne est: & qui de hominibus aliquid sperat in carne
est. Et qui male intelligit christum in carne est: & si quis
christianus luxoriosam habet uitam in carne est. Hoc
loco tamen in carne est sic intelligamus: quia ante
fidem in carne eramus: sub peccato enim uiuebamus.
Hoc est carnales sensus sequentes uitas: & peccatis subia-
cebamus. Sensus autem carnis est: non credere spiritu-
alia a. sine commixtione uirginem peperisse ex aqua
& spiritu sancto: hominem denuo nasci & solutam
animam a copula carnis rursus in carne surgere: de-
his dissidens in carne est. Hinc uicia peccatorum ait:
que p legem ostenduntur. Operabantur inquit in
membris nostris: ut fructificarent morti. Manifestu
est: quia qui non credit sub peccato agit: & captiuus
trahitur ad uicia admittenda: ut fructum faciat mor-
tis secundae. Luctum enim tunc facit mors cum pec-
catur: in membris tamen dicit uicia operari non in cor-
pore. Ne occasio esset male tractantibus corpus:
quia in mali loquo lingua arguitur: & in furto ma-
nus corripit: & in dissimulantes aures increpantur:
& ita in ceteris quamuis de corde exeant: membro-
rum tamen in ministerio explentur operibus. Dispu-
tatio haec tangit iudeos & eos qui christiani dicuntur
& sub lege uolunt uiuere: ut edocentes carnales se
esse recedant a lege. Vicia tamen peccatorum que

dominari in carne agentibus dicit: per legem ostendi non
per legem fieri demonstrat. Index enim peccati lex est:
non per genitrix reos faciens peccatores. Nunc autem
soluti sumus a lege mortis: in qua detinebamur. Solu-
ti sumus a lege: dum remissionem peccatorum accepimus.
Non enim habet in nos potestatem infidelis & enim et
peccatoribus dominatur. Lex autem mortis ideo dicta
est: que punit reos. Mortificat enim peccatores. Non
ergo mala sed iusta: quamuis enim malum sit facientibus
quod inferitur a lege: sed illa non est mala quia iniu-
ste infert iram. Ita que non mala est peccatoribus sed
iusta uero spiritualis est. Quis enim dubitet spirituale
esse prohibere peccare. Sed qui hoc non potuit: ut sal-
uaret hominem remittendo peccata. Lex fidei data
est que credentes liberaret a dominio legis: ut pos-
sint reparari se ad uitam quos lex tenebat reos mortis.
Ipsi enim lex mortis est quibus ira operatur: causa
peccata: ita ut seruiamus in nouitate spiritus & non
in uetustate littere. Hic legem tangere putatur: quoniam
quidem ad comparationem legis inferioris facit: non
tamen inimicitiam iudicat. Nam ideo dicit nos erra-
tos a lege mortis ut seruiamus legi fidei: que nobis
presidium contulit salutare. Quod uetus lex non po-
tuit ne gratie beneficium in hac re uideamus: legi ue-
teri seruientes. Lex uetus criminis utique nomen est
sed temporis uel etatis. Senit enim: quia cessauit.
Lex autem spiritus: ipsa est lex fidei. Quia fides in ani-
mo est: nec operibus addiscitur sed corde creditur:
& mens ipsa intelligit nature sue esse quod credit.
Lex autem spiritus. Nec oculis cernitur aut manibus
palpatur: & que sperantur dona non inuisibilia sunt
nec terrena sed spiritualia. Vetus ergo lex: in tabulis
cordis lapideis formata est. Lex autem spiritus in

tabulis cordis spiritaliter scribitur: ut sit eterna. Littere
autem legis ueteris etate consumantur. Est & alia inter
pretatio lex spiritus: ut quia prior lex ab errore mala in
bibuit. Hæc autem cum nec in corde peccare debere dicit
lex spiritus uocatur: ut totum hominem faciat spiritua
lem. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed
peccatum non cognoui nisi per legem. Non ergo pec
catum est lex: sed index peccati. Ostendit enim et quæ
latebant peccata: & quia non impune futura essent ap
deum. Quo comperto homo factus est reus: & ideo non
uidetur gratias agere legi. Quis enim libenter habeat
eum: qui sibi penam imminere annuntiat? Legi autem
fidei gratias agit: quia per legem moysi reus factus est
per legem sibi reconciliatus est deo. Quamuis & illa iu
sta & bona sit: ostendere & enim imminens periculum
bonum est: sed huic magis gratias agit: per quem erec
t de periculo uiuit. Nam concupiscentiam nesciebam:
nisi diceret lex in exodo. Non concupisces. Non discre
uit concupiscentiam hanc a peccato sed miseratur hoc
significans: quia cum nec suspicio quidem esset: istud non
liceret apud deum. Cognouit inquit esse peccatum sub
sua persona: quasi generalem agit causam. Lex itaque con
cupiscentiam prohibet: que propterea quod oblectame
to est non putabatur esse peccatum. Simplex enim ui
debatur causa cum concupiscitur aliquid proximi: hoc
lex prodidit esse peccatum. Secularibus namque hominibus
nihil tam inultum uidetur & placidum: quam uoluptas.
Occasione ergo accepta: peccatum per mandatum operatum est
in me omnem concupiscentiam. Omnem dicens concupi
scentiam: cuncta peccata significat. Supra enim concu
piscentiam iuxta legem memorat: cui nunc cetera addit
uicia omnem dicit concupiscentiam operata in hominem
impulsu diaboli quem in peccato significat: ut in contra

tium fieret & homini lex que erat ut prodesset. Videns enim diabolus auxilium per legem homini per uisum : quem in conditione se prostratum habere gratulabatur : intellexit factum aduersum se. Quem uidebat enim factum sub lege : pro certo habuit de suo sublatum domino. Agnouerat enim homo quomodo poenam inferni euaderet. Hinc exarsit iracundia aduersus hominem ut illi legem inuerteret : ut prohibita admittendo deum rursus offenderet & denuo in potestate diaboli caderet. **C**œpit non imperare sed subtiliter fallere : quoniam in lege data ammisit dominium diabolus. Sciens de cetero hominem ad dei iudicium pertinere : Sine lege enim peccatum mortuum erat. Hic duplici genere intelligendum est : ut & diabolus in peccato sciat significatum : & hoc ipsum peccatum quod uocatur peccatum. Mortuum enim dicitur fuisse diabolus : quia cessabat ad illud hominem ante legem : sed erat quasi quietus : securus enim erat de possessione eius. Peccatum enim mortuum dicitur : quia putabatur quod non imputaretur apud deum. Idem apud hominem mortuum erat : quasi impune peccaretur. **N**am non latebat peccatum sicut supra dixi : sed ignorabatur hoc : quia deus iudicaturus est. Quod cum data lege manifestum est reuixisse peccatum. Quare reuixit : nisi quia ante uixerat & postea desidia hominum mortuum estimatum est cum uiueret. Putabatur enim non imputari peccatum : cum imputaretur. **U**uens ergo pro mortuo habebatur : ego autem uiuebam aliquando sine lege. Quid est sine lege : cum lex semper fuerit sicut supra memorauimus. Nisi quia sine timore dei homo uiuebat : securus quod non esset deus iudicaturus actus humanos. Sed cum uenisset & mandatum : peccatum reuixit. **I**deo dixit reuixisse peccatum : ut significaret quia antea uixit. **P**ostea autem desidia hominum : mortuum estimatum est

cum uiueret. Sicut ad solam falsa fama peregrinis
fieri. Hoc ergo significat quod inuitus non latuerit pecca-
tum putari apud deum: hoc est uixisse. Sed cum
consuetudo peccandi hoc obliterasset mortuum estu-
matum est: ut crimen cum persona deficere putaret.
Cum autem data esset lex uel reformata reuixit apud
eos: apud quos mortuum estimatum erat. Cepe-
runt enim scire imputari peccatum: ego autem
mortuus sum. Mortuus est homo: quia uicit se-
reum esse apud deum. Qui ante se non putabat
futurum: obnoxium exhibere que peccabat. Et inue-
ntum est mihi mandatum quod erat ad uitam datum:
hoc esse ad mortem. Verum est quia lex ad uitam da-
ta est. Sed cum hominem non solum de preterito:
sed & de futuro peccantem reum facit. Facta est lex
a uita esse ad mortem. Sed ut dixi peccanti quia obe-
dientibus proficit ad uitam. Nam peccatum accep-
ta occasione per mandatum seduxit me: & per illud
occidit. Peccatum hoc loco diabolum intellige:
quia auctor peccatum est. Hic occasionem inuenit
per legem quomodo crudelitatem suam de nece
hominis satiare. Ut quia lex dominata est pec-
catoribus: homo instinctu eius prohibita semper
ammittens offensus deo ultionem legis incurret
ut ea que illi pro futura data erat damnaretur.
Quia enim inuito illo lex data est exarsit inui-
dia aduersus hominem: ut eo amplius uiciosus
uoluptatibus maculareretur: ne manus eius inuade-
ret. Itaque quidem lex sancta & mandatum
sanctum iustum & bonum. Ut nihil suspitionis
euerse remaneret in lege: sic illam commendat:
ut non solum iustam hanc: sed & sanctam & bonam
pronuntiet. Nam mandatum legem intelligi eua-

gelicus sermo testatur. At enim. Si uis ad uitam uenire
serua mandata. Quod ergo bonum est: mihi mors est.
Absit. Vere absit. Unde enim fieri potest: ut quod bonū
esse probatur mors intelligatur. Sed peccatum ut appa
reat peccatum: per bonum mihi operatum est mortem.
Diabolum p̄ bonum occasionem dicit accepisse: ut malus
operaretur homini dum illum seducit ad mortem. Quia
ut ea que ante legem male gesta sunt per uilecebram cupi
dinis probarentur esse peccata: & de cetero uitarentur
data est Lex manifesta in litteris. Tunc incensus est sathana
nal p̄ bonum utique: uidit enim prouideri homini et
illicita illi suasisit: ut prouita ex lege ei mors proueniret.
Quod quidem negligentie humane ascribendum est que
sic uigorem nature sue infirmauit cupiditate peccandi
ut suggestiones aduersari reprimere non possit. Ini
micus tamen quem in peccato significat ut appareat esse
inimicus: p̄ legem accepit occasionem operari homini
mortem. Dum enim ad illicita illum suadit apparet
esse inimicus. Quanquam & ante legē mortem homi
procurauerit: excepta prima causa ad e. Post legem
tantum maiores rei p̄nal apud inferos ubi mors secun
da est adinuenit. Minus enim criminis est ante legem
manifestam peccasse: q̄ post legem. Ut fiat supra modum
ipsum peccatum peccans p̄ mandatum. Quid est supra
modum quasi datum sit modum delinquentibus cum
peccari non liceat: sed dei uerba sunt dicentis: non sūt
completa peccata amorteorum. Per quod ostendit
mensuram quandam esse delictorum: quam cum im
pleuerint peccatores uita digni minime iudicentur.
Sicut & phariso quia istum modum impleuerat de uir
tutibus: & signa in illum ostensa sunt: per que cuncta
territia ad emolumenta ita se exerceret: ut in mortuo ui
ta discatur. Sed alius modus est quem tractat apostolus

ut ostendit enim plus peccatum esse sub lege q̄ fuerat an
legem supra hunc modum peccatorum ampliozem modū
significat creuisse post legem inuidia & astutia sathane:
ut prouidentia dei contraria fieret homini cum timore
legis minime peccare debuerint. Ideo deus ut inuidiaz
diaboli uinceret: & prouidentiam homini ratā faceret
mutauit ordinem: mittens saluatorem xp̄m qui & dia-
bolum uinceret: & statuta dei erga hominem firmaret.

CIMVS E enim q̄ lex spiritalis est. Quoniam
scientibus legem loquitur: ideo ait. Scimus
quia lex spiritalis est: ego autem carnalis sum
uendatus sub peccato. Lex moysi spiritalis uocat:
que est data in tabulis. Que quia peccati prohibet: spi-
ritalis est. Quippe cum uisibilia & carnalia coli prohi-
beat: hec ad comendationem legis pertinent ne culpa
digna putaretur: quia seueritatem exercuit in peccatoēs.
hominem autem carnalem appellat dum peccat. Venditus
sub peccato. Hoc est: uenditum esse sub peccato ex adā
qui prior peccauit: originem trahere & proprio delicto
subiectum fieri peccato. Sicut dicit ysaias propheta. Ven-
diti estis inquit: peccatis uestris. Adam enim uendit
se prior: ac p̄ hoc omne semen eius subiectum est pecca-
to. Quamobrem infirmum esse hominem ad precepta Le-
gis seruanda: nisi diuini auxilii muniat. Hinc est: o-
unde ait. Lex spiritalis est: ego autem carnalis sum ue-
ndatus sub peccato. Hoc est lex firma & iusta: & ca-
ret culpa. Homo autem fragilis est: & paterno subiu-
gatus delicto: ut potestate sui uti non possit circa o-
bedientiam legis. Ideo est ad dei misericordiam confu-
gendum: ut seueritatem legis effugiat: & exoneratus
delictis de cetero deo fauente inimico resistat. Quid
est enim subiectum esse peccato: nisi corpus habere ui-

cio anime corruptum. Cui si inserat peccatum & im-
pellat hominem quasi captiuum delictis: ut faciat
uoluntatem eius. Hinc Dominus inter cetera ait. Ve-
nit diabolus & tollit quod seminatum est in cor il-
lorum: ne salui fiant. Vnde idem apostolus in alia
epistola ait. Non est nobis colluctatio aduersus
carnem & sanguinem: sed aduersus principes & po-
testates: contra spiritualia nequicia in celestibus. Quos
satellites constat esse sathane. Nam ante preuaricatio-
nem hominis priusquam se manciparet morti: no erat
huius potestas ad interiora hominis accedere: & cogitati-
ones aduersas inserere. Vnde astuciam eius factum e-
ut confabulatione per serpente[m] hominem circumuenire.

Postquam autem circumuenit eum & subiugauit pote-
statem in eum accepit: ut interiora hominem pulsaret
copulans se menti eius. Ita ut non possit agnoscere quid
suum sit cogitatione quid illius nisi respiciat legem.

Quod enim operor: non intelligo. Non intelligit quid o-
peratur: quia uidit aliud se per legem scire & aliud agere.

Non enim quod uolo hoc ago: sed quod odi illud facio.
subiectus peccato facit utique quod non uult. Si autem
quod odi illud facio: consentio legi. Probat legem
recte prohibere: quando se inuitum hoc facere quod lex
uocat profitetur: & nature sue dicit esse quod mandat
lex: que quod extra facit odiosum sibi dicit. Nunc
autem iam non ego operor illud: sed quod habitat in me
peccatum. Quoniam legem uidit prohibere quod agit:
& consentit non debere fieri: ac per hoc illud esse cuius
impulsu hec agi declarat. i. peccatum. Peccatum autem
ideo semper nominat: cum sciatur diabolus esse cum
angelis suis. Quod nisi peccasset primus homo: hec non
prouenirent. Ac per hoc peccatum est quod ea omnia facit.

Scio enim quod non habitat in me: hoc est in carne mea

bonum. Non dicit sicut quibus uidetur carne mala :
sed quod habitat in carne non esse bonum : sed esse pecca-
tum. Quomodo inhabitat in carne peccatum : cum no-
sit substantia sed preuaticatio boni : Quoniam primum ho-
minis corpus corruptum est p peccatum : ut possit dis-
soluti. Ipsa peccati corruptio p conditionem offensionis
manet in corpore : robur tantum tenens diuine sententiae
datam in adam : quod est signum diaboli. Cuius instinc-
tu peccauit. Per id ergo quod facti causa manet inha-
bitare dicitur peccatum in carne. Ad quam diabolus
accedit quasi ad suam legem : & manet quasi i peccato
peccatum : que caro iam peccati est ut decipiat homines
suggestionibus malis : ne homo faciat quod precipit
lex. Nam uelle adiacet mihi. Tam bona adserit que iu-
bet lex : ut naturaliter sibi placere dicat ut uelit fa-
cere. Perficere aut bonum non inuenio. Et placet ergo
quod a lege iubetur & uoluntas est faciendi. Sed ut
impleatur potestas & uirtus deest. Quia sic pressus
est potestate peccati ut non possit ire quo uult nec uale-
at contradicere : quia potestatis eius alter est dominus.
Homo enim iam consuetudine peccandi grauiatur : & fa-
cilius subcumbit peccato q̄ legi q̄ scit bona docere :
Ac si uelit bona facere : premit illum consuetudo adiu-
tore inimico. Non enim quod uolo facio bonum : sed
quod nolo malum hoc ago. Sape repetit : ut dilucide.
Hoc ḡ est quod supra dictum est : quia ut captiuus per
supra dictas causas illud cogitur facere quod uult pecca-
tum. Si autem quod nolo hoc facio : iam non ego opero
illud sed quod habitat in me peccatum. Hoc est quod
iam supra dictum : quia pressus & subiugatus est pecca-
to : non suam sed illius perficit uoluntatem. Nunquid
quia inuitum hominem dicit peccare : inuinitus debet
uideri a crimine : quia hoc agit quod non uult pressus

in potestatis. Non utique. Ipsius enim uicio & desi-
dia hec cepta sunt. Quia enim mancipauit se p̄ ad sensu
peccato: iure illius dominatur. Primum enim suadet
ut uictoria dominetur. Apostolus autem ut ad gratiam
dei referat hec: exponit de quantis malis hominem libe-
rauerit: aut que exitia ex adam trahit. que uero bene-
ficia per christum consecutus est. cui nec lex subuenire
potuit demonstrare. Huc uenio igitur legem uolenti mi-
hi facere bonum: quia in est mihi malum. Legem moy-
si ad sensum uoluntatis sue dare consensum contra pecca-
tum: quod in carne habitat. Quod aliud cogit facere:
q̄ q̄ uult homo & lex. Condelector enim legi dei: secu-
dum interiorem hominem. Animum his oblectari dicit
que a lege tradunt: hec est interior homo. Quia no-
in animo habitat peccatum sed in carne: quia est ex
origine carnis peccati: & per traducem fit omnis caro
peccati. Si enim anima de traduce esset & in ipsa ha-
bitaret: quia anima magis ad e peccauit q̄ corpus.
Sed peccatum anime corrumpit corpus. In carne ergo
habitat peccatum quasi ad ianuam anime: ut non illam
permittat ire quo uult. In anima autem si habitaret: nu-
quam se cognosceret homo. Nunc autem cognoscit se:
& delectatur legi dei. Video autem legem aliam in me-
bris meis repugnantem legi mentis mee: & captiuum me
ducentem in lege peccati: que est in membris meis. Dual
leges memorat: ex quibus unam in membris suis uidere
flagitat. Idest in exteriori homine: qui est caro uel
corpus. Hec est lex aduersa. Hec repugnans animo
trahens illum captiuum in conditione peccati: ne ult
ingrediens inueniat adsettorem. Alia est lex mentis
que est lex moyfi: uel naturalis que est in animo.
Hec pressa est uolentia peccati negligentia quide sua
quia dum diligit uicia subiecit se peccato: ut ipsa co-

suetudo teneretur captiua. Dominatur enim homini cō-
suetudo. Quatuor quidem leges nominat: primam Le-
gem spiritalem que est etiam naturalis que reformata
est per moysen & posita in auctoritate ipsa est dei Lex.
Deinde legem mentis: consentientem legi dei. Tertiam
legem peccati: quam ex preuaricatione primi hominis
in membris dicit habere. Quarta uero que in membris
uidetur: dum suggerit mala & recedit. Sed leges ite-
rare quatuor uidentur: cum sint due. Idem boni et
mali. Lex enim mentis ipsa est lex spiritualis: siue moysi
que uocatur lex dei. Peccati uero lex eadem est: que
& illa que in membris dicit uideri que contradicit legi
mentis nostre. Infelix ego homo quis me liberabit de
corpore mortis huius: gratia dei per Iesum christum do-
minum nostrum. In felicem hominem dicit quia na-
scitur sub peccato. Nunquid non uere infelix est homo
qui in hanc hereditatem preuaricationis successit: ho-
stem secum habens peccatum p̄ quod ad illud aditum
habet sathanas. Gradus enim fabricauit adam p̄ quos
ad filios eius expoliator ascendit: nisi clementissimus
dominus motus misericordia gratiam suam p̄ christū
dedisset: ut reuelatum genus hominum remissione
peccatorum accepta de cetero possit resipiscere repres-
so & damnato peccato. Potest enim ex honoratus ma-
lis & purgatus resistere aduersario potestate recepta
contra illum dum adiuuatur a deo. Hic quasi legem
fidei tertiam inducit potiore: quam & gratiam uocat
que ex lege tantum spiritali originem habet: quia p̄
hanc liberatus est homo. Ut quia moyses dedit legem:
deditq; & dominus due dicantur. Vna t̄m intelligatur
quantum ad sensum & prouidentiam p̄tinere. Illa enim
unitrix est salutis: hec uero consumatrix. Sed non
hanc partem legis dico que in comenius est: & circum-

cisione & elcis : sed que ad sacramentum Dei pertinet &
disciplinam. G ratta Dei liberatus est homo : de corpore
mortis huius. Hanc dicit mortem quam supra ostendit
in necem hominis p peccatum inuentum apud inferos : q̄
appellatur secunda . Corpus autem mortis est cuncta pec-
cata . M ulta enim unum corpus sunt . Singula quasi
membra : uno auctore inuenta . Ex quibus homo erept'
gratia dei per baptismum supradictam mortem euasit . o
N ec enim in carneo corpore positus de eo ipso ereptum se
diceret : sed hoc corpus dixit quod superius p baptismum
& obseruantiam Legis destrui significat . Nam & cū dicit
de corpore mortis : ostendit aliud corpus esse nō mortis .
I gitur ego ipse mente seruo Legi Dei . Legem dei cum di-
cit : & moyli significat legem & xp̄i . Carne autē Legi
peccati . Ego ipse idest qui liberatus sum de corpore i
mortis . In corpore est : quomodo liberatus est de cor-
pore mortis : nisi quia liberatus est a cunctis malis . Re-
missio enim peccatorum : omnia tollit peccata . Libe-
ratus ḡ de corpore mortis : gratia dei per christum me-
te uel animo seruo Legi Dei . Carne autem Legi peccati
idest diaboli : qui per subiectam sibi carnem suggestio-
nes malas ingerit anime . Quia ḡ duplex est homo car-
ne conuersus & animo . Legi Dei mente seruire se dixit
quia animus deuotus est deo : & recuperata sui potestate
repugnare potest peccato quod per carnem operatur .
Quia enim caro corrupta est : & morti subiecta . Que sic
facta erat : ut societate & coniunctione anime nō mo-
teretur . Recepit desideria : quarum quasi honorem
quondam transfert ad animum : ut etiam ipse geretur .
S ed qui respuit illam : mors gratie Dei . M ente seruo
Legi Dei : carne autem Legi peccati . sicut dictum est .
I am enim liber animus : & in consuetudinem bonam reuo-
catus spiritu sancto adiuuante malas suggestiones pōt

spemere: Reddita est enim illi auctoritas qua audeat
resistere inimico. Quin iam n̄ est obnoxius: minime po-
terit indagari inuitus. Caro autem quia iudicium non
habet: neque capax est discernendi. Est enim brutana
tura non potest inimico aditum claudere: ne ueniens
introat atque in animo contrario suadeat. Ac per hoc
carne aut seruit legi peccati. Cum enim unus homo car-
ne constat & anima: ex illa parte que sapit deo seruit.
Ex altera autem qua stolidus est legi peccati. Si autem
homo in eo q̄ factus est perdurasset: non esset potestas
inimico ad carnem eius accedere: & anime contraria su-
surrare. Ut autem totus homo minime reparatus fuis-
set gratia dei xpi: ad statum pristinum sententia obsti-
tit data in Adam. Iniquum enim erat soluere senten-
tiam iure de promptam. Iccirco manente substantia
prouidentia dei remedium inuentum est: ut reddere-
tur homini salus quam proprio uicio amiserat. Ut
hic senatus crederet quia aduersarius eius deuictus po-
tentia xpi non auderet transpuncta sententia prime
mortis hominem sibi defendere adunato genere a de:
Ne ad prime originis redderetur facturam: iam totus
permanens immortalis. Nihil enim nunc dampna-
tionis est his qui sunt in xpo Iesu: qui non secundum
carnem ambulant. Verum est quia nulla erit damp-
natio horum qui sunt in xpo Iesu: legi dei solliciti
seruientes. Lex enim spiritus uite in xpo Iesu libe-
rauit me: a lege peccati & mortis. Securitatem fla-
gitat homini per gratiam dei: ut de suggestuibus
diaboli non sit sollicitus dum modo spernat illas.
Nihil enim homini oberunt apud mortem secundas:
quia lex fidei id est spiritus liberauit hominem a
morte secunda damnato peccato. Non ob esse iam
homini quia carni inest peccatum: si modo repu-

gnē illi memor auxilii dei. Sed & coronādus ē q
peccati manentis premit consilia. Magna enim soler-
tia est: domestici hostis insidias euitare. Lex ergo
spiritus uite: ipsa est lex fidei. Nam & moyses lex spi-
ritualis est: quia prohibet peccare. Non tantum uite:
quia regis mortis peccata remittere non potest: ut ui-
uicet mortuorū. Hæc uero quia & peccare non uult
& a morte reuocat: lex spiritus uite appellatur. Nō
p litteram constat: sed per spiritum. Quia corde cre-
ditur: & spiritus est quod creditur. Hæc itaque Lex
in xpō Iesū: hoc est per fidem christi liberat creden-
tem a lege peccati & mortis. Lex peccati est quam in
membris dicit habitare: que suadere nititur aduer-
sa. Lex uero mortis moysi Lex est: quia mortificat
peccatores. Nam & in alia epistola inter cetera dicit
de auctoritate legis. Si ministratio mortis forma in
lapidibus fuit in gloria. Non g̃ miranda si lex spi-
ritualis dicatur: & lex mortis cum & euangelium
eodem modo sit. Dicit enim alio loco inter cetera.
A lius odor uite ad uitam: alius odor mortis ad mor-
tem. Quos enim opinio uirtutum: aut rerū gesta-
rum uisus: aut auditus adtraherat fidem: his odō
uite erat euangelium. Illis autem quorum sensum
inflammabat facta uirtus ad contradicendum: mor-
tis erat odor preuaticatio fidei. Vna ergo cum sit
fides: diuersitatem prestat hominibus. Sicut & sol
cum sit unus: cetera soluit: lutum stringit. Qua er-
go quis mente odoratus fuerit fidem: sic & profi-
ciet illi. Sed dicitur forte. Si eadem prestat fides
que & lex: cur non etiam ipsa ex parte lex morti di-
catur. Mortificantur enim non credentes: sed non
ita est. Fides enim data est que iustificat confugien-
tes ad se: ut remittat eis quos lex tenet reos ut agere

tes sub fide liberi sint a peccato. Nam sub lege agētes:
ob noxi sunt. Qui ḡ non obediunt fidei non occi-
dentur a fide sed a lege: quia non accedentes ad fidem
rei tenentur a lege. Ideoque omnes qui malo animo o-
dorantur uerba fidei remanent in morte. Videamus nūc
quid intersit: cum dicitur. Lex spiritalis: & lex spiritus?
Hoc interest: quia iure dicitur lex spiritalis quia pre-
cepta dat per que non peccetur: quia qui non peccat spi-
ritalis uocatur: emulus preceptorum celestium. Lex
autem spiritus propterea uocatur: quia deus cuius fides
est spiritus est. Illic uerba sunt: hic res. Illic que dei
sunt: hic deus ipse. Quia quod impossibile erat legis
in quo infirmabatur per carnem: deus filium suum mit-
tens in similitudinem carnis peccati: de peccato damnauit
peccatum in carne. Hec dicit: ut baptizatos securos red-
dat: quia liberati a peccato sunt. Quoniam quod impos-
sibile erat inquit legis cui impossibile? Nobis scilicet
impossibile erat mandatum legis implere: quia subiec-
ti eramus peccato: ob hoc deus filium suum misit in si-
militudinem carnis peccati. Hec est similitudo carnis:
quia cum adam caro sit & nostra: non tamen ita facta
in utero est & nata: sicut & caro nostra. Est enim sac-
rificata in utero & nata sine peccato: & neque ipse in
illa peccauit. Ideo enim uirginalis uterus electus est
ad partum dominicum: ut in sanctitate differret caro
domini a carne nostra. In causa enim similis est: non
in qualitate peccati substantie. Propterea ḡ similem
dixit: quia de eadem substantia carnis non eandem ha-
bit natuitatem. Quia peccatum subiectum nō fuit
corpus domini. Expiata est autem a spiritu sancto: ut
in tali corpore nasceretur quale fuit ad e ante pec-
catum: sola tantum sententia data in adam. Misso ergo
deus xpo: de peccato damnauit peccatum: hoc est peccatum

peccato proprio damnauit. Nō p̄ enim cum a peccato cru-
cifiggitur: qui est sathanas peccauit peccatum in carne cō-
poris saluatoris. Quo facto damnauit deus peccatum in
cāne: ibi utique ubi peccauit. Sicut & alia epistola ait:
D e triumphans illos in se ipso: idest in christo. Nam solet
dici de quocunque damnato: in qua causa damnatus
est: Respondetur: ut puta in homicidio. Ita & pecca-
tum in carne damnatum est. Hoc est in peccato: quod
ammissit in carne. Hoc itaque peccato reus factus satha-
nas: ammissit dominium retentorum anunarum. Ut iā
signatos signo crucis in qua uictus est: in secunda morte
tenere non audeat. Quamobrem ad securitatem nostram
hec tractat apostolus: ut iustificatio legis impleretur in
nobis: qui non secundum carnem ambulamus: sed secun-
dum spiritum. Ideo damnatum dicit peccatum: ut im-
pleretur in nobis iustificatio legis date a moyse. Subla-
ti enim de conditione legis facti sumus amici eiusdem:
iustificati enim amici legis sunt. Quomodo autem im-
pletur in nobis iustificatio: nisi cum datur remissio o-
mnium peccatorum: ut sublatis peccatis iustificatus ap-
pareat mente seruientis legi dei: hoc est non secundum
carnem ambulare: sed secundum spiritum. Ut deuotio
animi qui est spiritus: non consentiat desiderio peccati.
Quia p̄ carnem seminat concupiscentias anime: quod in e-
peccatum. Si damnatum est peccatum: quomodo in e-
damnatum est & salutare: & triplici genere damnatum.
P rimo enim in loco damnauit peccatum: dum non pec-
cauit dissentiens a peccato. De inde in cruce peccatus:
quia peccauit damnatum dicitur. Vnde sublata est
illa auctoritas quasi peccati qua detinebat homines in
inferno propter delictum ade: ut de cetero in quibus
signum crucis est detinere non audeat. Tertio damna-
tum peccatum dum irrita fecit delicta remissionem pec-

catorum concessa. Cum enim peccator causa admissi peccati damnandus esse: ignoscens autem ei damnauit in eo peccatum. Itaque si & nos saluatoris exemplo non peccemus: damnamus peccatum. Qui enim sunt secundum carnem: que carnis sunt sapiunt. Hoc dicit quod qui suggestioni que facit per carnem obtemperat: quod carnis sunt sapit. Hoc enim illi suauiter uidetur quod sequitur. Contra falsam appetentis usum: & sententiam erroris carnis. In carne enim error mundanus signatur quacunque ex parte. Qui uero secundum spiritum: ea que sunt spiritus sentiunt. Manifestum est quia qui se carnis desiderii continent: iuxta legem mentis uiuit. Hoc enim utile uidetur sapere: quod conueniat legi.

AM. Prudentia carnis mors est. Prudentia carnis peccatum est: quod generat mortem. Prudentia enim ideo dicitur cum res stultus sit quia secularibus hominibus errores uisibilibus concepti: siue sensu siue in actu contra legem dei prudentia uidetur. Maxime quia omnis industria & astutia illorum in eo est ut peccent. Sapere enim sibi uidentur si istud diligenter curet: cum nihil stultius sit quam peccare. Est & alia prudentia carnis que mundanis rationibus inflata negat aliquid fieri: ut mundi careat ratione. Unde de uirginis partum: carnisque resurrectionem. Prudentia autem spiritus uita & pax. Vere hec est sapientia que uitam acquirit & pacem. Sequens enim spiritualia contemptis illecebris uite presentis: & eternam habebit uitam cum pace. Idem sine inquietudine. Vbi enim perturbatio est: & poena est. Quoniam sapientia carnis inimica deo est. Legi enim dei non est subiecta: nec enim potest. Non carnem dixit inimicam: sed sa-

pietiam carnis. Idem non substantiam sed actus aut
cogitatione / siue adseueratione que nascitur d'errore.
Sapientia g^o carnis est: primum in hoc loco castroru ab
hominibus inuenta disputatio. de inde uisibilium ob
lectatio. Hæc inimica sunt deo. Qz dixit elemētorum
Dominus opificem mundi his coequant que fecit astu
ent nihil posse fieri preterquam mundi continet ratio.
Quamobrem negant deam fecisse ut uirgo pareret: at
mortuorum corpora resurgerent. Quia stultum est
inquiunt ut deus fecerit ultra q̄ sapit homo. O pru
dentes mundi qui putant non debere aliter facere:
q̄ ab eo fecit condita creatura: ut ipse similis creatu
ris putetur. Si cecati sunt ne uideant qualem contu
meliam deo faciunt. Opus enim quod in laudem su
am predicandam facere dignatus est: isti uitupera
tes incredulum & stultum asserunt. Ac per hoc Le
gi dei hoc studium subiectum esse non potest: i eo
exercitatur ut dei gestis repugnent. Qui enim i carne
sunt: deo placere non possunt. Sapientes mundi in
carne sunt: quia respicientes mundum spiritali sapi
entia resistunt: quia totus mundus caro est. Omne
enim uisibile carni deputatur: cognita enim sunt car
nis immo elementa carnis. Ideoq; qui mundanis re
bus obtemperat: in carne est. Vos autem nō estis
in carne: sed in spiritu. In carne positi: dicuntur
non esse in carne. Si adsentientes iohanni apostolo.
mundana non diligant. Sententia enim hominis
sua quasi fingit natura: ut hec appelletur quod
sentit. Si tantum spiritus dei habitat in uobis. Hoc
ideo ambigue dicit: quia in legem inducti non ad
huc perfecte erant fidei: sed spem in eis uidebat p̄fec
tionis. Unde aliquando quasi perfectis loquitur ali
quando quasi p̄fecturis. Hæc est aliquando laudat

aliquando commonet : ut si secundum supra memora-
ta uersentur iuxta legem nature in spiritu esse dicunt.
Quia spiritus dei in eo habitare non potest : quia carnalia
sequitur. Si quis autem spiritum christi non habet : hic
non est eius. Spiritum dei : nunc spiritum dicit christi.
Quia omnia patris : filii sunt. Hoc ergo dicit : quia qui
supradictis erroribus subiectus est : ad christum non per-
tinet. Spiritum enim eius non habet : quem ut filius
dei esse acceperat. Duabus enim causis deserit homi-
nem spiritus sanctus. Cum aut sensum carnis habet : aut
gesta. Itaque per hec ad bonam conuersationem com-
pellit. Quamuis enim bonitate dei erigantur homines :
honorantur filii dei uocati. Non sic iuxerint : ne in-
digni concessio nomine uideantur. Si autem christus
in uobis est : corpus quidem mortuus est propter pec-
catum : spiritus uero uiuit propter iustificationem. **P**
eccati causa corpus mortuum asserit : eorum quos de-
serit spiritus sanctus. Nec ad istud idem spiritus necis-
sarium passionem peruenit : spiritus enim dei nescit pec-
care. Ad iustificationem enim datur : ut adiutorio
suo iustificet. Ergo quia qui peccare nescit : uita est.
Mori enim non potest : quia per peccatum mors. Ac per
hoc sibi peccatum obicit : non spiritui que accepit. Nec
enim spiritus erit in causa : qui uoluit iustificare. Signum
enim iustificationis hic est in nomine. Ut per id quod
in habitat in eo iustificatus appareat esse filius dei. Non
enim infecto homine neque in corpore subdito peccatis
potest habitare spiritus sanctus. Sicut dicit salomon.
Si autem quis denuo carnaliter uiuat deserit ab spiritu
sancto in iusticia sua morietur. Corpus autem dicens
totum hominem significat mortuum peccati causa.
Sicut & per prophetam subuocabulo anime totus homo
significatur : quasi a parte totum. Aut enim. Anima

que peccauerit : ipsa morietur . Nunquid sine corpore :
Hic corpus pro toto homine posuit : ille animam . Et alius
propheta carnem dicendo : totum hominem significauit .
Ait enim . Videbit omnis caro salutem Dei . Et quoniam
baptizato datur spiritus sanctus : etiam ipsius esse spiri-
tus dicitur . Idcirco cuncta hominis ad comparationem
eius corpus appellauit . Propterea quod anima dum peccat
caro dicatur . Hoc enim uocatur quod sequitur : sicut se-
pe iam dixi . Simili modo & Dominus cum in passio-
ne sua diuinitatem suam minime formidare uellet in-
telligi : sed hominis esse mestitiam ait . Spiritus qui-
dem promptus : caro uero infirma . Ut in spiritu Dei
in carne uero hominem significaret . Quod si spiritus
eius qui suscitauit Iesum a mortuis : uiuificabit & mor-
talia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius
in uobis . Ipsum sensum eandem tractat rationem . Cor-
pora enim dixit : per quem homines significat . Et quia
supra propter peccatum mori dixit : mori morte secun-
da . Hic iterum propter bonam uitam mortalia corpora
uiuificari promisit : id est totum hominem . Igitur fra-
tres debitores sumus non carni : ut secundum carnem ui-
uamus . Rectum & manifestum est non nos ad inuentio-
ni ad eum qui carnaliter egit obsecundare debere . Qui
prior peccans : mortem nobis hereditatis titulo dereli-
quit . Sed legi nos christo seruire debere : qui nos spirita-
li ratione a morte supra dicta redemit . Huic enim sumus
debitores : qui nos carnalibus uiciis sordidatos per la-
uacrum spiritus ablutos iustificauit & filios Dei fecit .
Pater enim in carne positi exemplo ad eum uiuebamus sub-
iecti peccatis . Nunc uero liberati reddere debemus
obsequium redemptori . Quod quidem obsequium non
utique illi proficit : qui nullus eget : sed nobis uitam ad-
quirat eternam . Sic enim diligit nos : ut sibi imputet

quod nobis promisit. Si enim secundum carnem
uixeritis: moriemini. Nihil enim uerius: quia si
secundam adam uixerimus moriemur. Adam enī
preuaricans: uendit se peccato carni deputatus.
Omnne enim peccatum caro est: propter quod enim
de foris uicia & delicta nascuntur ex sensibus: de
auditu / uisu / odoratu / uel gustu: qui carni deputa-
tur. Omnis enim cogitatio foras respiciens: in currit
delictum. Nam & primi hominis de foris: peccatū
natum est. Secundum carnem ḡ uiuere: mors est.
Omnis enim actus carnis: extra legem est. Si autē
spiritu facta carnis mortificaueritis: uiuetis. Corp
uult lege anime gubernari. Unde ostendit quia
si duce spiritu sancto actus & consilia carnis: que
huius mundi instigantibus potestatibus concitantur:
fuerint repressa ne agendi accipiant potestatem /
uitam prestant. Mortificari enim dicuntur: si ces-
sant. Non sunt enim si cessant: quia peccatum no ē
si non fiat. Quicumque enim spiritu dei aguntur:
hi filii sunt dei. Hos dicit spiritu dei agi: in quo-
rum actibus consilia principum & potestatum ei
huius mundi non uidentur. Hi quorum enim ui-
dentur: non sunt filii dei sed diaboli. Quia qui
de deo natus est non peccat: dicit iohannes apłs.
Hoc est enim quod probat filios dei & diaboli. e
Unde dominus ad iudeos quod male agerēt: et
parricidium cogitarēt ait: Vos de patre diabo-
lo estis.

ON ENIM accepistis spiritum seruitu-
tis: iterum in timore. Hoc dicit: quia ac-
cepto spiritu sancto in timore malorum
actuum exuti sumus: ut de cetero nihil tale aga-
mus: unde iterum timeamus. Quia lege data:

omnes rei sunt constituti. Spiritum g^o timoris Le-
gem dixit: quia homines peccati causa in timore
constituit. Lex autem fidei que in spiritu adop-
tionis significatur: lex securitatis est quia a timo-
re nos eruit: dum donat peccata. Ac per hoc se-
curos nos fecit: dum dicitur spiritum nō timoris
secundum hunc mundum. Sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum: in quo clamamus abba pater. In-
quo clamamus abba. i. pater gratia Dei a timore libe-
rati accepimus spiritum adoptionis filiorum: ut cō-
siderantes quid eramus: & quid dono rei sumus adep-
ti: magna cum diligentia uitam nostram ordinemus.
ne nomen Dei patris in nobis iniuriam paciatur. Et
ea omnia que euasimus: ueluti ingrati i curramus.
Vt audeamus dicere Deo: abba. Id est pater. Ideoq;
commonet nos accepta fiducia in temeritatem uertat.
Si enim huic uoci qua dicimus abba pater: dissimilem
uitam exhibeamus iniuriam Deo facimus: uocantes
eum patrem. Idcirco enim bonitate sua: hoc nobis
indulset quod super naturam nostram est: ut quod
substantia indigni sumus operibus mereamur. Ipse i
spiritus testimonium reddit spiritui nostro: quod su-
mus filii Dei. Bene agentibus nobis & pro hoc ipso mane-
te in nobis spiritu sancto huic uoci & animo nostro qd
clamamus in oratione abba. i. pater. Spiritus dei testi-
monium dat dum manet in nobis: quomodo non te-
mere dicimus abba pater. Dignam enim uitam huic uo-
ci exhibeamus: & hoc testimonium filiorum si in nōb
per spiritum uideatur signum paternum. Si aut filii
& heredes: heredes quidem dei: coheredes autem xpi.
Cum Deus pater nullo modo mortuus possit dici. Xps
enim filius mortuus dicatur: causa in carnationis. e
Quid est: ut hic qui mortuus est semper uiuentis here-

des esse dicatur. Cum heredes utique non nisi mortuorum
sint. Sed hec causa humanitas est. Nam apud Deum
que apud nos hereditas dicitur: donum est patris in filio
obedientes transfusum ut uiuus uiuentis merito sit propro
heres: non necessitate defuncti. Unde & Dominus in
euangelio non magis humana q̄ diuina ratione uiuum in
uiuentibus substantiam suam partitum esse licet: in para
bola signauit. Nec enim parabola absurda ratione com
ponitur. Ut ḡ promptos nos ad obediendum Deo patri
facere: hac spe exhortationis dicit nos futuros heredes.
coheredes autem christi. Ut quia magna spes premii est:
tanto magis in Dei operibus propensiores essemus: pos
ponentes curam mundanorum. Quid sit autem cohere
dem esse filii Dei ab Iohanne apostolo docemur. In cetera
enim ait. Scimus enim quoniam cum apparuerit: simi
les ei erimus. Si t̄m compatiamur: simul & glorificemur.
Quomodo coheredes christi fieri possumus declarat dicens.
Si tantum compatiamur: ut & simul glorificemur. Vidē
mus ergo quid sit compati. Compati est persecutiones
tolerare propter spem futurorum: carnēq; crucifigere cū
uicis & concupiscentis. Hoc est enim uoluptates: & pō
pas seculi spernere. Cum enim hec omnia mortua fuerit
apud hominem: crucifigget mundum. Futuri seculi
uitam credens: in qua se spernant coheredem christi futu
rum. Existimo ergo q̄ non sunt condigne passionēs
huius temporis: ad futuram gloriam que reuelabitur
in nobis. Exhortatio hec ad superiora pertinet: p̄ quam
ostendit parua esse que hic possunt a perfidis irrogari.
ad comparationem decreti muneris in futuro seculo. o
P ropterea ad omnia exita paratos esse debere: quia ma
gna pro his re promissa sunt premia: ut in tribulatione
consoletur se animus & spes crescat. Nam & quosdam
immo multos scimus pro presentibus lucris ad modicum

utique pro futuris q̄ asperos & duros subire labores: et
ad que aliquando quia ipsa uita fragilis est & incerta
peruenire non possunt. N̄ autē pro quibus commodis
tantis se procellis & tempestatibus credunt: cum sciant
in illis magis mortem incursum esse q̄ uitam. Et mili-
tes spē presentis premiū cum incerta uictoria sit: i glā-
dios insurgere non dubitent. Quanto ergo magis
pro christo patiendum est: cuius etiam pro te lata sūt
nobis beneficia: qui pro paruis magnifica & pro tem-
poralibus perpetua premia cum gloria pollicetur.
P̄ ro xpo dicimur pati: cum nobis non illi proficiat
q̄d patimur. Sed quia ille occasionem querit: re-
munerandi nos hoc precepit. Ut bonus enim uel pro-
fusius largitor causas querit quomodo donet: aut in-
dignis aut uerecundis. Denique ut exitia tollerari o-
possunt: ipse suggerit uires. Nam creature expectati-
reuelationem filiorum dei expectat. Quoniam prese-
tis temporis passiones indignas dixit ad futuram gloria.
Subiecit q̄ creatura hec expectet: ut compleatur nume-
rus filiorum dei destinatus ad uitam. Ut tunc demum
etiam ipsa creatura possit liberari a seruitute corruptio-
nis: & cessare in uicio. Vanitati enim creatura subiec-
ta est non uolens. In domini & creatoris potestate po-
sita creatura: & non utique sponte subiecta est uani-
tati. Non enim sibi proderit quo subiecta est: nisi qui
que generat caduca sunt. Operatur enim ut fructus
faciat corruptibiles: corruptio ḡ ipsa uanitas. Omnia
que nascuntur enim in mundo: infirma, caduca et cō-
ruptibilia: ac p̄ hoc uana sunt. Vana sunt enim: quia
statum suum tenere non possunt. Nam cuncta defor-
mata p̄ fluxum: semper se redeunt confusam i natura.
Hoc dicit de his & salomon: quia omnia hec uanitas.
N̄ ee discordat ab his dauid dicens. Verumtamē uniuersa

uanitas: omnis homo uiuens. Manducare & bibere
& res mundi curare non ne uanitas est? & prodest
tantum ipsa uanitas. Proficit enim hominibus uanitas
in mundo: ut per hec in corporibus in mundo exerci-
tati discant mysterium creatoris. Ad comparatione
enim eternorum uana sunt. Nam sua bona sunt quippe
cum sint necessaria. Sed propter eum: qui subiecit in
spem illam. Que spes statim subiecit dicens. Quoniam
& ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptibile
in libertatem glorie filiorum Dei. Quoniam contradi-
cere non potest creatura conditori suo: eius causa
subiecta est non sine spe. Habet enim in labore po-
sita hec solatium: quoniam habet requiem: cum
crediderint omnes quos scit deus credituros: quorum
etiam causam subiecit. Scimus enim quonia omnis
creatura ingemiscit: & parturit usque adhuc. Par-
turire dolere est ipse sensus est: quia omnis creatura
per quotidianam dolorem ingemiscit & dolo usque
modo. Usque modo tam diu significat: quam diu legi-
tur. Ipsa enim elementa cum sollicitudine opera-
sua exhibent: quia sol & luna sine labore statuta si-
bi implent spacia. Et spiritus animalium magno gemi-
tu artatur ad exhibenda seruitia. Nam uidemus illa
gementia cogi inuita ad laborem. hec omnia expec-
tant: ut a serui opere liberentur. Si autem hec ef-
set seruitus que ad deum proficeret: pro merendum
gauderet non dolere creatura. Sed quia nostri cau-
sa subiecta est seruituti: corruptionis dolo. Videt
enim quotidie opera sua interire. Quotidie enim mori-
tur: & occidit opus eius. Recte ergo dolo: cuius ope-
ratio non ad eternitatem pertinet: sed ad corruptionem.
Quantum ergo datur intelligi: satis de nostra salute solli-
cita sunt: scientes ad liberationem suam proficere: si

modo nos citius agnoscamus auctorem. Hæc itaque
scientes: omni cura diligentiaq; dignos nos prebeamus.
A luis quoq; ut exemplo simus non nostra solum miseratio
ne commoti: sed eius causa diebus ac noctibus iniurias
patientis ingemiscit. Solemus enim in alienis causis pro
pensius uigilare. Non solum autem illa sed & nos qui
receptaculum spiritus habemus: nos ipsi inter nos metip
sos ingemiscimus expectantes redemptionem corporis
nostri. Post creaturam mundanam aduecit: etiã nos
hec expectare & ingemescere ad Deum. ut hinc li
beremur cuncti destinati ad uitam: quia christianis
mundus hic pelagus est. Sicut enim mare aduersus
excitatur procellis insilit & tempestatem nauiganti
bus facit: ita & seculum perfidorum conspiratione
comotum perturbat fidelium mentes, exagitat. Sed
& hi si compescantur: per domesticos conflant incen
dium. Et si hoc sopitum fuerit arte sua inter ipsos
germanos facit discordiam. Ut quatuor angulis pul
sata domus: ex aliqua parte faciat ruinam. Propt̃
quod uno consilio fugendum est: hinc christianis.
E xemplum enim sequi debent sancti symeonis qui
sciens bellum hic geri contra perfidiam: in pace se
dimitti postulauit. Hoc est quod singuli orantes pro
omnibus oramus: ut ueniat regnum dei. Tunc enim
erit liberatio corporis nostri: idest omnium christia
norum. Hic corpore enim omnes significauit: quia
sumus alter alterius membra. Igitur per hæc que supra
dicta sunt: ostendit quam uim paciatur creatura no
stri causa. Cum quando nos quibus obsequium eius
proficit: quibus dei spiritum adiutorem habemus in
gemescimus ut hic liberemur: ut promissa consequa
mur premia. Quanto magis g̃ creatura ingemiscit:
que neque adiutorem habet spiritum sanctum: nec in

& tanta aduersitate agit inimic
ut qd̃ primu e uitandū sit
ignoret. Si. n. p̃tal desinit
esse aduersi nos priua
torum metet.

sua causa labore addito hoc ut ea que labore suo generat
ut alimentis seruorum dei proficiat contra fas uide & hido-
lis immolari. Unde plus dolet & optat citius liberari:
sciens hoc ad iniuriam proficere creatoris.

PE. E enim saluati sumus: hoc dicit sperando qd
promisit deus in xpo: nobis fecimus fecimus
ut liberemur in xpo. Ergo in spe liberati su-
mus quia non aliud futurum putamus q̄ credimus. Spes
enim que uidetur non est spes. Manifestum est no
esse spes que uidetur: sed quod non uidetur. Ac per
hoc sperantes premus ad faciendi sunt: quia que non
uident sperant. Nam quod uident quis: quid sperat?
Sed si quod non uidemus speramus: per patientiam ex-
pectamus. Dubium non est ea sperari que no uidentur:
expectantur enim futura. Hæc expectatio patientia e:
que multum meretur a deo. Ut de die in diem expec-
tans cupiebat uenire regnum dei: & non dubitabit
quia tardat. Similiter autem & spiritus adiuuat infir-
mitatem nostre orationis: quoniam superius ingeme-
scere nos & precari liberationem memorauit. & in do-
lore positi aut que longe futura dicta sunt mox fie-
ri uolumus: aut cito tolli per que ad meritum perueni-
mus & uidemus in becilla oratione precari: dum illi
denegatur affectus. Infirma est enim quia contra ra-
tionem postulat: ac per hoc infirmitatem hanc a spu
sancto dato nobis adiuuari ostendit. Adiuuat autem
quia que ante petuntur q̄ peti debeant. & sunt con-
traria: & non sint fieri. Nam quid oremus sicut o-
portet nescimus. Hæc infirmitatem orationis nostre igno-
rantia significare declarauit. Fallimur enim putari
tes prudentes que poscimus: cum non sint. Denique
idem apostolo tertio deprecanti: ut temptationes ab
eo cessarent quia crebre erant dictum a domino est

Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate p-
ficitur. Id est sic meritum quis collocat: dum in tri-
bulationibus paciens inuenitur: dicit g^o contra se esse
quod petebat. Est & aliquando superba & stulta pe-
tito: sicut fuit duorum apostolorum iacobi & io-
hannis: quibus incongrua & in mensa petentibus dic-
tum est: nescitis quid petatis. Sed ipse spiritus po-
stulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus. Non hu-
manis eloquiis postulare pro nobis dicit spiritum dei
sed more nature sue. Cum enim quod de deo est deo
loquitur: eo more loquatur, necesse est quo ille lo-
quitur de quo est. Nemo enim cum ciue suo alia lin-
gua loquitur: superfundit enim se precibus nostris spi-
ritus datus nobis: ut imperitiam & improvidentiam
nostram motu suo operiat: & illa nobis a deo petat q^{ae}
profint nobis. Qui autem scrutatur corda scit quod de-
siderat spiritus: quia secundum deum postulat pro
sanctis. Manifestum est: quia deo cui nihil tacitum
est & occultum nota est precatio omnium spirituum:
quanto magis spiritus sancti qui eiusdem utique sub-
stantie est eloquitur non impulsu aeris neque ut an-
geli: aut sicut cetera ex creaturis: sed sicut competit
eius diuinitati. Deo g^o loquitur cum nobis tacere uide-
tur: quia uidet cum non uideatur: & hoc petit que
scit deo placere & nobis prodesse. Tunc sane pro nob
interponit se idem spiritus: cum scit nos per ignoran-
tiam non per iactantiam contraria postulare.

CIMVS autem quoniam diligentibus i^u deum
omnia procedunt in bonum: his qui secundum
propositum uocati sunt sancti. Hoc dicit q^{ia}
diligentibus deum: & si in preterito preuaricatio fuerit
non illis oberit quia propositum cordis illorum sciens
deus & ignauiam non illis imputat que aduersa postu-

lat: sed annuit que danda sunt Deum amantibus.
Vnde & Dominus ait. Scit autem inquit pater uester
quid uobis opus sit: antequam petatis ab eo. Hi ergo
secundum propositum uocantur: quos presentes
presciit Deus futuros sibi idoneos: ut antequam
crederent scirentur. Quos presciuit & ^{est} predinauit.
Istos quos presciuit futuros deuotos sibi ipsos ele-
git ad promissa premia capescenda: ut hi qui cre-
dere uidentur & non permanent infide cepta a Deo
electi negentur. Quia quos Deus elegit: aut ad te-
pus elegit: aut ut infuturo permaneant. Est enim
qui ad tempus eligitur: sicut saul & iudas non de p-
scentia: sed de presenti iusticia. Conformel fieri u-
maginis filii sui. Hoc dicit quia ideo predestinan-
tur infuturum seculum ut similes fiant filio dei
quod iam supra memorauimus. Ut sit ipse primogenitus
in multis fratribus. Recte primogenitus: qui ante
omnem creaturam non factus sed natus est. Ad cuius
exemplum Deus homines in filios sibi adoptare di-
gnatus est. Est & primogenitus ex mortuis: cuius
naturam ignorat. Est & primogenitus in genera-
tione xps. Est & primogenitus ex mortuis: cuius
naturam ignorat. Est & primogenitus post uictoria
ascendens in celos. Primogenitus igitur in omnibus fra-
ter noster dicitur: quia homo dignatus est nasci. Do-
minus uero est: quia deus noster est. Sicut dicit pro-
pheta hieremias. hic est deus noster.

VOS autem predestinavit: illos & uocauit.
Cogitare est cogitantem de fide adiuuare
aut compungere eam quem sciat audire. Et
quos uocauit ipsos & iustificauit: quos autem iustifi-
cauit hos & magnificauit. Hoc dicit quod supra:
quia quos presciuit Deus aptos sibi hi credentes perma-

nent. Qualiter fieri non potest: nisi quos presciuit
Deus ipsos & iustificauit. Ac per hoc & manifesta-
uit illos ut similes fiant filio Dei: de ceteris quos
non presciuit non est illi cura in hanc gratiam quia
non presciuit. Ac si credant aut eligantur ad tem-
pus qua uidentur boni: & iustitia contempta uideat
non permanent ut magnificentur. Sicut et iuda
scarioth: aut illi. lxxii. qui electi post scandalum
passi recesserunt ab eo a saluatore. Quid ergo
dicimus ad haec? Si Deus pro nobis: quis contra
nos? Manifestum est: quia Deo nobis testimonium
perhibente quis est qui audeat accusare nos: qua-
do ipse qui iudex est ante presciuit nos: et ydo-
neos iudicabit. Qui proprio filio suo non pepercit:
sed pro nobis omnibus tradidit illum. Sic securos
nos debere esse fidei causa hortatur: ut quo pre-
scio antequam christus fidelis essemus filium suum pro
nobis morti tradidisse ostendit: quomodo non
etiam cum illo omnia nobis donauit? Deum olim
decreuisse dicit: remunerandos credentes in christum.
Si enim quod maius & precipuum est prestitit no-
bis: ut filium suum uerum & charissimum trade-
ret propter nos ad huc impios: quare non quod minus
est facturum credatur pro nobis credentibus sibi?
quia iam parata sunt credentibus premia? Minus
est enim omnia nobis cum illo donare: quam illum no-
stri causa mortis tradere. Quis accusabit aduersus
electos dei? neminem audere nec posse iudicium &
prescientia Dei in nobis retrahere apertum est. Quis
enim est qui possit haec quae Deus probat improbare?
cum nemo equalis sit deo. Deus qui iustificat hoc in
isaia propheta: quod hic quasi suum ponit. Quia nemo
est alius per quod probet deus & arguat. Aut ne

forte ipse nos deus accusat: sed non potest quod iusti-
ficat accusare. Et quis erit: qui condempnet? X^{ps}
qui mortuus est immo qui & resurrexit: & est in dex-
tera dei: qui etiam interpellat pro nobis. Deum quia
nos iustificat: accusare nos negat. X^{ps} autem dam-
nare nos non posse: quia eo affectu diligit nos ut mo-
reretur pro nobis: & resurgens semper causas nostras a-
gat apud patrem. Cuius postulatio contempni non potest
quia in dextera dei est: hoc est in honore quod deus est.
Vt de deo patre securi & christo filio eius qui iudicatu-
rus est: in fide iudeorum letemur. hinc aliud est quod
dicit petro apostolo. Ecce ex postulavit sathana
ut uos uentilaret sicut triticum: ego autem rogaui p-
te ut non deficiat fides tua. Hoc ergo modo inter-
pellat pro nobis saluator: sciens enim impudentiam &
altitudinem aduersarii nostri cum se commouit aduer-
sum nos: si enim non assentiamus saluator interpellat
pro nobis: ne aliquid uolenter presummat circa nos
ut arceatur insolentia eius. hac causa tantum dicitur
filius interpellare: cum ipse agat totum: et equalis sit
deo patri. Et quia unus dicitur deus: ne pater & filius
singularis uel unus putaretur ad personarum distinc-
tionem sic loquitur scriptura: ut & filium non dis-
parem tradat & patrem quia pater est: & quia ab
ipso sunt omnia preterea. Quis nos separabit a chari-
tate christi? hoc est: quis nos auertere poterit a di-
lectione christi: qui nobis tam magna & innumera
prestat beneficia: tribulatio? Sed non facit. Quia
dicationem firmi christiani: nulla uincant tormeta.
A mantis enim plus incitatur charitas: si eum cuius se-
sit beneficia prohibeatur amare. Dum enim putant se
in merita eius seminare: memorat beneficia. An an-
gustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculum:

an gladium. Sicut scriptum est. Quia propter te &
morte afficimur tota die: estimati sumus uelut o-
ues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter
eum qui dilexit nos. Hoc scriptum est in psalmo
quadragesimo tertio. Manifestum est: q̄ hęc om-
nia que enumerat exitia: tribulationes, pressuras
& mortem non posse conferri uel comparari charita-
ti xpi quam seminauit nobis. Multo enim maiora
beneficia eius habemus: q̄ hęc omnia que uidentur
aduersa. Si enim morimur pro illo quid grauius ui-
detur in his & ille mortuus est pro nobis. Sed ille
ut prodesse nobis. Nostri autem mors: non illi pro-
fuit sed nobis. Temporalem enim uitam perdimus
ut nobis rependatur eterna. Et quid mirum si serui
moriuntur pro bono domino: quando Dominus
mortuus est pro seruis & malis. Vincunt ergo bene-
ficia & exhortantur animum ad perseuerandum:
propter eum qui dilexit nos. Confido enim quia
neque mors. Confidentia enim hęc desponsione xpi
est: quia promisit in tribulatione adiuuare sibi dica-
tam fidem, neque uitam, neque angelus neque uirtutes
neque altitudo, neque profundum, neque presētia,
neq; futura, neque alia creatura poterit nos separare
a charitate dei: que est in xpo Iesu domino nostro.
Hęc sunt omnia que ad seductionem nostram a diabo-
lo inferuntur: que iecundo commemorat ut munit
nos. Ut si aduenerint confidentes de spe & auxilio
xpi armati fide: aduersus hęc repugnemus. Quid n.
si mors illata fuerit non ne lucrum est maximum oc-
casionem inuenire: qua citius eatur in regnum. Ne-
que si presens uita promissa nobis fuerit dignitate mu-
nita: debet nos ab spe & beneficiis christi que scimus
quia non solum in futuro sed in presenti proderit nobis.

Nec quidem si se angelus nobis ostendit ad seducendos
nos sub ornatis fallacis patris sui diaboli preualere de-
bebit aduersus nos. Cum sciamus xpo ut magni consilii
angelo nihil preponendum. Neque si uirtus ab aliquo
facta fuerit: sicut dicitur facta a symone mago: qui
dicitur in aera sursum ut populum christi scandaliza-
re uolasse: fidem debet minuire. Scientium sal-
uatorem nube famulante susceptum ascendisse super
omnes celos. Nec si in altitudinem se nobis ostendit:
de qua dicit idem apostolus. An ignoratis altitudi-
nem sathane a deuotione nos domini Iesu debet au-
ferre. Quem scimus descendisse de celo: ut terrena
spiritualibus sociaret. Neque si per fantasiam qua
seducere meditatur profundum nobis ostendat er-
rorem mirandum qua terra forte subeunbamus
illi: nec dignum est ut christo fidem frangamus.
Quem scimus nostri causa in profundum terre descen-
disse: & morte pressa genus hominum liberasse:
Neque si futura nobis spondeat que promisit euae:
ascensum dabimus illi discreti a christo: quem uir-
tute & natura Deum credimus & scimus. Nec si ar-
te & sublimitate astutiae suae aliam creaturam fingat
ad horam: sicut finxerunt ianes & mabres palam
pharaone. Inconueniens est: ut per haec a deo crea-
tore uero nos eueet quem nos ignoramus per christum
filium suum creaturam condidisse in eternum exi-
stentem. Quibusdam uidetur aliam creaturam dixisse
de idolis. Sed non est uerum: quia hanc debuit signi-
ficare: quam sub amiratione seductionis uideretur
fingere sathanas. Nam qui seducatur fidelium ad
haec a quibus recessit manifestato errore. Sed haec
qui meditatur adiungit: per que etiam electos pos-
sit seducere. Nulla ergo sunt que nos possint a chari-

tate dei separare: que est in christo iesu. Deus enim
charitatem suam in xpo iesu: nobis ostendit dum
tradidit illum pro nobis.

CHARITATEM dico in xpo iesu: non mentior.
Testimonium mihi reddente conscientia mea
in spiritu sancto: quia tristitia est mihi et
continuus dolor cordi meo. Optabam enim ipse ego
anathema esse a xpo pro fratribus meis cognatis secun-
dum carnem: qui sunt israhelites. Quoniam superius
contra iudeos loqui uidetur: qui ex lege se iustificari
putant. Nunc ut uotum suum & affectum circa eos
ostendat teste conscientia sua in xpo iesu & in spiritu
sco dicit se loqui non uelut inimico illorum: fides ha-
beri non possit. Ideo christum & spiritum sanctum qs
mihi latet testes dat: & quorum testimonium repro-
bari non potest qui sic perhibent testimonium aplo
dum commendant eum uirtute signorum que facie-
bant per illum. Quia enim tam magnum presidium
christi & precipuam charitatem erga genus huma-
num ostendit: & dignatio eius gloriosa & immor-
talia premia repromissa. A c p hoc dolo & genus suum
quod est secundum carnem: quia incredulitate sua
hoc perenni & salutari beneficio se priuarunt. Ergo
optabam aut non opto quia scit fieri non posse: ut ta-
honestum membrum nullo precedente uicio abscede-
retur a populo xpiano. Affectum tantum & dilec-
tionem circa genus suum ostendit: quorum adoptio-
nem filiorum iuste dolere se probat: quando predi-
cat laudem generis eorum. Quia olim filii adoptati
affectum & gratiam rei patris ueritatem habuerunt. Ad-
iecit adhuc ut & alios dolere probis faciat dicens.
Et gloria & legis latio & testamenta & obsequium et
promissa. Quorum patres & ex quibus xps secundum

carne[m] qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.
Tanta prece[m] nobilitatis & dignitatis generis iudeorum
& promissionum enumeravit: ut omnibus probis dolore
incutiat. Quia non recipiendo saluatorem: prerogativa
patrum & promissionis meritum perdidit peiores genti-
bus facti. Quos prius quia sine deo erant abominabant.
Propensius enim malum est dignitatem habuisse: quam perdi-
disse. Interea de saluatore dicit: qui est super omnia
deus benedictus in secula. Amen. Quando enim nulla
patris nominis fit mentio: & de christo sermo est: ne po-
test differri ne deus dicatur. Frequenter enim scriptura
propter unius dei professionem si se deum patrem loquitur
& adiungit filium: deum patrem uocat & filium dominum.
Siquis autem non putat de christo dictum qui est deus:
de persona de qua dictum est. De patre enim deo: hoc
loco mentio facta non est. Sed quid mirum si in hoc lo-
co christum deum super omnia aperta uoce loqueretur.
De quo alia in epistola hunc sensum tali sermone firmavit di-
cens. Ut in nomine iesu omne genua flectatur: celestium
terrestrium & inferorum. hec sunt omnia: super que
dicitur christus esse. Neque enim exceptis his sunt ali-
qua: ut non super omnia deus christus sit. Nec potest genua
flecti ab omni creatura: nisi deo. Denique iohannes a-
postolus in seculis cum angelum uellet orare: audit ab eo
Ne feceris: quoniam conseruatus sum. Deum inquit
adora. Nec dominus utique adorari se pateret: nisi
quia deus est. Si cominus usurpasse dicendus est: &
quod peccasse quod absit. Cum ipse diabolum increpans
dominum deum adorandum: & ipsi soli seruiendum os-
tendat. Nihil ergo preiudicatur deo patri cum adoratur
christus ut deus. Quia cum soli deo seruiendum dicatur:
seruitur & christo. Dicit enim in alio loco: qui in his se-
cum christo placet deo. Quid ergo super est: nisi ut patet

deus & filius deus: & nihilominus unus deus credatur uterque. Siue enim pater quis ador& siue filium unum deum dicit adorare & seruire patri aut filio: uni deo seruitium exhibetur. Nulla igitur discretio e: quia qui adorat filium: orat & patrem. Et qui seruit patri seruit filio: & ut sine adulatione deitatis huius confessionem esse doceret: in conclusione posuit Amen: hoc est uerum. Ut christum deum super omnia inuertate ostender& benedictum in secula amen.

ON autem excidit uerbum dei: non excidit uerbum dicentis. In isaac uocabitur tibi semen.

Idem hoc uenit inquit quod dixit deus futurum. Ut non hi dicerentur semen esse abrahe: qui filii eius essent secundum carnem: sed isti qui fidem acciperent per quam natus est isaac reformata tempore christi: non iam specialem sed generalem: ut qd abraham credidit de isaac isti crederent de deo et cetera: quia natus est dei filius ad salutem humani generis redimendum. Neque omnes qui sunt ex israhel: hi sunt ex israhelitate: neque qui semen sunt abrahe: & omnes filii: sed in isaac uocabitur tibi semen. Hoc est qd uult intelligi: non ideo iam dignos esse omnes quia filii sunt abrahe: sed illos esse dignos qui filii promissionis sunt. Idest quos presciuit deus promissionem suam suscepturos: siue ex iudeis siue ex gentibus. Hi enim digni sunt dici israhelitate: idest uidentes deum qui credunt. Nam de isaac utique omnes hi sunt filii abrahe: quia omnis propago generis iudeorum ex abraham per isaac est. Ac per hoc reliqui filii: non sunt dicendi abrahe. Abraham enim credens isaac coepit propter fidem: quia credidit deo. In quo mysterium fidei future designatum est: ut illi essent fratres isaac qui eandem fidem ha-

berent in qua isaac natus est. quia isaac in typo saluatoris natus est ex promissione. Ut qui crediderit christum Iesum promissum esse abrahe: hic sit filius abrahe: frater uero ysaac. Dictum est ergo abrahe: quia in semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod utique in isaac factum non est: sed in eo quod isaac promissus est abrahe qui est christus in quo omnes gentes benedicuntur credentes. Ceteri ergo iudei filii sunt carnis: dum promissione priuantur. Nec deputari possunt merito abrahe qui fidem non sequuntur per quam dignus extitit abraham. i. non qui filii carnis hi sunt filii dei: sed qui filii promissionis estimantur in semine: A pertus est: quia non possunt dici filii dei: hi enim ex concupiscentia carnis nati sunt. Iste uero ex fide spiritualiter. Secundum quod promissum est abrahe: ut estimarentur semen esse qui crederent: promissionis enim uerbum hoc est. Ad hoc tempus ueniam & habebit sarra filium: hoc in genesi habetur quod prefiguratum in christo est: ut futurus christus promitteretur filius abrahe. In quo promissionis uerbum impletur: ut in christo benedicerentur omnes gentes terre. Quando enim promissio facta est abrahe: & audiuit quia in semine tuo benedicentur omnes gentes terre. Christus utique illi promissus est extra duce isaac: in quo hoc impletum uidemus. Non solum autem hoc. i. sarra: sed & rebecca ex uno concubitu habens isaac patrem nostrum. Non tantum ergo sarra in typo dicit generasse isaac: sed & rebecca uxorem ysaac. Sed alia causa est in ysaac: alia in iacob & esau. Quia isaac in figura saluatoris natus est. Iacob uero & esau duorum populorum habent typum id est credentium: ut cum ex uno sint diuersi sint

tantum. In singulis enim & genus significatur: ut
hi unius generis dicantur: quia in causal fidei unus
sunt ut perfidie. Vnus enim significatur in multis:
non per traducem carnis: sed per comunem causam. e
Quia ex esau iacob filii dicendi sunt: & iacob esau im-
putandi sunt filii. Nec enim quia iacob laudatur:
omnes ex eo nati filii eius merito dicendi sunt. Aut
quia esau displicet omnes ex eius origine reprobi
sunt. Cum uideamus & de iacob traduce natus fac-
tos perfidos: & de esau fideles & deo caros. Nam q̄
de iacob multi sunt perfidi: dubium non est. Om-
nes iudei non credentes aut credentes: ex eo habent
originem. Et quia de esau sunt boni & fideles pro-
bati ut iob qui est ex filius esau: quintus ab abrahā.
hoc est nepos esau. Nam cum nati non dum fuisset:
aut aliquis egisset bonum uel malum, ut secundum
electionem propositum dei maneret non ex operi-
bus sed ex uocante dictum est: quia maior seruiet
minori. Sicut scriptum est. Iacob dilexi: esau au-
tem odio habui. Hoc in malachia habetur. Presci-
entia dei flagitat in his causis: quia non aliud pot
euenire: q̄ nouit deus futurum. Sciendum enim
quod unusquisque illorum futurus esset dixit: hic
erit dignus qui erit minor. Et qui maior erit indi-
gnus: unum elegit prescientia: alterum spernit. Et
in illo quem elegit propositum dei manet: quia aliud
non potest euenire q̄ scit & proposuit in illo ut salute
dignus sit: & in illo quem spernit similimodo manet
propositum quod proposuit de illo: quia indignus
erit: hoc quasi prescius non personarum acceptor.
Nam neminem damnat antequam peccet: & nullum
coronat antequam uincat. Hoc pertinet ad causam
iudeorum: qui sibi prerogatiua defendunt: q̄ filii s̄

abrahe. Apostolus autem consolatur se: ut quia dixerat dolorem habere se cordis: continuo causam incredulitatis illorum quorum adoptio erat filiorum & Legis constitutio: et ex quibus christus saluator sicut ipse ait. Quia salus ex iudeis est. Ractata lege inuenit: quia non omnes qui ex israhel sunt credituri sunt. Neque quia dicuntur filii abrahe: omnes filios abrahe dicendos. Sic supra memorauit. Minuit ergo dolorem suum: inueniens olim predictum quod non essent omnes credituri. Vt hi soli doleant qui per inuidiam in incredulitate laborant. Possunt tantum credere quod & subiectis aperit: incredulis tamen predictis non ualde dolendum. quia non sunt predestinati ad uitam. Prescientia enim dei olim: olim hos non saluandos decreuit. Quis enim plangat eum: qui olim mortuus habetur. Sed subintrantibus gentibus que sine deo prius erant: & salutem quam illi perdididerant accipientibus exsuscitatur dolor. Scilicet iterum quia ipsi sibi causa perditionis sunt sopitur. Prescius itaque deus male illos uoluntatis futuros: non illos habuit in numero honorum. Quamuis dicat saluator illis lxxduobus discipulis: quos eligere secunda classe qui ab illo postea recesserunt. Nomina uestra scripta sunt in celo: sed hoc propter iustitiam. Quia hoc est iustum: ut unicuique pro merito respondeatur. Quia enim boni erant: electi sunt ad ministerium. Et erant scripta nomina eorum in celo: propter iustitiam sicut dixi. Secundum prescientiam uero: in numero erant malorum. De iusticia enim iudicat deus: non de prescientia. Vnde & moysi dicitur. Siquis peccauerit ante me: deleam eum de libro meo. Ut secundum iustitiam iudicet: tunc uideatur deleti cum peccat. Iuxta prescientiam uero nunquam in libro uite fuisse. Hinc & apostolus iohannes de huiusmodi:

ait. Ex nobis extierunt sed non fuerunt ex nobis. Si eni
fuissent ex nobis: permansissent utique nobiscum. Nō
enim personarum acceptio in prescientia Dei. Prescien-
tia enim est quia definitum habet. qualis uniuscuius-
que futura uoluntas erit in qua mansurus est: p̄ qua
aut damnetur aut coronaretur. Denique quos scit
in bono mansuros: frequenter aut sunt mali. Et quos
malos scit permansuros: aliquoties prius sunt boni.
Vnde cesset querela: quia deus personarum acceptor
non est. Nam & saul & iudas scarioth ante fuerunt
boni. Dicente scriptura de saul. Erat uir bonus: &
non erat illo melior in filiis israhel. Et de iuda sca-
rioth: dicit Petrus apostolus. Qui sortitus est sor-
tem ministerii huius: insignis ac prodigius facien-
dis. Quomodo igitur ministerium salutare sortire-
tur: nisi esset bonus. In sorte enim Dei iudicium fuit
dignum illum fuisse tempore quo electus est. Sic
illi lxxii. quos supra memorauimus. Hinc est & iudas
post mali totius admissum scelus pœnitentia motus:
laqueo uitam finiuit. Non enim potest in aliquo
omne bonum penitus obliterari. Quippe cum na-
tura non possit immutari: sed uoluntas. Non in om-
nibus tamen causis: quare tantum innatura: q̄ testi-
monio sit creatori.

Vid ergo dicemus: Nunquid iniquitas apud
Deum? Absit. Quia enim unum diligit: &
alterum odit. Nunquid ait: iniquus est?
Non plane: sed iustus. Scit enim quid faciat: & nec
retrectandum est eius iudicium. Hoc in malachia pro-
pheta habetur. Iacob dilexi: esau uero odio habui.
Hoc iam dicit de iudicio. Nam prius de prescientia ait:
quia maior seruiet minori. Sicut & de prescientia pha-
raonem: ante futurum iudicium damnauit ut crederet

iudicaturus. Moysi enim dicit. Miserebor cui
misertus ero & misericordiam prestabo: cui miseri-
cordiam prestitero. Ergo miserebor inquit eius: cui
misertus ero. Hoc est cui miserebor: cuius prescius
eram q̄ misericordiam daturus essem. Sciens conuer-
surum illum & permansurum apud me: & misericor-
diam prestabo ei: cui misericordiam prestitero id est
misericordiam dabo: quem prescius post errore recto
corde reuersurum ad me. Hoc est dare illi cui dandū n̄
est: neque non dare illi cui dandum est ut eū uocet
quem scit obaudire. Illum autem non uocet: quem
sciat minime obaudire. Vacare est autem non pugna-
re: ad recipiendam fidem. Igitur non uolentis neque
currentis: sed miserentis est dei. Recte quia non uo-
luntate petentis: sed indantis arbitrio debet esse quod
poscitur. An enim dandus sit: dantis debet iudicio
pensari. Nam saul peccans: cum petisset ueniam nō
accepit. At contra dauid peccans: & ignosci sibi
ueniam postulans consecutus est. Ex hoc utique da-
tis dei & non dantis iudicium sequendum est: quia
non iniuste iudicat: qui omnes saluos uult manente
iusticia. H̄ spector enim cordis scit petentem: an hac
mente poscat: ut mereatur accipere. Et quamuis pe-
riculosum sit iudicium dei discernere: t̄m propter
diffidentes ut mens eorum medelam consequi possit
ne putent iudicium dei iniustum dicentes unum
uocat alterum negligit: sic arbitrantel excusari pos-
se damnandos. Rebus istud potius probemus: q̄ uer-
bis. Vbi enim rerum gestarum exempla sunt: nemo
audet queri: nec aliquam exculationem obtendē.
Duo fuerunt: dauid & saul. Requiritur hystorias:
qualis unusquisque eorum repperiatur post iudiciū.
Ut si saul bene egisset: & postquam misericordiam

non accepit probetur iniustum quod absit dei iudicium arbitremur. Aut si dauid accepta misericordia Deum contempsisse inueniatur: an in eo manserit in quo misericordiam consecutus est: et utatur dispendio. Vterque necessitatem passus est regni: & quanta fuit necessitate dauid ut filius eius eum uelle & regno priuari. In qua necessitate flens: nudo pede iter faciebat ut fugeret rex & dux populo deo. Intantum humiliatus: ut & in faciem sibi seruo suo maledicenti non responderet. Ut per pacientiam Deum sibi propitium faceret: per quem regnum credidit reseruari. Saul autem nec in tali necessitate inuentus: quia maius malum intestinum bellum quam externum. Insuperferens quia semel et iterum non sit auditus cum esset indignus: nec in precem persistit: ut meritum sibi faceret quo esset dignus. Sed impaciens & de Dei iudicio indignatus: ab ydolis que prius uelut nullius momenti & damnauerat: auxilium requisit. Et ecce iustam esse iudicium prescientie Dei: etiam nolentibus manifestum est. Dicit enim scriptura pharaoni. Quia in hoc ipso te seruaui: ut ostendam in te uirtutem meam: & ut nuntietur nomen meum in uniuersa terra. Alii codices sic habent. Ad hoc te suscitaui: ut ostendam in te uirtutem meam. Siue seruaui: siue suscitaui. Vnus est sensus. Hoc enim dicit quia cum pharao quod nomen regum erat apud egyptios sicut & apud Romanos reges augusti appellatur. Hic ergo pharao cum tanti mali esset reus: ut uiuere non deberet nunquam futurus bonus. Ne se aut merito uiuere: aut Deum quem sepe fallendum censebat ad uindictam dandam in potentem putaret: audit a Deo. Ad hoc te seruaui ut ostendam in te uirtutem

meam : & ut nuntietur nomen meum in uniuersa
terra. Vt in hoc ceterę gentes addiscerent non esse
alium deum preter hunc qui iudeorum erat & fac-
tus est christianorum : quamuis & illi christiani fu-
erint & nos nunc simul iudei propter iudam ex q̄
christus est secundum carnem. Quia iudei ueteres
sperando futurum xpm redemptorem xpiani erāt.
Nam Raab meretrix dicit exploratoribus missis a Ie-
su naue : qui prius auxes dicebantur. Audite sunt
hic uirtutes & plage que factę sunt in egypto a deo
uestro : & conterriti sunt nimis timent enim a facie
uestra. A d hoc enim seruatur pharao : ut multa siḡ
& plage ostenderentur : in illum quasi iā mortuus.
Suscitatus autem dicitur est : quia cum apud deum
mortuus esset modicum tempus accepit ut uiuere
uideretur. Vt esset in cuius pœnam & uaria tormen-
torum genera usque ad mortem omnes qui sine deo
erant meritum territi. Hunc solum deum esse cum
ammiratione maxima faterentur : a quo hæc uindic-
te sunt. Hoc etiam genere antiqui medici in homi-
nibus morte dignis uel mortis sententiam consecutis
requirebant quomodo prodesse uiuis que in nomi-
ne latebant : apertis his cognoscerent causas egritu-
dinis. Vt pœna morientis : proficiat ad salutē uiuētis.
GItur cui uult miseretur : & quem uult in-
durat. Dicit itaque mihi ex persona contra-
dicentis loquitur. Qui putat deum neglec-
ta iusticia alicui gratiosum : ut unum ex duobus
fratribus recipiat alterum respuat. Hoc est unum cō-
pungat ut credat : alterum indurat ne credat. Cui-
quidem ex auctoritate respondit. Seruata tantum
iusticia : hæc supra memorata prescientia dicens. Qd
adhuc queritur : uoluntati enim eius quis resistit ?

Primum dicit quia resisti ei non potest. est enim potētissimus ultra omnes. Deinde quia Deus omnium est & parens: & ideo nulli male uult. Quae fecit enim incolumen uult manere: nec enim competit ut iniustus sit: cuius beniuolentia tanta apparere: ut non solum faceret esse quae non erant: uerum ea ipsa uita eternam donaret & gloriam. Ut opus eius aliquid maiestati eius simile haberet. Qui ergo tam prouidus & bonus est: ambigi non debet quia iustus est. O homo tu quis es: qui respondeas deo. Iniquum iusto malum bono: imperitum perfecto: infirmum fortissimo. Corruptibilem incorrupto: immortali mortalem. Seruum nequam Domino: creaturam conditori. Nunquam dicit figmentum ei qui se fixit: quid me fecisti sic?

Hoc de ysaiia propheta: quod hic quasi proprium ponit. Quo ostendit contram auctorem: opus eius quae ei non posse. In potestate enim auctoris est: qualem uelit condere creaturam. An non habet potestatem figulus lutum ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem: aliud uero ad contumeliam. Manifestum est: uasa aliqua fieri ad honorem: quae ad usum honesta sunt necessaria. Alia uero ad contumeliam: quae stramento sunt culinarum. Vnius tantum est substantia: sed differre uoluntatem opificis in honorem: ita & de? cum omnes ex humo at ex eadem massa simus in substantia & cuncti peccatores. Alii miseretur: & alterum despiciet. Non sine iusticia. In figulo enim sola uoluntas est. In deo uoluntas cum iusticia. Scit enim cuius debeat misereri: sicut supra memorauimus.

QOD Volens deus ostendere iram: & manifestare potentiam suam. In multa sustinuit patientia: in uasis ire preparatis in interitum. Ipse sensus est: quia uoluntate & longanimitate Dei

que est patientia preparantur infideles ad poenam.
Diu enim expectati conuerti noluerunt. A deo igitur
expectati sunt: ut in excusabiles deperiret. Sciunt
enim deus hos non credituros. Et ut ostenderet
glorie sue in uasis misericordie: que prepara-
uit ad gloriam. Patientia & longanimitas ipsa
dici est: que sicut malos preparat ad interitum:
ita & bonos preparat ad coronam. Boni enim sunt
in quibus spes fidelis est. Omnes enim sustinet:
sciens exitum singulorum. Ac per hoc paci-
entia est que illos qui ex malis corriguntur: aut
bono perseverantes sunt preparat ad gloriam dei.
aut in malo perdurantes preparat ad interitum.
Dignitas autem glorie sunt: dignitas multiplex pre-
parata credentibus. Eos autem qui ex bonis fiunt
mali: & incepto perdurant preparat ad interitum.
Hoc est autem manifestare potentiam suam: in mul-
ta patientia. Quia cum putatur non uindicaturus:
quia diu dissimulat cum ceperit uindicare: appa-
rebit eius potentia. Quia cum possit statim uindi-
care diu sustinuit: ut perfidi queri non possit
damnati. Preparare est autem unumquemque pre-
scire quod futurum est: quos & uocauit non solum
ex iudeis sed etiam ex gentibus. Hos quos uocauit
preparauit ad gloriam. Siue eos qui prope erant:
siue illos qui longe sciens permansuros in fide. Sic
in osee dicit. Vocabo non plebem meam plebem
meam: & non dilectam dilectam. Erit enim in
loco ubi uocabantur non plebs mea: ibi uocabuntur
filii dei uiri. A pertum est istud de gentibus
esse predictum: que prius non erant plebs dei.
Et qui dilecti non erant ab diebus iudeis: adoptati
in filios & dilecti sunt. Ut in loco ubi non inuocabantur

tur plebs dei : ibi uocarentur filii dei uiui . Prius enim
nusquam uocabantur filii dei : nisi in iudea . Hoc est
hierosolymis : ubi domus dei erat . Sicut dicit in ps.
lxxv. Notus in iudea deus . Postea autem in zacharia
propheta . Ponam inquit hierusalem in omnibus gen-
tibus . Quia ubique futuri erant filii dei : & domus
dei in omnibus locis que est ecclesia . Hinc dominus
ait iudeis . Quia tolletur a uobis regnum dei : & dabi-
tur genti facienti fructus eius .

SAIAS autem clamat pro israhel . Hoc dicit
quia isayas clamat pro his qui credunt in xp̄o .
Hi enim sunt uere israhelites . Sicut dicit
dominus ad nathanahel . Ecce uere israhelita : in quo
dolus non est . Si fuerit numerus filiorum israhel tan-
quam arena maris : reliquie salue fient . Recedentibus
iudeis a merito & promissione patrum : dum illa non
recipiunt hi qui reliquie sunt qui credendo infide-
promissionis patribus facte persistunt . A lege enim
recedunt qui in eum quem lex solum ad salutem suf-
ficere promisit : non credunt . Igitur apostate habeā-
tur necesse est : qui dum xp̄m non recipiunt . rei sunt
uiolate legis . De maxima itaque multitudine solus
credentes dicit saluari : quos prescit deus . Verbum enim
consumans & breuians in equitate : Quia uerbum bre-
uiatum facit dominus super terram . Saluari hos pro-
mittit : quos reliquos dicit per uerbum quod iuste de-
finiens breuiauit dominus super terram . Conuenit enim
ut in solo nomine domini conditoris consequatur sa-
lutem creatura : hoc est per fidem . Quia sublatis om-
nibus neomenis & sabbato & circumcisione & lege e-
scarum & oblationibus peccatorum sola fides posita est
ad salutem que ad breuiata ex lege est . Quia quod
infide est in lege habetur : quasi principale legis .

Dicente saluatore. De me enim scripsit moyses. Ad bre-
uiata est g^o lex: reliquie iudeorum saluantur. Cete-
ri uero saluari non possunt: quia profanationem Dei
spernunt: per quam genus humanum saluare decreuit
& sicut dixit ysaias. Nisi dominus sabath reliquisset
nobis semen: sicut sogdona fuisset & sicut gomō-
ta similes facti essemus. Hoc semen quod de omnibus
solum relictum & reseruatum est: ad reformationem
generis humani. X^{ps} est doctrina eius: sicut ipse
dicit. Semen est: uerbum Dei. Hæc g^o nobis olim p-
missum est: sublatisq; oneri erant legis reliquit ad re-
demptionem. Ut data remissione peccatorum nō pu-
nirerimur a lege sicut perit sogdona. Saluatorem
g^o relictum nobis dicit ad suffragium uite quem lex
preuidere non potuit: quem ab initio deus nasci de-
creuit. Qui propterea q^o solus sine peccato inueniret:
deuicto humani generis hoste omnium peccata dele-
ret. Hæc & in apochalypsi iohannis habetur. Quia
nemo aut dignus inuentus est siue in celo siue i terra
qui aperiret librum & signacula eius. Nisi saluator
qui uicit mortem. Hæc ergo est semen: quod olim
promissum reseruauit deus. Ut tunc fructificaret
quando omnium tam iudeorum q^o gentilium pec-
cata repleta erant. Fructus autem eius ē indulgē-
tia peccatorum. Nisi enim christus fuisset reseruatus
quem ideo semen dicit: quia per ipsum reparatus
est genus hominum interisset progemes abrahæ.
Eo q^o peccatis obruti erant et lex eis prodesse non po-
tuit. Ideo hunc sequendum docet: qui presi-
dium contulit uite.

Vid ergo dicemus: q^o gentes que non sec-
tabantur iusticiam. Iusticiam autem que
ex fide est. Quoniam iusticia est in lege q^o

credita est mundo : que prohibet peccare . I curco
gentes non hanc iusticiam dicit comprehendisse : q̄
natura magistra dinoscitur : sed iusticiam eam que
ex fide est xpi . Dei enim hęc uera iusticia est : & p̄
manens si agnoscatur . Quid enim est tam iustum : q̄
cognoscere deum patrem : ex quo sunt omnia . Prima
ḡ hęc iusticia est : cognoscere creatorem . Deinde cu
stodire quę precepit . Gentes ḡ prius non requirebāt
iusticiam . i . legem que creatori testimonium perhibe
bat : uenientes inuenerunt iusticiam sup̄abundantem
plusquam scribarum & phariseorum . Qui enim tūc
quod minus est non sectabantur : comprehenderunt
postea quod maius est . Iudei autem in lege positi
qui proficere magis debuerant : deteriores effecti sūt .
Nam israhel sectando legem iusticie non peruenit . Per
fectio legis fides est : quam gentes adprehendentes
totam legem implere uidentur . Iudei autem dum p̄
inuideam non credunt saluatori : iusticiam que in le
ge est mandata uindicantes . Idem sabbatum circum
cisionem & cetera . Hęc legem non peruenierunt : hoc ē
legem non perfecerunt . Et qui non perficiunt leges
rei sunt iuxta legem . Hic enim implēt legem : quia
legem moysi peruenit ad fidem xpi . Quare ? Quia
non ex fide : sed quasi ex operibus . Sp̄nentes em̄ fide
que sicut dixi perfectio legis est : ex operibus legis
iustificari se dicebant . Idem per sabbatum neomeniā
circumcisionem & cetā . immemores scripture dicen
tis . Quia iustus ex fide uiuit . Iusticia autem legis ic
curco dicitur : quia iusto iudicio dei hęc iudeis date
sunt propter duritiam cordis illorum : ut si mustella
forte quis mortuam calcassēt : aut tetigissēt aliquam
morticinam : aut si sūrexit in uas ruisset : in mundum
diceretur . Quod magna cum sollicitudine obseruantes

ex quacunque causa incurrerant: ut in mundi esset.
S i autem sanguis mustelae pavimentum maculasset
non leui cura expiandum erat: & ut a cibis melio-
ribus abstinerentur. Sabbatum uero & circumcisio
propriam habuerunt iusticiam tempore suo: quia in-
figuram data sunt. Hoc deus per ezechielem propheta
ostendit: inter cetera dicens. Propterea dedi illis
precepta non bona. Quia erant irreuerentes: & in fide.
I n aduentu autem christi qui salutare donum erat datu-
rus: per hieremiam predicat gentes. Dabo illis testa-
mentum nouum: non quale dedi patribus eorum.
H oc testamentum legem uocat: in qua non peruene-
runt sicut supra memoravi. Nam cum gentibus qui
crediderant sarcinam obseruationis: iudei creden-
tes uellent imponere. Tunc apostolus p. ait. Quid
imponitis iugum super ceruicem fratrum: quod neque nos
neque patres nostri portare potuerunt? A tempore
enim christi indulgentia data est: promissa in lege.
A it enim isaia propheta. Veniat ex syon qui eripiat
& auertat impietatem ab iacob: & hoc illis a me testa-
mentum cum abstulero peccata eorum hoc est testa-
mentum nouum promissum in deo in christo: offendert
in lapidem offensionis: sicut scriptum est. Ecce pono
in syon lapidem offensionis: & petram scandali: et
qui crediderit in illum non confundetur. Hoc in isa-
ia habetur. Multorum relatione compertum est in
petra uel lapide: christum esse significatum. Danibel
enim propheta lapidem hunc dicit: qui absensus
a monte sine manibus percussit & comminuit omnia
regna: & repleuit omnem terram. Quod euidenter
de christo dictum est & in lege. Petra de qua fluxerit
aque: christus est appellatus. Petra autem in qua
erat christus. Et petrus apostolus inter cetera ad iu-

deos ait. Hic est lapis qui reprobatus est: a uobis hē-
dificantibus. Offensio ḡ posita in syon: christus est.
S yon uero altitudo est siue ciuitas ipsa hierusalem: que
propter noticiam dei non in merito excelsa dicta est.
I n qua saluator a deo patre suo positus predicatur. Of-
fensio factus est iudeis: dum se filium dei predicat:
natus de spiritu sancto & ex muliere. Per corpus autē
eius scandalum passi sunt: & dicebant. Nonne matē
& fratres eius apud nos sunt: quomodo ergo hic dic
quia de celo descendit? Nolebant enim uerba gestis
comparare: ut per inde agnoscerent non absurdum ēē
quod dicebat de celo se descendisse quasi corpus opera-
retur: & non deus latens operibus tantum se prodens
in corpore. Petra ḡ hoc scandalum est: iudeis & of-
fensio: que petra sine dubio corpus intelligitur sal-
uatoris. Hęc excisa sine manibus: propterea quia sic
uero de spiritu sancto facta. de uirgine est.

F RAtres. Voluntas quidem cordis mei: & ob-
secratio fit ad deum pro illis in salutem. Te-
stimonium enim perhibeo illis q̄ emulatio-
nem dei habent sed non secundum agnitionem:
quoniam a lege eos uult auferre credentes: quia ue-
lamen est iudeis. Neque hoc odio iudaismi facere
uideretur: ostendit affectum suum circa illos: & le-
gi dat multum. Sed docet tempus: iam seruandi
legem non esse. Ac per hoc prouidere se illis uelle
testatur. Si modo audiant illum: hac probent suus
non esse inimicum. Quando & testimonium phibet
illis: nobilitatis & traditionis paternae. Ignorantes
enim dei iusticiam & suam querentes statuere: iusti-
cie dei non sunt subiecti. Per ignorantiam enim di-
cit non illos credidisse in xpm. Aemulationem q̄-
dem dei habentes: sed uoluntatem & consilium eius

nescientes contra deum agebant : cum se defendere te-
stabantur. De his dicit : qui non maliuolentia & inui-
dia : sed errore xpm non receperunt. Quibus & P. &
apostolus dicit : Scio fratres quia per ignorantiam fe-
cistis hoc malum : sicut & principes uestri. Ignoran-
tes enim hunc esse xpm quem promiserat deus : alter
expectandum dicebant. Hinc iusticias suas qua ex
lege habebant ante ponentes : qui est dei iusticia in fide.
Iusticia enim ipse est. Quia quod promiserat deus : in
ipso impleuit. Finis enim legis xps est ad iusticiam
omni credenti. Hoc dicit quia perfectionem legis ha-
bet : qui credit in xpm. Cum enim nullus iustificaretur
ex lege : quia nemo implebat legem nisi qui spe-
rant in promisso christo in quo fides posita est : que
cederet perfectione legis : ut omnibus pretermis-
sione fides satisficeret per totam legem & prophetas. Mo-
yses enim scripsit. Iusticia que ex lege est quia que
fecerit homo uiuere in eis. Hoc dicit quia iusticia le-
gis moysi eos illos non faciebat : ad tempus si seruaret.
Idest uiuebant faciendo legem : debitores enim erant.
Hoc dictum est in numeris & in leuitico. Que autem
ex fide est : iusticia sic dicit ne dixeris in corde tuo. Quis
ascendit in celum : hoc in deuteronomio dictum est. Quod
hic interpretatur in xpo dicens. Hoc est xpm dedu-
cere. Aut quis descendit in abyssum : idest xpm ex
mortuis reducere. Hoc proprium apostolus ait. Itaque
iusticiam dicit hanc esse fidei : si non dubitetur de
spe dei que in xpo est. Ne diffidens dicat : quis
potuit ascendere in celum. Quia ideo passus est ut
expoliatus inferis uirtute patris : de uicta morte re-
surgens cum animabus ereptis in celum ascenderet.
Omnis enim quicumque uiso saluatore apud inferos spe-
rauit de illo salutem : liberatus est. Petro apostolo

hoc testante: Dicit enim quia ex mortuis predicatus
est. Qui de his g° in corde suo non dubitat: iustifica-
tus est ex fide. Ex lege autem iustificari: timor facit.
Tunc enim legem: quia uidet illam poenam inferre
peccantibus. Ideo non magna iusticia legis est: nec
meritum collocat apud Deum: sed a present. Fides
autem quia incredulis stulticia est: mercedem habet
apud Deum. De quo quod non uidetur speratur: sed
quid dicit scriptura. Prope est uerbum in ore tuo &
in corde tuo. Hoc scriptum est in deuterio nomio.
Quia non est ab animo nostro uel ore longe quod di-
citur nobis ut credamus. quamuis enim oculis non
uideatur: a natura tantum animorum & loquendi ra-
tione non discordat quod credimus. In ipsa enim na-
tura inserta sunt: uelut semina que auditu ex uolun-
tate exculta fructificant: testimonium creaturis. Hoc
est uerbum fidei: quod predicamus. Nullam opus dicit
legis: sed solam fidem dandam in causa christi. Quali con-
fitearis in ore tuo dominum Iesum: & credideris in corde
tuo: quod deus illum excitauit a mortuis saluus eris.
ORDE enim creditur ad iusticiam: ore autem co-
fessio fit ad salutem. Que quia superius locutus
est: hic iam illam manifestauit hanc esse regu-
lam fidei: credere dominum Iesum esse: & non crube-
scere profiteri. Quia deus illum ex mortuis reducens
deduxit in celum cum corpore unde uenerat incarnandus.
Ne incurrat sententiam euangelica dicentem. Multi inquit
ex principibus crediderunt in Iesum: sed palam non pro-
fitebantur propter iudeos. Maluerunt enim gloriam ho-
minum: magisquam gloriam dei. Dicit enim scriptura:
Omnis qui credit in illum: non confundetur. Cum exam-
coeperit fieri omnium rerum in die iudicii: & omnia
falsa comenta uel dogmata in confusione deducti. Tunc

in christum credentes tripudiabunt. Videntes omni-
bus manifestari: quia quod crediderunt uerum ē
& prudens quod putabatur stultum. Aspiciēt enī
inter ceteros se solos & gloriosos & prudentes: qui
estimati fuerant contemptibiles & stulti. Illic enī
uera probatio: ubi remuneratio & condemnatio. **N**
on est enim distinctio iudei & greci. Generaliter au-
tem omnes confundi propter diffidentiam dicit: aut
sublimari causa credulitatis quia sine xpō apud deū
nulla salus est. Immo poena est aut mors: nec enim
iudeos commendare poterit prerogatiua patrum: at
legis latio qui meritum & promissionem patrum nō
recepērunt. Gentēs autem nullum habent testimo-
nium quod uel secundum carnem commendentur:
nisi credant in christum. Nam idem dominus om-
nium diues: in omnibus qui inuocant illum. Mani-
festum est: ad omnes hoc pertinere. Siue iudeos si-
ue grecos: quia sine inuocatione domini christi nō
uiuūt apud deum. Cum gō omnium dominus sit: cō-
sentiente petro aplo & dicente. Hic est inq̄ dominus
omnium. Diues tantum non est nisi in his qui inuocāt
illum: quia ipsi accipient remunerationem. Perfidi
uero non est diues: quia participes non sunt bonorū
eius. Neque enim accipient q̄ daturum illum non
crediderunt: & tm̄ non dixit deum diuitem creden-
tibus sed inuocantibus illum: ut postq̄ credidit nō
desinat animus id postulare: quod a deo semper doc-
tus est postulandum. Quod in euangelio lucas dicit.
Propter aduersariam quia subtilis & uersutus est: semp
orandum esse: Credentibus solus datur remissio pecca-
torum. Sequitur autem ut precibus deditus liberet
a malo: & possit consequi quod promisit deus toto
corde uigilantibus. Omnis enim quicumq; i uocauerit

nomen Domini saluus erit. In michea dictum est :
ipse deus qui uisus est moysi dicit. Nomen mihi
Dominus est. Hic est filius dei qui ideo & angelus
& deus esse : ne a quo sunt omnia : ut ad id perti-
neat quia deus dicitur : q̄ unum sunt pater & filius.
Angelus autem ad hoc quia nuntius promissae salutis
est : missus a patre. Et missus ideo dicitur : ut n̄
ipse pater esse credatur : sed ab eo genitus. Ideo q̄
quicumq; inuocauerit nomen Domini : saluus erit.
Hoc sensu : & moyses locutus est. Quicumque aut nō
audierit prophetam illum : exterminabitur de ple-
be. Si ipse est omnium Dominus : ipse inuocatur a
seruis. Et quia uerus est : aduecit.
Vomodo ḡ inuocabunt : in quem non cre-
diderunt. Certe xp̄o non credunt iudei :
ipsi quem dauid d̄ Dominum. Hoc sequit̄
quod supra dixi : quod prius credendum est : ut
sit fiducia postulandi. Aut quomodo credūt ei
quem non audierūt. Apertum est non posse cre-
di illi : cum obedientia denegatur. Quomodo aut
audient : sine predicante. Nec hoc obscurum est :
quia qui predicanti resistit : auctorem eius non reci-
pit. Aut quomodo predicabunt : nisi mittantur.
Neque istud recipit questionem : quia non erunt ue-
ri apostoli : nisi a xp̄o mittantur. Nec poterunt p̄-
dicare : sine auctore. Nulla enim his signa uirtu-
tum : perhibent testimonium. Sicut scriptum est.
Quam speciosi pedes euangelizantium pacem : euan-
gelizantium bona. Hoc propheta dicit naum. Pe-
des dicendo aduentum significat apostolorum :
circumeuntium mundum & regnum dei aduenta-
re predicantium. Aduentus enim ipsorum illumi-
nabit homines : uiam ostendens qua itur in pace ad

deum quod primum iohannes baptista uenerat preparare.
Hæc pax est ad quam festinant credentes in christum.
D enimque sanctus symeon quia in mundo discordia est.
Letus in ortu saluatoris. Nunc autem ^{domine} dimittis seruum tuum
in pace. Quia regnum dei pax est. Omni enim ampu-
tata discordia: omnes uni deo genu flectunt. Deique
hierusalem superior ciuitas pacis interpretatur: quæ
est mater nostra. Sed non omnes obediunt euangelio.
Verum est: quia quamuis illustretur mundus splendore
discipline dominice sunt tamen qui repugnant: qui lum-
tenebras uocant. Horum enim sic errore acies obtusa
est mentis: ut nec ueri luminis recipiant splendorem.
Quos accusauit euangelium dicens. Lux in tenebris lucet:
& tenebre eam non comprehenderunt. Isaias enim
dicit. Domine quis credidit auditui nostro? Hoc est
qui credidit que audiimus abste: & loquimur? Fir-
mauit iudeos esse prophético exemplo: contradictores
euangelice ueritatis. Lex enim iudeos increpat: quia
sicut fuit apud ueteres: ita & nunc est. Hunc enim nu-
merum non tangit: qui fidem non recipit. Ergo fides
ex auditu: auditus autem per uerbum christi. Manifestum
est: nisi quia dicatur aliquid: nec audiri potest: nec cre-
di. Sed dico. Non quid non audierunt? Hoc est audie-
runt: & credere noluerunt. Quamuis enim fides ex audi-
tu sit: sunt tamen qui audientes non credunt. Audiunt
enim & non intelligunt: quia maliuolentia obcecatum
est cor illorum. In omnem terram exiit sonus eorum:
& usque ad fines orbis terre uerba eorum. Usque adeo
predicationem dei: a iudeis audita esse testatur: ut
etiam impletum orbe diuina annuntiatione pronuntiet.
Ipsa enim fabrica mundi predicat creatorem. Quod et
psalmographus de creatura dixit. Hoc apostolis hoc
de euangelistis quia ubique audita est: & peruenit in

omnem locum predicatio nominis xpi. Vbi enī presē-
tia hominis predicantis defuit: sonus tamen & fama
peruenit. Sicut puenerat opinio factarum uirtutum
in egypto ad omnes gentes. Teste raab meretrice. Si eī
in omnem locum peruenit: non potuerunt non audire
iudei apostolicam benedictionem predicationē. Ut
nemo ex his excusatus sit a crimine diffidentie: sed
dico. Nunquid israhel non cognouit: hec est cogno-
uit. Nequam supra dicta testimonia genus israhel in-
credulitatis causā arguit cum dolore de omnibus
israheliticis quæri uideretur. Non negat israhel cog-
uisse: & assecutum esse quod illi promissum fuerat in
lege. Sed eum qui spiritu magis israhel est: q̄ carne
quem & deus prescierat crediturum. Omnes enim au-
dierunt: & non omnes crediderunt. Ideo primum
moyses: dicit in cantico de utero nomio. Ego ad emu-
lationem uos adducam in omnes gentes: in gentem in-
sipientem in iram uos mittam. Indignantis uerba sunt
propter quod semper diffidentes: inuenti sunt iudei.
Et omnibus malis unam adsignat generationem: et i-
causam. Dum presentes increpat ibidem tangit magis
futuros: ad quos hæc pertinet. Omnium enim horum
una damnatio est: si permanent in diffidentia. Emu-
latio q̄ illis data est inuidentie: dum uident gentem
quæ prius quasi sine deo fuit: sensu bruta erat deum
suum appellare qui fuerat iudeorum. Et donum illis
promissum se adsecutam: per quam zelum passi uacu-
die distenterentur: ut malitie & incredulitatis sue
mercedes exsoluerēt. Nulla enim res sic consumit ho-
minem ut zelus quem ideo deus ultorem posuit incre-
dulitatis: quia graue peccatum est. Nam semper i ita
missi excruciantur. Quando audiuit legem & prophe-
tas ad nos pertinere: qui christum credimus. Isaias au-

dit & dicit. Palam factus sum non querentibus me: & inuentus sum inter eos qui me non interrogabant. Quoniam supra uerbu[m] moysi: usus est de exclusion[e] iudeorum. Ad hoc quoq[ue] isaie prophete exemplum subdidit: ut de eius prosecutione apertius doceret deum. expulsis iudeis ultro gentibus & gratiam obtulisse: ad obprobrium & necem iudeorum. Hoc enim isaia[s] ex persona christi testatur. Ad israhel autem quid dicit. Tota die expandi manus meas ad populum: non credentem & contradicentem. Hic israhel carnalis est. Hoc est abrahe filii: sed non secundum finem. Nam israhel uerus et spiritalis est: qui credendo uidit deum. Tota die semper significat. Semper enim correcti sunt. Propterea increpantur non creditur ut sciant: quia ipsi sibi sunt causa perditionis. Potest hoc & de saluatore accipi: qui in cruce extensis manibus interficientium eum peccatum arguit. Causa enim illa clamat sceleratum facinus iudeorum superius: quod usus sit dicere isaia[s] de his qui dei fuerant inimici: hos ostendit inimicos futuros. Et os qui israhelice dicebantur: propter quod inobedientes erant: et ut inimicos abiiciendos.

ICO Igitur. Nunquid reppulit deus plebem suam? Absit. Quia populum israhel incredulum ostendit. Nunc ne omnem israhel diffidentem dixisse putaretur: ostendit non reppulisse deum hereditatem suam quam prescit. Idem filios abrahe quos fideles sibi futuros sciuit. Nec ei promittere eis regnum: si sciret nullum ex his crediturum. Hereditas ergo domini iuxta legem filii sunt abrahe: sed credentes. Nam & ego israhelita sum ex semine abrahe de tribu beniamin. Exemplo

suo docet partem israhel saluatam: quam presciuit deus
saluandam: aut adhuc posse saluari & partem israhel
propter iugem diffidentiam perditioni deputatam.
Non reppulit deus plebem suam: quam presciuit. hoc
est: quod dicit saluator. Pater quos dedisti mihi
custodiri: & nemo ex his perit nisi filius perditioni.
Ita & hi quos presciuit deus credituros: nemo
ex his promissione repulsus est: quia sic factum est
sicut presciuit deus futurum. An nescitis in heliam
quid dicit scriptura quomodo postulat deum contra
israhel. Domine prophetas tuos occiderunt: altaria
tua effuderunt: & ego relictus sum solus &
querunt animam meam. Sed quid dicit illi respon-
sum diuinum. Reliquit mihi vii. milia uiro-
rum: qui non curauerunt genua ante baal. Aperta sunt hec.
Ostendit enim non solum heliam remansisse: qui de-
uotus deo non adorauerit hidola sed & multos qui in
fide dei permanserunt: sicut ex iudeis non pauci cre-
diderunt. Huius & hystoria congruit: quia multi per
speluncas occultati sunt propter achab regem samarie
& zezabel uxorem eius: qui pseudo in prophetas crede-
tes dei prophetas persequebantur: & populum ad y-
dolatria hortabantur. Sic igitur & reliquie in hoc
tempore secundum electionem gratie salue facte sunt.
Hoc est ita inquit & nunc hi remanserunt in legis pro-
missionem: recedentibus multis quos ante presciuit deus.
Qui enim susceperunt christum quasi in lege promissus:
hi in lege steterunt. Qui enim illum non receperunt:
a lege recesserunt. Ideo credentes aliqui dicuntur:
hoc est remanentes in lege. Si autem gratia iam non
ex operibus manifestum est: quia gratia donum dei
est non debita merces operibus: sed gratuita misericor-
dia interueniente concessa. Alioquin gratia iam non

est gratia. Verum est: quia si merces est: non est grā.
Sed quia merces non est sine dubio gratia est: quia ue-
niam dare peccantibus: non est aliud q̄ gratia. Et his
qui non requirunt: sed offertur illis ut credant. Dup-
plex ḡ gratia est: quia hęc competit deo qui abudat
misericordia: ut requirat quos gratis curet.
VID ḡ: quod querebat israhel: hoc non est cō-
secutus. electio autem consecuta est. Hisrahe-
lite hi carnales sunt qui ex operibus legis iu-
stificari se putantes non sunt adepti: ut iustificentur
per fidem apud deum. Preterea cum omnes rei sint
per legem: quia maledictus omnis qui non permanserit
in omnibus que scripta sunt in libro legis ut faciat ea.
Qui autem per fidem iustificari se crediderunt: consecuti
sūt electionem. Ut iustificati filii dei fieret. Memo-
res scripture dicentis. Quia iustus ex fide uiuit. i. non
ex lege. Ceteri uero execrati sunt. Sicut scriptum
est. Hęc subiectum in isaia legitur. Dedit illis deus
spiritum compunctionis oculos ut non uideant: et
aures non audiant: usque in hodiernum diem. Et dā
dicit. Fiat mensa eorum & in laqueum & in captiōem
& in scandalum: & in retributionem illis. Obscurentur
oculi eorum ut non uideant: & dorsum illorum semp
incurua. Ideo mensam maledicit malorum quia illic
decipiuntur innocentes. Dolo enim uocantur ad con-
uiuium: ut perimantur. Sic & amon deceptus est a fr̄e
suo absalon. Et malignus olofernes p̄ epulum: sanc-
tam iudith putauit se decipere. Et in mensa scelerati
herodis: seuerunt maligni in caput iohannis bap-
tiste & prophete. Vnus sensus est duorum prophete
de huiusmodi hominibus: qui ab initio infidi & re-
pugnantes inuenti sunt hostes bonorum. Sed aliqui
illorum emendati sunt: & correcti licet tarde. Qui

dam uero manentes impertinacia: seueritatem sententiae
non euaserunt. Imperpetuum curuati: hoc est excecati.
Nec de cetero possint uiam ueritatis aspicere. Quia
maluolentia aspernati fuerant declinantes ab ea: & ad
salutis gratiam peruenire. Qui enim cum intellexisset
credere noluit: id debet consequi quod uult ne de ce-
tero possit fidem recipere & saluari. Exempla igitur
prophetarum supradictam duplicent: continent se-
sum. Duobus enim modis decreta sunt & scripta. Duo
& enim genera hominum hic continentur. Vnum est
quod maluolentiae suae causa excecatur in sempiternum:
ne saluetur. Sunt enim pessime uoluntatis usque adeo
ut intelligentes: dicant se nescire quod audiunt. Deique
dicebant de saluatore: Quid est quod dicit. Nescimus
quid loquitur. Quid cum auditis? Demonium habet
& insanit. Alia autem pars quae uere israhel est: con-
tradicebat illis. haec uerba non sunt demonium habentis.
Nunquid demonium potest: caecorum oculos aperire?
Dum inuident quod saluatore: nolebant intelligere uidere
que audiebant: ut dum a legis peritis & phariseis non
intelligi uideretur res absurdas & quae extra legem es-
sent loqui putaretur. Queres etiam alios ad fidem pos-
sit euertere: Vnde audiunt a saluatore. Vos habetis cla-
uem scientiae & neque uos intratis neque alios finitis
introuere. Quis enim non leuius sed paulo grauiorum
legis peritorum & phariseorum consilium: & senten-
tiam non sequeretur legis defensoris. Denique his qui
uere israhelice sunt. nunquid aliqui ex principibus
crediderunt in illum. Ut inde iusti uiderentur non
credidisse: si multos conspirationis suos socios fecissent.
Quia quod a paucis defenditur: solus non probatum uideri.
Ideo excecati sunt: ne de cetero possint credere & sal-
uari. In uoluntate quod sua adiuti sunt: & quoniam sci

entes uerum dicebant esse falsum. De cetero non
intelligerent: quod est uerum. Ut uerum haberet
falsum: quod uolebant. Alterum genus est: quod
cum iusticias legis sectatur: iusticiam xpi non re-
cipit. Ex quo iam non per inuidiam male uolūta-
tis hoc agit. Sed errore emulando traditionem
patrum: cecantur ad tempus. Quia cum deberent
magnalibus christi addiscere hunc non posse fallere:
cuius tam magna uirtus in rebus gestis appareret
& predicationem eius testamento nouo promissio p
prophetas comparare: & exinde profiteri hunc qui
missus est negligentes contra deum & hominibus
ad sentientes inuenti sunt. Propterea ꝑ cecantur: ut
uantescentibus ad promissionem eorum ipsa emula-
tione dum inuident gentibus reuertantur ad fide-
dei.

ICO ꝑ: nunquid sic offenderunt: ut cade-
rent. Absit. Hoc dicit quod supra memo-
raui: quia non diffiderunt: ut nunq̄ iam sic
crederent. Id non ita propter improbitatem suam
cecati sunt ut curari non possent: sicut & diabolū
legimus cecidisse. Dicente isaia. Quomodo cecidit
de celo lucifer: casu apostasia significauit. Non
ꝑ hos sic offendisse dicit: ut caderent. Sed offensio-
nis sue causa ad tempus obtunfos: sed illorum delict-
to salus gentibus: ut illos emulentur. Hoc est qđ
dixit: quia propter peccatum illorum gentibus sal-
data est. Quia enim donum dei recusauerunt iudei:
translatum hoc ad gentes: ut emulatione zeli ac-
censi iudei conuerterentur ad xpm: zelantes pmissi-
onem patrum. Quod si delictum illorum diuitie
sunt mundi: & diminutio eorum diuitie gentium:
quanto magis plenitudo eorum. Manifestum est

quia si delictum illorum profuit mundo: dum hoc
dispendio plures habet bonos: quia multo plures sunt
gentes quam iudei: & diminutio eorum quod est damnum
promissionis diuinae gentium: per id quod lucrati sunt
uitam eternam: quanto magis plenitudo eorum: Ap-
tum est quia magis diues erit mundus hominibus bonis
si & hi qui execrati sunt conuertantur. Ex parte enim
magna saluabitur mundus. Mundus homines significa-
tur: sicut dictum est de saluatore: Ecce totus mun-
dus abiit post eum.

OBIS enim dico gentibus: quod diu quidem ego
sum gentium apostolus: ministerium meum
honorificabo. Si quomodo emuler carnem
meam: ut saluos faciam aliquos ex illis. Ostendit gen-
tibus quo affectu diligat iudeos. Nam ministerium
suum quo apostolus est honorificat: si propter affec-
tum generis sui data opera etiam iudeos acquirat ad
fidem: honorificentior enim fiet si & illos ad quos non
missus est lucratur ad uitam. Patribus enim in maxima
laude erit: si fratres inuenerit qui perierant. Si enim
ammissio eorum reconciliatio est mundi: que est
assumptio nisi uita ex mortuis: hoc dicit quia si non
credentibus iudeis gentes reconciliate sunt deo ad in-
crementum mundi circa fidem christi: querit in hac
parte & quanta plenitudo salutis si assumantur iu-
dei ad fidem christi: nisi ut ex mortuis uiuificetur
mundus in hominibus: Quia perfectis gratia danda di-
cit opera ut credant: quoniam cecitatis tempore
compensati delicti auferetur: ut uoluntatis sue reci-
piant liberum arbitrium. Quoniam si delibatio sanc-
ta est & massa. Manifestum est: quia quod unius sub-
stantie est: unum est. Ac per hoc non potest deli-
batio sancta esse: & massa in munda. Ideo ostendit

non posse indignos dici ad fidem. Hos quorum iam partes adepti sunt fidem. Quia si pars iudeorum credidit: cur & non alia pars posse credere dicatur? Et si radix sc̄a & rami. Immutatis uerbis eadem repetit. & sensum commendat duobus exemplis. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt. i. si aliqui non crediderunt ex eis ex eius promissione. Tu autem cum esses oleaster insertus es in illos. & socius factus es radicis oleae. Hoc significat quia non credentibus multis iudeis: gentes insite sunt per fidem in spem promissionis: ut dolores essent iudeis. Sed non iuxta legem agriculture: quia bonum surculum inserunt in omnes bonam arborem. Hi enim cum essent in radicem malam: inserti sunt in bonam arborem. Ideo oleastrum dicitur insertum: ut fractum surculus radicis afferat socius factus. Noli gloriari aduersus ramos. i. noli gaudere in incredulitate eorum. Displicet enim deo: si quis exultet in malis alterius. Dicit enim salomon. Nec enim in causam gentium abiicisti. Sed quia non crediderunt occasionem dederunt: ut predicaretur gentibus. Quod si tu gloriaris: non tu radicem portas: sed radix te. Id est si te extuleris super alios in quorum radicem insertus es. insultes generi qui te ex malo ut bonus esses suscepit: nec stabilis si illud per quod stas destrues. Dices itaque fracti sunt rami: ut ego insereret. Ex persona credentis gentilis loquitur: qui exultandum putant in casu iudeorum diffidentium dicens. Illorum reprobatio loci fecit gentilibus. Sed non sunt reprobati a deo ut gentes intrarent: sed se ipsos fecerunt spernentes donum dei. Unde occasionem dederunt gentilibus ad salutem. Quam extollentiam reprimi uult: ut magis saluti congaudeatur: non egritudine insultetur. Facile enim decipitur: qui gaudet alienis malis. Bene. i. recte dicitur. Quia fracti rami insertus es. Sed in incredulitate fracti sunt. Hoc

est propter te sed suo uicio: quia illis diffidentibus ad il-
lorum emulationem tu uocatus es ad salutem. Ideo gra-
tias debes agere dono Dei per xpm: non illis in salutem
sed & petere si malum illorum tibi contulit salutem
ut & ipsi redeant ad originem. Tunc placebis deo: q
tui misertus est. Ideo & enim te aduocabit: ut per
tuam emulationem reducat & illos ad gratiam. Tu
autem fide stas. Quia iudei per diffidentiam lapsi sunt.
Hos fide dicit stare: qui cum prius perfidie causa iace-
rent credendo stare ceperunt. Noli altum sapere:
sed time: i. noli superbus esse sed time ac caue: ne &
tu offendas. Si enim deus naturalibus tantis non pep-
cit: ne forte nec tibi pareat. Verum est quia si illos
qui prerogatiua patrum dignitosi erant: quibus etiam
facta promissio est deo in filios adoptati: incredulita-
tis causa excecavit. Quid his si dubitauerit aut si ex-
tulerint faciem: qui ob nullam commendationem sub-
limati sunt: qui cum nullius dignitatis essent: hono-
rati sunt. Vide g^o bonitatem & seueritatem dei. In eos q
dem qui ceciderunt seueritatem. In te autem bonitatem:
si per manseris in bonitate: alioquin & tu excideris. &
B onum deum gentibus esse testatur: quia cum uicula
sequerentur digni utiq; mortis paciencia sua expectauit
illos. Et nec sic requirentes se ultra uocauit illos: et
peccata eis remisit. Iudeis aut seuerus est: excecavit
enim eos quia donum dei spreuerunt. Hos tamen nunc
significat iudeos: qui propter malivolentiam suam in-
perpetuum cecati sunt. Unde eos & cecidisse dixit. Il-
los autem quos supra memorauit offendisse non tamen
cecidisse: quia ad tempus cecatos illos ostendit. Ac p^o
seuerum deum in eos fuisse quod in perpetuum cecati es-
sent apostate. Sed & si illi non pmanerunt in incredu-
litate inferentur. Potens est enim deus iterum inferere.

illos. Ostendit iusticiam dei non in seueritate ma-
nere circa illos quos excecavit ad tempus. Quia
non sic illos excidit: ut non illos possit iterum in se-
rere si conuertantur. Quia per prophetam dixit: Re-
uertentes ad me replantabo. Ut hoc scientes gentiles
xpiani non insultent iudeis: certi reseruati illis q̄
lapsis misericordiam dei. Nam si ex naturali exci-
sus oleastro: & contra naturam insertus es in bonā
oliuam: quanto magis his secundum naturam in-
serentur sue oliuē. Oliuam fidem p̄ quam abra-
ham iustificatus est: accipiamus. Oleastrum uero
quia agrestis & infructuosa natura est: perfidiam
significat. De hoc sibi qui semper inimici dei fu-
erunt conuersi infide abrahe inserti sunt: ex cuius
origine non sunt: quanto magis iudei si post diffi-
dentiam credant: paternae reddendi sunt nature
institi iterum in sua promissione. Nolo enim uos i-
gnorare fratres mysterium hoc: ut non ipsi sitis ubi
sapientes: quia obtusio quedam ex parte israhel
facta est: donec plenitudo gentium intraret: et
sic omnis israhel saluus fieret. Non est obscurum
quia ad tempus cecitatis obtusio data est iudeis
his qui dum emuli sunt legis non uiderunt donū
promissum a deo quod predicabatur a christo. Ze-
lo enim excecati sunt: putantes legē factorum nū-
quam debere cessare. Unde & sabbatum zelabant:
quia offensione ex parte obtusi sunt: ut pro i cre-
dulitate sua cruciarentur. Videntes gentes profitei
cum gaudio consecutos repromissionem abrahe.
Copia tamen admissa gentium abstergeretur caligo
ab oculis eorum: ut possint credere. Ut spiritu co-
punctionis habens a cordibus eorum qui eis prestat
cecitatem reddat eis arbitrium liberum uoluntatis.

Quia non de maliuolentia erat incredulitas: sed de errore ut emendarentur: ut postea saluarentur. Sicut scriptum est. Ut probaretur donum illis reseruatū a deo. Exemplum isaie prophete in subiectis ponit: ut hec gratia qua liberati sunt iudei credentes et hos liberare posse doceret. Quia non erat exinanita: sed semper abundat. Dicit g. Veni & ex syon qui eripiat & auertat impietatem ab iacob. Et hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum.

Exempli huius ratio semper manet quia diu sunt qui credant: hic enim dominus Iesus qui de celis uenturus promissus est ad liberationem humani generis: & ipse quotidie remittit peccata conuersis ad se. Nec statim non credentes condemnat: sed expectat sciens posse proficere ad agnitionem dei. Secundum euangelium quidem inimici propter uos. Causa incredulitatis inimici sunt euangelii: ut error & delictum illorum gentibus aperiret uiam ante tempus intrandi ad fidem sicut supra memorauimus. Prius enim ubique omnibus eis predicandum erat: tunc demum & gentibus oportebat credi uerbum dei. Sed quia non crediderunt ablatum ab eis regnum: datum est gentibus. Itaque enim non insultandum his preiunctis quorum delictum profuit gentibus. Illi enim insultandum est: quibus peccatum offuit aliquibus.

Non enim perfidie illorum gratulandum est: sed dolendum si tardant conuerti. Ut quomodo peccato illorum gauise sunt gentes: quia saluate sunt si conuersione eorum letentur. Ipsorum enim occasione dei gratiam citius percceperunt. Secundum autem electionem dilecti propter patres: quamuis grauius peccauerint iudei reprobando donum dei: et digni sunt morte. Tamen quia filii sunt bonorum.

quorum prerogativa & merito plurima. a deo beneficia perceperunt. Regressi ad fidem suscipiunt cum leticia: quia dilectio in his dei exsuscitatur in memoria patrum. Sine poenitentia sunt enim dona & uocatio dei. Verum est quia gratia dei in baptismo non querit gemitum aut planctum: aut opus aliquod: nisi solam ex corde professionem. Ne enim grauer qd deliquerant non recipiendo promissum dei: & quia qui grauer peccant: non nisi fletum & gemitum ad ueniam pertinent. Ne ideo illos non posse iam accipere misericordiam: putarent quia dolore illos non uidebant: ostendit hoc in primordia fidei non requiri. **D**onum enim dei gratis donat peccata in baptismo. **S**icut enim & uos aliquando non credidistis deo: nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum diffidentiam. Ita & isti nunc non crediderunt in uera miseratione: ut & ipsi misericordiam consequantur. **I**ncredulitatem gentium memorat ut ipso rubore non se iactarent insultantes iudeis qui non crediderant: sed oblectarent illos agnoscere promissum dei. Quia enim uos inquit gentes cum his eloquia dei credita sint: repugnantem fuisse nunc autem misericordiam accepisti non uestro merito sed ad horum opprobrium. Quare non magis isti conuersi accipiant misericordiam: qui prius in lege dei conuersati sunt: & quibus facta promissione: conclusit enim deus omnia in incredulitate: ut omnium misereatur. Gentes porro ab antiquis temporibus in impietate & ignorantia uersabantur: ut pote sine deo. Propter quod manifesta lex in litteris est: qua possint infrenari precipites. **E**t quoniam uersutia aduersarii cumulari peccata coeperunt: ut per indictam magis reus homo constitueretur. Deus clementiam bonitatis suae

semper homini procurans: ut & quod sine lege peccatum erat & in lege possit deleri. Hoc decreuit ut solam fidem poneret: per quam omnium peccata abolerentur. Vt quia nulla spes per legem omnibus hominibus erat: dei misericordia saluarentur. Hoc est oia conclusisse in incredulitate: ut tunc decretum donum a deo ueniret: quando omnes diffidentia laborarent: ut gratia muneris esset gratissima. Itaque nemo se iactet: miserum est enim superbum cum esse cui ignotum est.

ALTITUDO diuitiarum sapientie & scientie dei: que inscrutabilia sunt iudicia dei: & inuestigabiles uiae eius. Excelsum & imensum deum in diuitiis sapientie & scientie suae cum omni laude gratiarum actionis testatur. Est enim consilium & iudicium eius incomprehensibile. Nam sciens ab initio conuersationes & opera hominum: quia neque sola seueritate iustitiae saluari possit hominum genus. Neque sola misericordia ad profectum meritorum peruenire. Vno quoque tempore decreuit quid esse predicandum. Ante tamen promittens uniuersis suo iudicio: quia natura ipsa duce cognoscitur iusticia. Et quia auctoritas naturalis iustitiae obtorpuerat consuetudine delinquendi. Data est lex ut humanum genus terrore manifestate legis frenaretur. Sed quia non se cohibentes rei tenebantur a lege: predicata misericordia est: quae ad se confugientes saluaret: resistentes autem cecaret ad tempus. Ad promissionem eos inuitans qui prius iusticiam dei per moysen datam sequi noluerunt. Vt horum saluti dum inuidet ipso zelo ad radicis saluatoris originem se reformarent promissis in lege. Haec est altitudo diuitiarum sapientie & scientie dei: qui tam iudeos quam gentes multifaria prouidentia acquisiuit ad uitam. Quis

enim cognouit sensum Domini : aut quis consiliarius
eius fuit : aut quis prior dedit illi & retribuetur ei.
Hoc in saia scriptum habetur. Manifestum est solum
Deum esse qui nouerit omnia consilia : & hunc unum
esse qui nullius eget : quia ab ipso sunt omnia. Ac per
hoc consilium eius a nullo nec comprehenditur nec
metitur. Quia inferiorem superiorem sensum scire
non possunt. Denique a iudeis credentibus non un-
possibile uidebatur : consilium esse & uoluntatem
dei ad redemptionem gentium. Simili modo et
gentibus arduum & incredibile uidebatur iudeos
qui non crediderant posse conuerti : aut credentes
suscipi ut saluarentur. Inter cetera hoc est con-
silium dei quod latuit : nec potuit comprehendi.
Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia :
ipsi gloria. Quia ratione sensum & consilium ^{dei} inue-
stigari non potest : declarauit. Ex ipso enim inqt
& per ipsum & in ipso sunt omnia : ipsi gloria. Hoc
dicto aperuit sensum : qui occultus erat mundo. Quia
enim omnium creator est deus ex ipso sunt omnia :
& quoniam ab ipso sunt per filium eius qui eiusde-
atq; substantie est esse coeperunt : cuius opus pat-
est opus. Quia q̄ ipse operatur p̄ filium per ipsum
autem sunt omnia. Et quoniam quae ex deo per
deum sunt : post renata in spiritu sc̄o sunt : in ipso
sunt omnia. Quia & spiritus sanctus de deo est
patre : unde & scit quae in deo sunt. Ergo & in sp̄u
sancto pater est : quia quod ex patre deo est : non
potest aliud esse q̄ est deus pater. Ac per hoc ipsi
gloria : quia ex ipso & per ipsum & in ipso sunt ut
essent esse coeperunt : sensum & consilium eius scire
non possunt. Ipse autem scit omnia : quia in ipso
sunt cuncta. Patefecit mysterium dei quod supe-

oia in ipso
& per ipsum
in ipso sunt

rius dixit: non ab eis ignorare debere:

BSecro uos itaque fratres p̄ misericordiam
dei: ut exhibeatis corpora uestra hostiam
uiuentem sanctam deo placentem: rationa-
bile obsequium uestrum. Et nolite confirmari hu-
ic seculo: sed reformamini in nouitate sensus ur̄i.
Vt probetis quae sit uoluntas dei bona: & quod bo-
num & placitum perfectūq; est. Per misericordiam
dei illos adhortatur per quam saluatur humanum
genus. Post tractum enim legis & fidei populi na-
tura iudaici & gentilis ad bonam uitam agendam hō-
tatur: per enim hanc spes obtinetur. Commonitio
est ḡ haec: ut memores sint: quia misericordiam ac-
ceperunt ut uigilent circa obsequium eius a quo illis
data est per quem ex impijs gratis iustificati sunt. Sci-
entes hanc esse hostiam uiuam sanctam & deo accepta-
bilem: si corpora nostra incontaminata seruemus dissi-
miles a secularibus qui uoluptatibus student. Haec ē
uoluntas dei sanctificatio uestra. Nam corpora sub-
iecta peccatis non uiua habentur: sed mortua. Sub-
dispectione enim promissae uite sunt. Ad hoc enim
peccatis dono dei abluimur: ut de cetero mundanam
uitam agentes dei amorem in nos prouocemus. Non u-
ritum facientes opus gratiae eius. Nam apud ueteres: iō
oblata occidebatur hostia: ut homines peccati causa
morta subiectos significare. Nunc autem quia p̄ do-
num dei purificati sunt homines: & a morte secun-
da liberati uiuam hostiam debent offerre: ut signū
sint uite aeternae. Non enim sicut tunc corpora p̄
corporibus immolabantur: nunc uero non corpora
sed uicia corporis perimenda sunt. Vt autē obsequi
nostri effectum habere possimus: seruata iusticia
pudorem custodiamus. Nihil enim proficit pudō

nec rationabilis potest uideri neglecta iustitia. Hoc erit
conformem fieri spiritualium renouatum in spiritu ac fi
de. Hoc scire quod placeat deo nec aliud bonum et p
fectum esse.

ICO enim per gratiam que data est mihi omni
bus qui inter uos sunt: non plus sapere quā oport
et sapere sed sapere ad sobrietatem. & unicuique
sicut deus diuisit mensuram fidei. A parte ostendit hoc
debere nos sapere quod iusticie terminos non egrediatur.
Vt non nobis solis utile sit sed & nulli obsit. Hec ē enim
prudētia prudentia magis aliquibus q̄ obesse. Et con
temptum esse debere sorte quam mensus est. Deus merito
& fide uniuscuiusque: Nec sibi defendere quod non si
bi concessum uidetur. Hec est non plus sapere: quia un
totum concedi non potest. Nec enim si quis bonę uite ē
ex eo sibi etiam doctrine prudentiam debet defendere:
A ut quia peritiam habet legis: leuitarum sibi obsequium
uendicare debet. Hortatur q̄ & docet per gratiam sibi
datam. Hec gratia peritiam intelligitur discipline domi
nice: per quam humiliati iusticie studendum tradet.
Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: omnia
autem membra non eundem actum habent: sed sua ī plen
tes officia singula: ita multi unum corpus sumus in xp̄o
singuli aut̄ alter alterius membra. Exemplo corporis do
cet non posse hos singulos omnia: quia sumus inuicem
membra: ut alter alterius non egeat. Ac per hoc curā
nostri inuicem nos agere debere: nec alterum alii ob
sistere. Quia inuicem officis nostris opus habemus.
hoc erit diligere christum si inuicem se membra exhor
tentur: ut impleant modum quo corpus in christo
perfectum sit.

ABentes autem donationes dei diuersas secund
gratiam que data est nobis. Nunc autem ipsa of

ficia deputata membris merito fidei enumerat. Ut cum
uiderit membrum quod sibi deputatum officium est :
non perstrepat alteri cui uiderit aliud traditum : sed
congerat ut corpus ecclesie sit perfectum. Siue pro-
pheta secundum rationem fidei. A propheta incipit q̄
prima probatio est : rationabilem esse fidem nostram.
D enique credentes accepto spiritu prophetabant. Hic
ḡ datus pro modo accipientis : hoc est quantum cau-
sa exigit propter quam datur. Siue ministerium in
ministrando. Ad obsequium fraternitatis prebendū :
intantum minister firmatur quantum credidit debere
se obsequi : ne ultra fidem laborans in obsequio fatige-
tur in cassum. Quia hoc sequitur : uniuersū quod
conatur ex corde. Siue qui docet in doctrina. Si-
militer dicit adiunari doctorem in doctrina : ut in
quantum fides eius ad docendum crescit : intantum i-
spiretur ad tradendam disciplinam celestem. Siue q̄
exhortatur in exhortando. Et hunc eodem modo i-
eo ipso quo tendit auxilio : spiritus preparari ut ha-
beat gratiam dei prouocat. L accessit enim fratres
ad bonum : aut incredulos ad fidem. Qui tribuit i sim-
plicitate. Huic dicit : qui largitur bono animo auxi-
lia semp̄ : suppeditare procurante spiritu : ut non de-
sit tribuenti simpliciter. Dicente salomone. Qui tri-
buit pauperi : non indigebit. Hic ḡ tribuit simpli-
citer qui non insimulatione hoc agit ut laus ei ab ho-
minibus detur : sed ut a deo pro hoc ipso meritum cō-
sequatur. Qui preest in sollicitudine. Cum q̄ curam
ut preest fratribus suscipit iuxta fidem suam accipere
uigilantiam & auctoritatem : ut proficiat in quo sol-
licitus est habens in illis fructum quibus preest. Qui
miseretur in hilaritate. Hanc quoque secundum sensum
suum qui leto animo misericordiam facit : nō quasi

nolenti extorqueretur fundari & roborari a deo ut
in hac re nullam infirmitatē patiatur. Sciens dictum
a salomone. Dum habes occasionem : benefac. Sed
hoc multifarie intelligendum est : multiplex mīa
sub uno uocabulo. Nam supra dixit : qui largitur
in simplicitate. Quid erat opus iterare : nisi quia
sub uno misericordie nomine multa bona significauit.
Peccantibus enim : ignoscere misericordia est.
Et in necessitate aliqua posito ut oppresso opem ferre :
misericordia est. Et nudum uestire : & esurienti
panem tribuere : uel quantumlumcuq; frangere et
paruulum expositum corrigere : & cadauer opure
& alia operari : misericordia est. Ideo si bene impie
& sine tedio fuerit operatus habebit huius opis :
& in presenti & in futuro mercedem. Omnis enim
misericordia & simplicitet & cum gaudio fieri de
bet : ut simplicitas excludat hypocrisim : gaudiū
uero fretum future spei testetur examen. Dilectio
sine simulatione. Huic menti que hoc meditatatur
ut ideo diligat fratrem quia scit hoc placere auctori
deo : ne adulatio presentis uite hoc agat sub
uenit spiritus. Ut qui hoc deuota mente querit o
blequius possit implere. Audiunt enim dictum
a domino. Preceptum nouum do uobis : ut diliga
tis in uicem sicut dilexi uos. Odientes malum adbe
rentes bono : fraternitatis amore inuicem benigni.
Honorem mutuo preuenientes. Non magnum dicit
euitare malum : nisi adhereat bono. Illud autem
de timore fit : aut de amore : Nec benignum esse fra
ternitatis honorem : si non mutuis se obsequiis pre
uenerint. Sollicitudine non pigri. hoc est quod
dicit propheta hieremias : quia maledictus qui opa
dei facit negligentet. Piger enim in conuersatione

diuina: sine spe est: ideo subiecit. Spiritu feruentel. Hoc est: ut in exercitio boni operis aut legis: non sit tepidus. Sicut dicit in apocalypsis iohes. Quoniam tepidus es inquit: incipiam te euomi ex ore meo. Quotidiana enim meditatio tollit soporem: et facit uigilantem. Domino seruentel. Opera autem Domini sunt que mandat fieri pro utilitate sue ecclesie. i. fratrum. Tempori seruentel. In greco dicitur: sic habere deo seruentel: quod nec loco competit. Quid enim opus erat summam hanc ponere totius deuotionis: cum quando singula membra que ad obsequia & seruitia dei pertinent memorat. In omnibus enim his que enumerat plenum deo seruitium exhibetur. Nam seruire tempori cum dicit quid sit: alibi soluit dicens. Redimentel tempus: quoniam dies mali sunt. Ut sciatis: que admodum unicuique respondeat. Quoniam autem dixerat: spiritu feruens: nec hoc sit acciperent: ut passim importune uerba religionis ingererent tempore inimico per quod forte scandalum excitarent. Statim subiecit. Tempori seruentel. Ut modeste & cum honestate aptis & locis & personis & apto tempore religionis fide loquerentur. Sunt enim quidam etiam hoc tempore quod pax est: qui sic perhorrent uerba dei: ut audientes cum magna ira blasphemant uiam christi. Nam & ipse seruiuit tempore: quando quod noluit fecit. Inuitus enim circumcidit timotheum: & raso capite purificatus secundum legem ascendit templum: ut iudeorum soporem & insaniam. Spe gaudentel. Postquam dixit tempori seruentel: adiecit spe gaudentel. Ut si forte propter iniquitatem temporis non liceat de fide publice loqui: sed esse de meta spe gaudeat: quia hec tristitia parit leticiam. In tribulatione pa-

cienter. Hoc est spe gaudere in tribulatione esse pacien-
tem. De gaudio enim spei tolerat tribulationem. Sci-
ens multo maiora esse que his promissa sunt. Orationi
instantes. Necessaria est ualde oratio qua in tribulatione
possit liberari. precibus insistendum est. Minoribus
sanctorum comunicantes. Manifestum est: quia qui
preces suas exaudiri uult. emulus esse debet uite sanc-
torum. Cum imitatur enim comunicatur: ut hoc sit
memorem esse & comunicatorem imitari actus illorum
& si sumpta sunt indigent comunicandum eis. Sicut
dicit alio loco de collectis que fiunt in sanctis. Et ad
galathas ut pauperes memores essemus. Hospitalitatem
sectantes. Imitator & amator sanctorum. Hospitali-
tatem sectatur: exemplis sancti abrahæ & loth uiri sci.
Benedicite & nolite maledicere: ut christianos nouos
faciat per omnia: etiam ab hac illos consuetudine aufer-
re uult que omnibus communis est: ne irato animo in-
citati prius facere maledicere uelint: sed ut magis ui-
tata iracundia benedicant & laudis sit disciplina domi-
nica. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus.
Hoc est: quod alio loco dicit. Siquid patitur unum men-
brum: compatiuntur omnia membra. Et si letatur unum
membrum: congaudeant omnia membra. Cum enim
quis fert solatium in necessitatem erigit animum eius:
& apud deum sibi collocat meritum: quia membrum
diligit corporis xpi. Et si cum infideli condoleat pro-
uocat magis illum ad profectum discipline dominice.
Id ipsum inuicem sentientes diligentes. Hoc est quod
dictum est: compati debere fratribus in tribulatione.
Sicut & in alia epistola dicitur. Considerans te ipsum:
ne & tu tempteris. Alter alterius onera portate. Non
alta sapientes. alta sapere superbia est. Nam & diabolus
cum alta sapit: apostatauit. Ne elatio sit in animo: &

presumens forte de incolumitate actus sui non condoleat fratri: sed exprobet quasi peccatori. Hæc superbia est: cum se preponit offendit. Quod & dominus denotat: dicens. E uice trabem prius de oculo tuo: & tunc ualebis eicere festucam: de oculo fratris tui. Ipsa elatio peccatum est: ac si non sit peccator quod impossibile est: fit peccator dum superbit. Denique dicit salomon. Superbis deus resistit. Sed humilibus consentienter. Hoc est: ut deposita superbia alienam causam faciat suam & suam quasi alienam: ut habeat gratiam apud deum. Quia qui se exaltauerit: humiliabitur.

PROUIDERE esse prudentes apud uos metipsos: hoc in isaia propheta scriptum est. Quod hic quasi proprium ponit: ut iusticia comunis habeatur nõ ut sibi quis iustus sit: ceteris autem iniustus. Nemini malum pro malo reddentes: hoc est quod dicit dominus. Nisi abundauerit iusticia uestra plusquam scribarum & phariseorum: non intabitis in regnum celorum. Mandatum enim in lege erat: diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Hæc quantum uidetur: iusticia est. Sed ut abundet iusticia christianorum: docentur non reddere malum pro malo ut perfecti sint: & pro hoc merces illis reddatur in iudicio dei. Supergradi enim uidetur ipsam iusticiam: cum quod licet ut melior sit nõ facit celestis iusticie imitator. Mundum g^o iusticia a deo illi concessa: innocentem facit: Celestis autem perfectum: ut meritum habeat apud deum. Prouidentes bona non tantum coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Prouidere est bona futura ante oculos habere: ut ea gerantur que possint postquam fuerint facta in reprehensionem non uenire: sed magis laudi esse siue apud homines. Nequis est timor: quia deo licita non displicet: ideo non curandum si fratrum scandalum sit. Hoc premonet

quia illud fieri debet quod & Deo non displiceat & fr̄i
scandalum non sit. Hac si liceat enim & fratrem scandalu-
zet: Deo non placent: quia deus saluti studendū monet:
Sic ḡ providendo sunt bona coram deo & omnibus homi-
nibus: si ea que licet sic agantur ne scandalum faciant: Si
fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus hominibus
pacem habentes. Omnes pacificos vult intelligi: qui diui-
nam seruant iusticiam. Viderit si quis hanc pacem spre-
uerit: ut talis uero inimicus cum aut reprehendi for-
te ab illo non uult: aut inuidet bonis eius quod ab
illo tamen pertinet non discordat a bene agentibus.
Hic est enim impacificus qui pretermissa uoluntate
legis suam uis sequitur. Quanquam dicat dauid.
Cum his qui oderant pacem etiam pacificus. Sed hoc
necessitatis erat propter potentiam personarum: ut
ut obsequium humilitatis uincatur quem sic extollit
superbia ut mandata legis spernat. Potest fieri ut de
timore pacificum se quis prebeat illi: qui odit pa-
cem. Quando enim iudicem malis reddere non
uult mala: pacificus est. Hoc est de bono uincere
malum: ut uel obsequium uincatur quem mandata
legis non uincunt. Ergo si fieri potest quod ex uobis
est inquit: ut bene agentes pacem habere uideantur.
Iam si non fuerit amator pacis: tu tamen uis esse paci-
ficus quantum ad te pertinent. Si autem irreuerens
& blasphemus quis sit & pacem cum illo habere nō pos-
sis non utique tibi ad scribendum erit. Quia iohannes
apostolus eos qui negant xp̄m in carne uenisse: nec salu-
tari permittit. Nos ḡ parati sumus si fieri potest: ut cum
omnibus hominibus pacem habeamus. Ab his autem repu-
gnantibus fieri impossibile: non ex nobis si de nobis que-
rela non deponatur. Qui enim nullum ledit: appareret
esse pacificus. Non uos metipsos defendentes k̄m̄: sed

date locum ire. Ut pacis federa seruari possint: ab ira
dissimulandum mon& maxime quoniam per irā sol&
peccari. Cum quando quis furore permotus plus exigit
q̄ postul& causa delicti: aut sibi ipsi incommodum.
si grauiora competentī uindicta uult exsequi. Debilem
enim efficit quem potuit emendatum habere & sanum.
Vnde & salomon. Noli esse ait iustus multum. Est enī
qui perit in sua iusticia inquit. Volens enim singulis
peccatis respondere circa uindictam. mortem potest in
uenire tam sibi quā & quem plagis affligit. Solent eī
in pœna delinquere. Non solum tamen de subiectis
uindictam prohib& competentem: sed & de paribus
& de magnis. Hoc est de fratre in nos peccante forte
non queramus uindictari: sed remittamus dei iudicio
reseruantes. Ne dum ab ira detinemus inueniat locum
inimicus: in quo suggerat & suadeat quod contra nos
est. Scriptum est enim. Ut fortius suadeat exemplo le
gis: hoc firmat dicens. scriptum in prouerbis. Mihi uī
dictam: ego retribuam dicit dominus. Ut si minime a
nobis fiat quod doc&: deum a nobis esse contēptum
ostendat. Dupplici igitur genere proficietur: si deo
remittatur uindictam. Quia & cum iracundia perfec
ta sit: ex dei iudicio uindictabitur. Sed si esurierit ini
micus tuus ciba illum: si sitit potum da illi. Hoc enim
faciens: carbonēs ignis congeris sup caput eius. Non nu
dam uindictam xp̄o reseruari debere ostendit: sed & be
neficia dari inimicis & uere ostendamus non meritis nris
nos habere inimicos: quos ab inimicitis desinant obseq̄
is uincere nitimur. Qui si inimicitis p̄durauerint impie
tatis sue mentis nostra obsequia proficerēt sibi ad pœnā.
Aut certe obsequiorum nostrorum sedulitate conpuncti:
ueluti carbonēs mortui reuiuiscant. Ut ḡ nos intantum
perfectos faciat: ut non solum nos metipsos sed & aliō

acquiritur ad uitam. Inimicus non solum uicem reddere
prohibet. Dominus per salomonem: uerum etiam bina-
ritatem ad amicitiam prouocare hortatur. Noli uinci
a malo: sed uince in bono malum. Hec interpretatio
a apostoli est: cohortantis ne uicem reddamus inimicis.
Sicut dictum est. Multum enim proderit nobis: si ma-
litiæ cedamus. Vincit enim malum qui ad tempus uin-
ci uidetur ab illo. Et saluator enim sic uicit malum: dum
restitit. Contra se enim agit malicia: & dum uincitur
uincere se putat. Id enim agit inimicus: ut & nos de
proposito nostro abstrahat occasionem querens quo
peccemus. Ideo si prouati ab illo uicem illi non reddamur
uincimus illum in bono. Ideo enim non resistimus: ut
bonum seruemus neglecta iusticia: quia cogit iusticia
ad retribuendum.

MANIBVS Potestatibus sublimioribus subditi
estote: non est enim potestas nisi a deo. Quonia
celestis iusticie legem sequendam mandauit:
ne ab hac presenti dissimulare uideretur hanc comedat.
Quippe cum nisi hac fuerit seruata: illa custodiri non
possit. Hec enim quasi pedagogus qui paruulos imbuat
ut possit potioris iusticie uiam sequi. Nemi enim pot
imputari misericordia: nisi habuerit iusticiam. Ut ergo
ius & timorem legis naturalis confirmet: Deum auctorem
eius testatur. Et ministrantes eam dei ordinatione habe-
re: ideo adiecit. Que autem a deo sunt ordinate sunt
ut nemo putet quasi humana comenta contempnenda.
Vident enim ius diuinum humanis auctoribus disputatum.
Hic ergo subiectus est potestati: qui se terrore dei ab his
abstinet que prohibet. Itaque qui resistit potestati dei:
ordinationi resistit. Hec contra istos est: qui per poten-
tiam fortem aut qui aliquid deprehendisse posse non cre-
dunt: & per hoc illudere se lege putant. Ostendit his.

dei esse Legem: & non euasuros iudicium dei: quia ad
tempus aliquo pacto euadunt. Qui autem resistit ipi
sibi: damnationem acquirunt. Manifestum est quia
unusquisque operibus suis: aut iustificabitur aut co
demnabitur. Qui enim audientes Legem peccant: in
excusabiles sunt. Nam qui principantur non sunt ti
moris bonis operibus sed malis. Principes hos dicit re
ges: qui propter corrigendam uitam & prohibendam
aduersa creantur. Dum enim habentes huiusmodi
ut sub uno sint ceteri. Vis autem non timere potesta
tem: bonum fac & habebis laudem ex illa. Laus ex
potestate tunc surgit: cum quis innocens inuenitur.
Dum enim minister est: tibi in bono. Manifestum est:
ideo rectores datos ne malum fiat. Si enim male fe
ceris time: non enim sine causa gladium portat. Hec
est: ideo comminatur: ut si contemptus fuerit uin
dicat. Dei enim minister est: uindex in iram: in eum
qui male agit. Quoniam futurum iudicium statuit
Deus: & nullum perire uult. Hoc in seculo recto
res ordinauit: ut terrore interposito hominibus ut
pedagogi sint: ne in poenam incidant futuri iudicii.
Ideoq; subditi estote. Non solum propter iram .i. ultio
nem presentem: parit enim ira uindictam sed & propter
futurum iudicium. Quia si haec euaserint illic eos poena
expectat ubi accusante ipsa conscientia punientur. Nam
accuso ipsa tributa penditis: ministri enim Dei sunt in hoc
ipso seruientes. Ideo dicit tributa prestari: ut que dicitur
fiscalia ut subiectionem prestent perquam sciant non
esse liberos: sed sub potestate agere que ex deo est. Princi
pi enim suo qui uicem agit dei: sicut dicit daniel pro
pheta. Dei est enim inquit regnum & cui uult dabit
illud. Unde & dominus. Reddite ergo aut: que sunt ce
saris cesari. Huic ergo subiciendi sunt sicut deo. Cuius sub

lectionis probatio hoc est: cum illi penduntur tributa. Redditur ergo omnibus debita. Reddi uult ab omnibus debita: quia & potentes sunt minoribus: ut respondeant factis & meritis illorum. Cui tributum tributum. Cui uectigal. uectigal. Primum ea que sunt potestate regie dignitatis debita exsolui iubet: quia maior in his causa aut necessitas. Cui timore: timorem. Timorem potestati exhibendum: cui timor prohibet peccatum. Deinde aut parenti aut domino terreno: ut gratias agat infilio: aut seruo christiano. Cui honorem honorem. Potest huic honor etiam circa eos esse qui sublimes uidentur in mundo. Ut uidentes humilitatem seruorum christi: laudent potius quam uituperent euangelicam disciplinam.

EMini quicquam debeatis: nisi ut in uicem diligatis. Pacem nos habere uult si fieri poterit cum omnibus. Dilectionem uero cum fratribus: & hanc tamen honore seruata. Idcirco autem debitores dicit: quia homini qui dignus honore est siue presenti siue futuro dignum & debitum est inclinari. Illi autem quis inclinatur a quo honorem accepit: ideo debitor dicitur. Si enim hoc non feceris: principi tuo superbus eris. A ut enim merito quis honorandus est: aut etate. Qui enim diligit proximum: Legem impleuit. Legem datam a moysse implet: qui diligit proximum. Nam noue legis mandatum est: etiam inimicos diligere. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non concupisces. Hoc moyses scriptum accepit a deo: ad reformationem legis naturalis. Et si quod est aliud mandatum in hoc uerbo consumatur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Hoc scriptum est in leuitico manentibus supradictis

mandatis. Itaque in dilectione impleri legem significat
sicut dixit. At si sint alia mandata que nunc tacuit
tamen pro omnibus mandatis dilectio satisfaciat. Nam
si se humanum genus ab initio dilexisset: iniquitas in
terris non esset. Exordium enim iniusticie: discor-
dia est. Ideoque iniquitati dilectio: iniquitas est. Sed
quia malo malum est: bono bonum est. Dilectio pro-
ximi: malum non operatur. Plenitudo ergo legis est
dilectio. Malum non operatur quia bona est dilectio
nec peccare potest illa que legis est perfectio. Per le-
gis uerba ad sensum euangelicum peruenire. Ideo enim
quod summum est legis memorat: & huic euangelio
sociat: ostendens unum esse sensum auctoris. Sed quia
tempore christi addi aliquid oportuit: non solum
proximos sed inimicos diligere precepit. Unde sub-
ditur. Plenitudo ergo legis: est dilectio. ut iustitia
sit diligere proximum. Abundans uero & perfecta
iusticia etiam & inimicos diligere. Inimicos autem
quid est aliud quam optare desinere illum ab odio: &
nihil asperum petere aduersus illum. hoc est amare
illum: ea illi optare que tibi ut deum habeat propici-
um. Hec est celestis iusticia. Hec deo patri similem
facit: quia non colentibus se annua dona largitur.
Nam & dominus in cruce positus postulat pro inimicis:
ut plenitudinem gratie ut iusticie quam docuerat
demonstraret.

In hoc scientes tempus quoniam hora est iam
nos de somno surgere. Tempus esse dicit: &
quod ad meritum proficere debeamus. hoc
est de somno surgere: operari bonum quasi in die:
hoc est palam. Illicita enim nocte: i. in abscondito
fiunt. iam enim in manifestatione positi quod est in no-
ticia dei agnoscentes: quid sequi debeamus. Dare o-

peram debemus: ut pure uiuentes ad promissum premii
ueniamus: excusso somno. i. ignorantia sive negligentia.
Propior est nostra salus nunc quam cum credidimus. Ma-
nifestum est quia post lauacrum bene uiuentes & cha-
ritati studentes non longe sumus a merito resurrectio-
nis promissae. Bona autem uita christianis signum est fu-
ture salutis. Nox praecessit: dies autem appropinquauit.
Nocte ueterem hominem significauit: qui per baptismum
renouatus est. Hunc praeterisse dicit: quasi noctem. Die
autem appropinquasse: cuius lumine ueritas nobis appa-
ruit: ut sciremus quid agere deberemus. Prius enim igno-
rantes xpm in tenebras eramus. At ubi didicimus: lux
nobis orta est. Transiuimus enim a falso ad uerum. A-
buciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma
lucis. Tenebrarum sunt opera uita carnalis: quae illece-
bris secularibus agitur. Haec digna est tenebris: sicut
dicit Dominus. Tollite illum & ligate manus & pedi-
bus: & mittite in tenebras exteriores. Induere arma lu-
cis: gesta sunt bona. Quia sicut mali actus tenebris depu-
tantur quia occulte fiunt: ita & qui bene agunt palam
agunt: quia non uerentur sed gaudent. Boni ergo ac-
tus arma lucis sunt impugnantes tenebras quae sunt ui-
cia carnis. Sicut in die honeste ambulemus. Verum est:
ut quia publice non peccatur: sic agamus quomodo
arguatur publice. Nihil enim tam publicum: quam ue-
ritas. Non in commensationibus: & ebrietatibus. Com-
mensationes sunt: luxuriosa conuiuia: quae aut collatio-
ne hominum celebrantur: aut uicibus solent a contu-
bernalibus exhiberi: ut neminem illic pudeat aliquid
in honeste dicere aut facere: quia unusquisque praesumit
quod suum conuiuium sit. Solent enim in alia men-
sa a pudore coerceri. Sed hic ad hoc conuenitur: ut
feda illic geratur copia uini: & incitetur libidinis diuer-

sa uoluptas: ideo euitanda precepit huiusmodi
conuiuia. Non in cubilibus: & unpudicitus. Post lu-
xuriosum conuiuium & hebetetatem hoc subicit quod
sequitur. i. concubitus unpudicitus. Hoc genus huius-
lasciuittatis est fructus. Non in contemptione & emula-
tione. Recte ab his coherceri monetur: quia omnis co-
temptio & zelus inuicem parit: quas tenebras uocat:
quia ad lucis premium peruenire non possunt. Sed in-
duite dominum Iesum xpm.

T Carnis curam ne feceritis in desideris. Caram
carnis prohibetur: id est uoluptatem: ut omne
quod prohibetur per legem non desideretur:
aut certe desiderator uincatur. Ipsa sunt enim opera car-
nis: ut his exuti induant dominum Iesum xpm. i. in noua-
ti per xpm ab his se malis retineant. Hic enim induit xpm
qui se ab omni errore & turpitudine separauerit. Ne in
conuiuio nuptiarum sine ueste inuentus turpiter abiectus:
tenebris mancipetur. Si quo minus non sunt induiti Ie-
sum xpm dominum: super cuius nouam uestem ueteres
pannos induuntur. Exuti enim ueterem in noua uite
manendum est. Infirmum autem infide assumite: non
in disceptione cogitationum. Quoniam ex iudeis erat
qui Romanos ad nomen xpi assumpserant amixta le-
ge sicut in primordio epistole memorauimus. Ideo quibus-
dam uideretur prohibitam carnem hedere non debere.
Aliquis autem qui sine lege xpm sequebantur uide-
bantur contra legem hedere licere: & per hoc ipsum
disceptiones erant inter eos. Quasi apostolus concordie
& saluti studens: diuinam disputationem aufert. Oste-
dens ut neque hederi prodesse apud dominum: neque
hederi obesse. Infirmum esse dicit quia propterea
quod iudei prohibita tamen hedere. Hunc ergo remitti de-
bet iudicio suo: ne scandalum passus a charitate que

quali mater est animarum : recedat cum mentali perturbatione : cum christiani pacifici esse debeant & quieti .
Alius enim credit hederere omnia . Hic fiduciam lectionis non dubitat omnia hederenda : que data sunt humanis usibus . Legit enim in genesi omnia bona valde esse que creauit deus . Ideo nihil reiciendum : quia neque enoch qui primus deo placuit : neque noe qui in diluuiio solus iustus inuentus est : neque abraham ille amicus dei : aut isaac aut iacob iusti & amici in quos & loth fuit : aut ceteri iusti ab his abstinuissent leguntur . Is uero qui infirmus est olera manducet legitur quia hoc putat ut ille olera hederat : ideo suadendum non est ut carne hederat : ne cum serupulo hederat ut uideatur peccare : quia propositum suum non custodit . Itaque qui hedit non hederentem non spernat : & qui non hedit hederentem non iudicat . Quia uoluntatis est hederere aut non hederere : ac per hoc questio hinc fieri non debet . Ad hoc enim facta sunt omnia : ut uoluntati subiaceant : quia domino humano subiecta sunt . Deus autem illi assumptus : assumptus est a deo & ad gratiam uocatus est .
Tu quis es qui iudicas alienum seruum : suo domino aut stat aut cadit . Manifestum est seruum non debere conserui uoluntate iudicare : cui lex in hac parte tradita non est . Nam qua conscientia hederat aut non hederat dominus iudex est : cuius seruus est . Stabit inquit domino suo : aut cadet . Potens est enim deus statuere illum . Stabit aut inquit domino suo : propterea quia neque si hederat reus erit : neque si non hederat culpabilis . Si tamen deuotione hoc agat : ne euitans hanc uelut contraria . Nam alius iudicat diem inter diem : hoc est : alicui placet iterpositis hederere . Quidam enim sunt que tertia feria carne non hederenda statuerunt : sunt que sabbatis : sunt que iterum que a pasche usque ad pentecoste hederunt . Alius aut iudicat omne diem .

Hic omnem diem iudicat: qui nunquam hedit. Vnusquisque
in suo sensu abundat: hoc est unusquisque suo remittatur
consilio. Qui sapit diem Domino sapit. Verum est quia
semper abstinens est: deo placere se putat. Et qui hedit
Domino hedit. Domino hedit qui gratias agit creatori.
Et qui non edet Domino non edet: & gratias agit crea-
tori. Gratias agit dum fatetur dei esse creaturam & bo-
nam creaturam: sed se dissimulat ab ea non condemnari.

EMO enim nostrum sibi uiuit: & nemo sibi
moritur. Sibi uiuet aliquis si non ageret sibi
lege. Aut qui freno legis gubernatur: non
sibi utique uiuit: sed deo qui legem dedit: ut secundum
uoluntatem eius uiuatur. Et qui moritur simili modo
deo moritur: quo iudice aut coronabitur aut con-
demnabitur. Sive enim uiuimus sive morimur deum
sumus. Verum est omnes nos domini quasi seruos in con-
ditione & redemptoris domini: & unumquemque pro meri-
to suo tractari.

In hoc enim christus uixit & mortuus fuit atque surrexit.
ut & mortuorum & uiuorum dominetur. Per christum
dominum facta est creatura: que per peccatum alie-
nata est ab auctore facta captiua. Que deus pater ne
opus eius periret misso filio suo de celis ad terras do-
cuit quid faciendo manus piratarum effugeret propter
quod occidi se passus est ab inimicis. Qui descendens
ad inferos innocens erat occisus ut reum faceret pecca-
tum: ut quos tenebat apud inferos amitteret. Quia ergo
uiuis ostendit uiam salutis ac se operuit pro eis: mortuos
uero liberauit de inferno. Tam uiuorum: quam etiam mor-
tuorum dominetur. Ex perditis enim iterum reforma-
uit sibi illos in seruos. Tu autem quid iudicas fratrem
tuum in non edendo: aut tu quare spernis fratrem tuum
in edendo: omnes enim stabimus ante tribunal christi.

Docet enim non oportere iudicare hac re: quia non continere in lege: propterea cum Deum iudicem expectemus. Scriptum est enim. Vivo ego dicit dominus quia mihi flectetur omne genu: & confitebitur omnis lingua Deo. Hoc in Isaiâ scriptum est. Quia omnis lingua confitebitur Deo in fide Christi. Nam quia occisus est: resurrexit futurus iudex recte ait. Vivo ego dicit dominus: & non solum vivo: sed & iudicaturus sum et inimici fatebuntur in mente & genu flectent cognoscentes me Deum de Deo. Itaque unusquisque nostrum pro satisfactionem reddet Deo. Quoniam inquit nos pro nobis in vicem reddituri sumus rationem: non nos in hac parte quae superscripta est alterutrum condemnemus. Non ergo amplius iudicemus. id est scientes hoc cessamus a discordia: Sed in hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. In eo iudicandum monet quod sit quod potest & auctoritate legis defendi. Nulli autem fratri carnem edendi fiat scandalum.

Scio & confido in Domino: quia nihil commune per ipsum. Manifestum est quia saluatoris beneficio omnia munda sunt: qui de sub iugo legis eruit homines & iustificans reddidit statum pristinum libertatis ut digni sint uti & tota creatura: sicut & veteres sancti. Qui autem adhuc sub lege sunt: non licet illis uti aut edere quae prohibentur: Lex: quia indulgentiam datam spernunt. Non enim secundum naturam suam: sed cum contra edictum edetur immunda sunt. Denique in lege ait. Erunt immunda vobis. Et plane qui existimat aliquid esse commune. Illi commune est siue qui ex iudeis Christianus est: siue gentilis putat esse tale vitandum. Ipse est: quem supra infirmum dicit. Dubitando enim non est infirmus apud istum: in mundum est quod putat non edendum esse: Et quia non hoc superstitione facit sed timore suo iudicio remittendum est.

Nam si propter escam frater tuus contristatur: iam non
secundum charitatem ambulat. In alia epistola dicit:
Esca uentri: & uenter escis: & hunc & hanc deus destru-
et. Quia non de esca aut placet: quis deo aut displicet.
Ideo charitatem sectandam mouet: qua nos deus libera-
re dignatus est. Sic enim ait. Deus autem propter nimiam
charitatem: misertus est nostri. Qui ergo huius benefici-
memor est hanc excollit: nec illi aliquid ante ponit: sed
pretermittat maxima: que scit promissionem non parare
apud deum. Noli cibo tuo illum perdere: pro quo christus
mortuus est. Quantum ualeat salus fratri ex morte christi
cognoscitur. Itaque qui scit quantum constat confirma-
re illum debet non scandalizare: ut ex re frivola faciat
illis scrupulum & incipiat excitare an manducanda caro
sit: nec ne qui forte simpliciter edebat securum a conscien-
tia sua. At uero cum aduertunt controuerse incipit per-
turbationem: ut dei creatura peccare & erit iniuria
creatoris que proficit ad perditionem dubitantis. Non ergo
blasphemetur bonum nostrum: hoc est doctrina domi-
nica cum sit bona & salutaria: non debet per rem fri-
uolam blasphemari. Blasphematur autem: cum dubitatur
de dei creatura. Potest & sic intelligi bonum nostrum
blasphemari: quia qui bona opera habet si in alia repre-
hendatur re minima: bonum illum suum offuscet et
incipiat bonum eius blasphemari propter malum eius. Sicut
scriptum est in ezechiel. Iusticia iusti non proficit si
errauerit. Tale est si quis forte decorus: habeat autem fron-
tem aut nasum conlsum unde deformatur facies eius.
Ideoque illa mouet sectanda que bonis reliquis non tollant
fauorem. Non enim regnum dei: esca & potus. Manife-
stum est: quia nemo per escam placet deo: aut displicet.
Sed iusticia & pax & gaudium in spiritu sancto. Nisi regnum
dei dicit intrare qui iusticia sequuntur: sed christianam

habentes pacem quam dominus dedit dicēs. Pacē meā
do uobis. pacem relinquo uobis. Et ex qua oritur gaudi
um in spiritu sancto. Disceptatio autem nō habet
gaudium. sed iram. Ideo non illi respicit sp̄s sanc
tus. quia gaudet in solis pacificis. Sicut enim ex no
bis contristatur. sic & gaudet in nobis. Qui enim in
hoc seruit xp̄o placet deo. & probatus est hominib.
quoniam xps nos redemit. Ideo aut qui in hoc xp̄o
quali redemptori placet deo. Quare. quia ipse misit
christum. ut redimeret genus humanum. Sicut ipse
dominus ait. Qui non honorificat filium nō honorifi
cat patrem. qui misit illum. Qui ḡ placet deo. pro
batus est hominibus. Quomodo. Accepit ergo donū.
per quod appareat dignus deo. Itaque que pacis sint
sectemur. & que edificationis sunt inuicem custodia
mus. quoniam disceptatio discordiam parit. Ideo que
ut pacifici esse possimus ab intentione. edendi aut nō
edendi. dissimulare nos doceat. A edificationis autem
uiam sequi hortatur. ut cum pace ea conferamus.
Per quod inuicem nos edificemus ab his que infructuo
sa sunt. & magis contraria declinantes. Collatio enim
potest prodesse. Est enim excitans mentem. si tamen
uincendi studium contempnatur. Hec est enim quod pa
rit iram. Noli propter escam soluere opus dei. Hom̄
opus est dei dum reformatur per regenerationem. Et
esca opus est dei. sed non homo propter escam. sed esca
propter hominem. Multum ḡ distat. Ideo noli inquit
hoc opus dei est quod preclarum est dissoluere. prop
ter quod humillimum est. Hec est salutem fratris stu
dere. curam non esse ut agere ut fratrem contristet.
Beneficium enim dei irritum facit qui fratrem liberato
a peccato p̄ disceptationem rursus prouocat ad peccan
dum soluens in ipso opa xp̄i. que gessit ut hominem

Liberare a peccato. Omnia quidem munda sunt. Verum
quidem hoc manifestum est: omnia munda esse: quia
pe cum in genesi legitur. Omnia que fecit deus esse
bona ualde. Sed malum est homini qui per offendicu-
lum edit. Cum ergo per naturam omnia bona & munda
sint: dubitantibus tamen fiunt in munda & erit illi
offendiculum qui cum dubitat edere: tamen non mun-
da conscientia: quia quod sibi inutile putat facit. Non
nulli contradicendum est: qui hanc rem sequatur. Bo-
num est non edere carnem: & non bibere uinum. Cum
de sola carne ageretur: adiecit ad potum. Ut confoueat
eos qui ab his abstinent pro id quod licitum est carnem
edere & uinum bibere: ne contristarentur ab illis qui
his utuntur. Dedit eis respirandum solatium ut in uo-
luntate sua quiescerent: & disceptatio pro quam discor-
dia sit cessare. Cum enim non latet bonum esse & car-
nem edere & uinum bibere: & e contra carnem non e-
dere & non bibere uinum bonum esse addiscunt nemo
litigat. Creatura enim data est ad usum uolentibus non
tamen necessitas est imposita: aut uolenti aut nolenti. Ne-
que enim in quo frater tuus offendit: aut scandalizatur aut
infirmatur. Eadem dicit debere fratri qui infirmum animum
sibi constituit ad edendum fieri questio: ne perturbatus
offendat nescius quod teneat. Tu fidem habes penes te-
metipsum: habet coram deo hoc est: quis es qui edes
securus quia creatura dei bona est: non opus est ut de
altero iudices: quia plus est ut pacem habeas cum fratre:
Hec enim in lege est apud deum. In esca enim utilitas car-
nis est. In pace uero & carnis & anime. Ac per hoc ab
huiusmodi disceptatione cessandum est: ut unusquisque
in proposito cordis sui maneat. Beatus qui non iudicat
semetipsum: in eo quod probat. Unum quem proprio iu-
dicio censet condemnandum. Qui quod dicit non de-

bere se facere facit: & hunc beatum qui nō aliud facit
q̄ sibi utile probat: Qui autem discernit quid edide-
rit damnatus est: quia non ex fide est. Verum est q̄
iudicat non edendum & edet: damnatus est. Ipse
enim se damnat: quando id quod sibi inutile asserit facit
quia non ex fide. Non utique ex fide edit: qui eden-
dum negat & edit. Omne autē quod non est ex fide: pec-
catum est. Recte peccatum appellat: quod aliter fit
q̄ probatum est. Quomodo Romanam in lege inducti
erant sicut in primordio epistole memorauit. Adueni-
entibus autem qui rectius crederent questionem mouerēt
de edenda carne & non edenda: & horum pars qui
edendam & non probandam diceret melior uideretur.
Quia omnia munda: ualde sunt. Infirmos dicit qui e-
dendam negarent: siue ex iudeis siue ex gentibus &
remitti illum in proposito cordis sui. Nec enim obest nō
edere: aut prodest erga deum edere. Ne quāuis ratio ad-
stricti per quod tamen cum scrupulo ederent delinque-
rent. Debemus autem nos firmiores infirmitates ualidor
portare: Recte aut debemus: quia oportet doctores in-
firmos firmare: & imperitos erudire cum mansuetudinē
ne prouocati dum contendere uolunt: & ne dum hui-
les uideantur in penul proficiant. Et non nobis ipsi pla-
cere hoc est: non quod nobis prosit & placeat iudicare:
sed quod fratri quia inuicem curam nostri agere debemus.
Vnusquisque proximo suo placeat in bono ad edificationē:
Nunc personam suam discreuit: hos enim commonet ut
charitati studentes proximis placeant ad id quod est
utile. Hec est edificatio: sicut alibi ait. Ego inquit
omnibus pro omnia placeo: nam & xps non sibi placuit:
sed sicut scriptum est. Detractiones exprobranti tibi
cecidit super me: In ps̄ lxxvii. non sibi metipso die
placuisse: sed deo patri. Quia dicit: non enim descendi

de celo ut faciam uoluntate meam : sed uoluntatem
eius qui misit me patris. Et quia cum hæc diceret co
tradicientibus Iudeis quasi peccator occiditur : psalmo
graphus ex persona eius uerba facit ad Deum patrem dicent.
Detractiones exprobrantium te : ceciderunt super me :
Hoc est cum ego uoluntate tuam facerem : dixerunt me
peccare in te. Qui me non recipiendo quem misisti : ex
probrauerunt te : Quia iudei cum peccaret in Deum : non
recipientes quem misit xpm : insuper & occiderunt eum
quasi peccantem in Deum . Si peccata peccantium in Deum
ceciderunt super xpm : innocens enim a peccatoribus
occiditur quasi blasphemus . Sicut scriptum est in eua
gelio.

Ue cunque enim scripta sunt ad nostram confir
mationem scripta sunt : ut per patientiam & ex
hortationem scripturarum spem habeamus .
Manifestum est : quia quaecumque scripta sunt : ad nostra
disciplinam scripta sunt : ut ex ipsa exhortatione profi
ciamus ad spem non diffidentes de promissis si adhuc
tardent . Deus autem patientie & consolationis det ubi
unum inuicem sapere secundum Iesum xpm : ut una
nimes uno ore honorificent Deum & patrem domini
nostri Iesu xpi . Quasi ad salutem missus aplos in bono
uoto plebem prosequitur . Optans ut Deus det eis unum
sensum sapientie secundum Iesum xpm : ut iuxta doc
trinam xpi sapiant . Tunc enim poterunt dilectionem ser
uare : exemplo domini dicentis . Maiorem hac dilectio
ne nemo habet : quam ut animam suam ponat quis pro amicis
& fratribus suis . Et ita uno ore una confessione laudare
Deum patrem in xpo : si inuicem se iuxta sensum xpi fuerit
exhortati ut sine cessatione laudent Deum omnia que fecit
per xpm & per errorem lapsa per eundem iterum erigere et
reformare dignatus est . Duplex dandi beneficium : misericordiam

& cognitionem. Propter quod & assumpite alteru-
trum: sicut & xps assumpsit uos in honorem dei. Sic
assumpti sumus a xpo dum infirmitates accepit: & agri-
tudines nostras portauit. Ut hoc exemplo nos inuicez
nostram infirmitate per patientiam confirmemus: ut
nomen honoris dei assumptum in nos non euacuetur.
Fili enim dicimur dei per gratiam xpi. Dico enim
xpm ministrum fuisse circumcisionis propter ueritate
dei: in hoc ut confirmaretur promissiones patrum. Ori-
ginem commendat Iudeorum. In circumcisiones enim
filios significat abrahe: quibus missus xps ministravit
patribus gratiam repromissam. Unde saluator. Ego enim
sum inquit in medio nostrum: non ut minister sed ut
ministrem: ut ueritas in promissione facta patribus pro-
baretur. Circumcisio enim carnis data est abrahe i figuram
circumcisionis cordis: quam postea propheta futuram
significauit dicens. Circumcidite duritiam cordis uiri
huius uerbis circumcisionis promissae minister xps est.
hoc est predicator. De hinc aplos ut circumcisionis car-
nem ministrare cordis circumcisionem: sic enim ait.
Sicut me misisti in hunc mundum: ita & ego ueni eors
in hunc mundum. Circumcisio enim cordis est subla-
ta erroris nebula: agnoscere creatorem deum patrem et
filium eius xpm Iesum per quem creauit omnia: ut i
ueritas impleretur. Promiserat enim daturum se miam:
& promiserat patribus iudeorum. Nam dixerat abra-
he. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et ad
dauid dixit. De fructu uentris tui ponam super sedem
meam: & orietur stella ex iacob. Gentes autem super
misericordiam honorate deum. Quia enim his nulla
promissio erat quasi indigni p solam misericordiam
assumpti sunt ad salutem: ut per confessionem hono-
rent deum: quia increduli honorant. Sicut scriptum

est. Propter hoc confitebor tibi in gentibus. & nomi-
ni tuo cantabo. Exemplo prophetico probat. Scriptum
est enim in ps. xvii. gentes admittendas ad grām dei
ad percipiendam salutem. Vox xp̄i est quia futurum
dixit: quod in gentibus predicatio ei fructum habitura
esset & confessionis. i. sacramenti dei. Ideo gratias ex hoc
agit filius obedientie gentium. Unde in euangelio ait:
C onfitebor tibi pater domine celi & terre: quia absco-
disti ea sapientibus & prudentibus & reuelasti ea par-
uulis. quoniam bonum placitum ante te. Confessio ḡ
ista unius dei est in trinitate ex qua exsurgit letitia. s̄
ut post ueri confessionem letus decantet misericordiā
& donum dei. Et iterum dicit. Letamini gentes cū
plebe eius. Hec in cantico de utero nomū. Et iterum
dicit. Laudate omnes gentes dominum: & magnifi-
cate eum omnes populi. Hec in ps. cxvi. olim decre-
uisse deum ostendit interueniente misericordia sua
concordes facere iudeos & gentes. ut gratiam adepti
gentiles locū fierent iudeorum. Quia & ipsi olim
dono dei plebs eius erat nominata: sed iam nobiles iu-
dei hi uero ignobiles per misericordiam nobilitati
sunt: ut simul omnes leti sint agnitione ueritatis &
laudantibus gentibus deum magnificent omnes populi.
D uodecim tribus unum deum qui hauxit numerum
plebis suae adiunctis gentibus. Deniq; cum discepta-
rent iudei contra apostolum petrum causa cornelii
reddita sibi ratione quieuerunt magnificantes deum:
dicentes. Forsitan deus & gentibus poenitentiam tri-
buit: ad consequendam uitam. Isaias dicit. Erit radix
yessē & qui surgit regere gentes: in eum gentes sperabūt.
Vt maiorem fiduciam gentibus faciat: et spem nō du-
biam multis testimoniis firmat decretum dei hoc
fuisse: ut omnes gentes benedicerentur in xp̄o. Ne in

solentiam infidelium iudeorum contristat & dubios red-
deret credentium animos gentium quasi frustra sibi spem
promittant q̄ a deo abrahe accepto feratur fidel iudeorū
Vt ipsalenta & securitate crescerent. Quare tamen xp̄s
ex radice yesse & non ex radice yesse & nō ex radice
booz uiri. aut ex radice obedh. Sed quia dauid filius
dicatur propter regnum ut sicut ex deo natus in rege
est. ita & ex dauid regium ortum haberet iux̄ carnem.
I deo radix yesse arbor dauid. que fructum facit per ra-
mum qui est maria uirgo que genuit christum. Deus
autem spei repleat uos omni gaudio & pace in creden-
do. ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti.
Certus sum autem fratres & ego in spe de uobis quia et
ipsi pleni estis dilectione repleti omni scientia. ita ut
possitis alterutrum monere. Hæ exhortationes sunt. p̄
laudem enim prouocat eos ad meliorem intellectum &
uitam. Qui enim iudicet se laudari data opera elabora-
bat ut uera sint que dicuntur. Ideo non dixit ut inui-
cem se doleant. sed ammonent. Hæ enim sola nō
quod cum sciatur. subterfuit animo. Cetera non sunt
obscura ut indigeant explanatione. Audacius scripsi
uobis fratres ex parte tanquam i memoriam uos reducent.
propter gratiam que data est mihi a deo. ut sum mini-
ster xp̄i iesu in gentibus sanctificans euangelium dei ut i
fiat oblatio gentium accepta significata in spiritu sancto.
Nō enim temere se scripsisse significat. A ueritate enim
sibi datam per dei gratiam dicens. ut omnibus gentibus
audeat scribere. Admonens & confirmans propositum eo-
rum in xp̄o. ut sollicitudinē suam ostendat in ministerio
euangelii quasi magister gentium & sacrificiū eorum
possit acceptum fieri sanctificationis causa in spū sancto.
Quequid enim fide integra & mente sobria offertur. &
spiritu sc̄o purificatur. Habeo igitur gloriam in christo

ad deum : non enim audeo aliquid loqui eorum que
per me non efficit xps. In obedientia gentium uerbo &
factis potestatem signorum & prodigiorum i uirtute
spiritus sancti. Gloriam habere se dicit apud deum
per xpm iesum. Credens enim & seruens xpo iesu : in
conscientia pura. Meritum sibi fecit apud deum prem
in tantum ut nihil de esse dicat : quoniam non p illis
operatus sit xps. Ad exhortationem gentium dando
signa & prodigia per manus eius : ut predicationem
eius uirtus commendaret. Hinc est unde gloriam se
ostendit habere in xpo. Seruens enim xpo gloriam
habet apud deum : in tantum ut indigere non habeat
aliquid diuine uirtutis quod sibi prestitum no sit
a deo. Sed omnia se quia idoneus inuentus est dispe
sator consecutus : que ad conuersionem gentium per
signorum uirtute proficerent profiteretur. Quod eo pro
fici se minus potuisse phibet quantum ceteri apostoli
qui fuerant i domino : nec aliquid minus inter gentes
uirtutum opatum esse deum : ut p hoc ipsum crescant.
Videntes aut se gratiam assecutos quam assecuti erant
iudei qui sibi prerogatiua uindictant patrum. Ita ut
ab hierusalem in circuitum usq; illurcam repleunt eua
gelium dei & filii eius iesu xpi. Sic aut hoc predicam
euangelium : non ubi nominatus est xps : ne supra alie
num fundamentum edificarem. Non sine causa illic
se predicare dicit : ubi non nominatur xps. Scies eni
pseudo aplis aliter q; oportebat xpm tradere. Ad hoc
enim circubant ut sub nomine xpi aliis dogmatibus
populum manciparent : quod postea corrigere maxi
mi erat laboris. Icirco preuenire uoluit : ut inuola
te predicationis uerba traderet audientibus & inte
gras lineas superficies ordinata in columi fundamenti
robur haberet. Et qui magister datus est gentibus o

portebat eum sollicite hec curare ut hic doceret. ubi
xpi non fuerat nuntiatus. Vt & auctoritate suam firma-
ret: & laborum suorum plenum fructum haberet ex his
quos plantauerat. Hinc est: unde omnia loca ecclesie
occupauit. hereses enim postea subtilitate malignates
sub nomine xpi legis & fidei sensum corrumpere nitentur:
qd testimonio legis monuit dicens. Sicut scriptum
est: quia quibus non est annuntiatum de eo uidebitur: et
qui non audierunt intelligent. In isaia habetur. Vt
ergo hic intellectus uerus atque inuolabilis esset dei
dei uero filio se festinasse semper. dicit in buere gentes
euangelica ueritate. Propter quod impeditur plu-
rimum uenire ad uos nunc uero alterius locum non habet
in his regionibus cupiditate habens ueniendi ad uos: &
ex multis iam precedentibus annis. Cum in hispaniam
pacifici cepi: uidebo uos & a uobis permitti illuc: si uobis
primum ex parte fructus fuero. *aliter dicitur in*
1 corinthios VOD in capite epistole memorat: dicens. Quia
sepe inquit proposui uenire ad uos: & prohi-
bitus sum usque adhuc nunc obsoluit ut ostē-
dent qua causa impeditus sit: ut uolens uenire aliud
ageret quod imminet: ut excluderet pseudo ap-
postolorum praua commenta. Et denique postquam omnibus
in circuitu predicauit: iam uacari sibi dicit uenire
Romam quod olim optauerat. Romanos igitur qui
in lege inducti fuerant: interim per epistolam corrigi-
I illos autem qui non audierunt adhuc predicationem
utilius esse presentia sui doceri: ut fundati recta fide:
difficile aliud aliquid reciperet. Verumtamen tantum se
se promisit tempore quo ad hispanias erat iturus: quia
illuc christus non erat predicatus. Vt occuparet mentes
illorum: & quia pseudo apostolus difficile fuit iter ad illos.
ideo tardius si uis non erat molestum. Nunc uero pro-

in hierusalem ministrare sanctis: probauerunt enim ma-
cedonia & achata conlationē aliquam facere ī pauper
sanctorum qui sunt hierusalem. Prius tantū irrum
se dicit ministrare sanctis hierusalem: p̄ quam rem Ro-
manos scire uult quia huiusmodi operibus studendū
est. Qui enim per misericordiam uiuūt & iustificati
sunt apud deum: huic in seruire debent. Debitores
enim eorum sunt. Quoniam si spiritualium eorum p̄-
ticipes facte sunt gentes: debent & in carnalibus mi-
nistrare eis. Quippe cum debitores eos dicant iudeore
credentium ut sicut in spiritualibus participes eorum facti
sunt: ita & hi comunicet corporalibus necessitatibus
illorum. Ut gaudentes ex iudeis credentes collaudet
providentiam Dei in salutem ipsorum p̄ ministerium
eorum. Hi enim totos se diuinis dedentes obsequiis
nihil mundanum curantes: exemplum bonum cōuer-
sationis prebeant credentibus. In tantum deniq; nos
humanos & misericordes uult esse ap̄ts: ut & debi-
tores nos dicat circa helymosinam largiendam & bo-
nis operibus exercendam cum alacritate cordis. Quia
qui misericordiam a deo sperat debet esse misericōs
ut probet se recte hanc sperare. Quia si homo mise-
retur quanto magis deus. Retributio enim hec ē
ut merces: ut qui accipiūt misericordiam m̄iam fa-
ciant. Unde dominus. Beati inquit misericordes: &
ipsis enim miserebitur deus. Hoc enim cum consuma-
uero & adsigna uero fructum hunc proficiat per uos
in hispaniam. Scio enim quoniam ueniens ad uos in
abundantia benedictionis xp̄i ueniam. Certus de di-
spositione & gratia Dei promisit se in abundantiam
benedictionis uenturum quem predicat xp̄i. Bene-
dictio autem hec signorum uirtus est: per quam con-
firmati sunt.

BSECRO Igitur uos fratres p̄ dominum nr̄m
iesum xp̄m & per charitatem spiritus sancti ut
solicitudinem impartiamini mihi in orationib;
pro me ad deum: ut libererab infidelibus qui sunt in iu-
dea: de hinc orat ut adiuuetur in orationibus ut euade-
ret manus iudeorum infidelium: non quia ipse minus
mereatur sed ordinem sequitur ut ab ecclesia fiat orō
pro rectore suo. Magni enim minimi dum congregant̄
unanimel fiunt magni & multorum preces impossibile
est ut non impetrent. Si ḡ & ipsi cupidi sunt uidendi
ap̄tm impensius orant: ut inde liberatum possint suscipere
illum in gaudio charitatis. Ut munerum meorum obla-
tio accepta fiat in hierosolyma sanctis: ut ueniam ad
uos cum gaudio p̄ uoluntatem christi iesu: & refrige-
ret uobiscum. Etiam hoc orandum dicit ut ministra-
tio munerum eius accepta fiat sanctis hierusalem: et
omnia cum uoluntate dei facere ostendat: ut quia de-
uotus est animus eius ad ferenda munera: etiam cum il-
lorum animus dei iudicio respondere sibi uult: ut in-
tellecta charitate illius erga se: cum illo unanimel deo
gratias agant. Magnus enim profectus est eius: cuius
ministerio leti effecti deum laudibus profecuntur. De
aut̄ pacis sit cum omnibus uobis: amen. Deus pacis xp̄s
est: qui ait. Pacem meam do uobis: pacem meam relin-
quo uobis: quem optat esse cum his. Sciens dixisse do-
minum. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq;
ad consumationem seculi. Tales ḡ istos cupit esse ut
sit cum illis: Dominus iesus xp̄s. Quia amputata omni
discordia erroris humani: dedit ac ostendit quid sit
uerum ut in ipsa ueritate maneat pacifici. Commen-
do aut̄ uobis p̄beterem sorore nostram: que est mini-
stra ecclesie apud cenchris: ut eam suscipiatis in domo
digne sanctis & adistatis illi in quibuscunq; desidera

uerit uiri: & enim ipsa quoque adfuit multis et mihi.
P hœbem uenientem comendat sorore comunem: idem
de lege: Quam ut merito commendat: ait. hæc mi-
nistrum esse ecclesie cenebris: & quia multis adiu-
torio fuit digne ipsam dicit adiuuandam peregrini-
nationis causa. Ut autem sine intermissione excipien-
dam illam & assistendum illi in necessitate si proue-
nisset suaderet: & si illa fuisse testatur. Ut quanto
sublimior persona eius ceteris sit: tanto magis reddi huic
debitum obsequium per charitatem ostenderet. Saluta-
te aquilam & priscam adiutores meos in christo Iesu: qui
pro anima mea suas ceruices subposuerunt: quibus non
solum ego gratias ago: sed & cuncte ecclesie gentium
& domestica eorum ecclesia. Hi ex iudeis fuerunt:
qui credentes facti socii laboris apostoli. Quia recte credi-
derant: ut etiam ipsi exhortantur ceteros ad fidem rectam.
Denique apollo quamuis fuerit exercitatus in scripturis: ab
his tamen uia domini diligentius instructus est. Ideo so-
cios laboris sui dicit eos: sed in christo Iesu. Cooperari enim
eius fuerunt: in euangelio dei. Aquila uir priscille est
quos non ociose romanam uenisse manifestum est propo-
sitionis enim erant in dei deuotione. Nam ad confirmatio-
nem romanorum: hi omnes quos salutat his affuisse
intelliguntur. Unde dicit non solum se sed & omnes gen-
tium ecclesias gratias his referre tangens & romanos
ut his obediant quos ad profectum gentium audiunt la-
borare ad exhortandam fidem in christo. Quos intantum lau-
dat ut pericula pro eo pati non abnueret. Inimicitias enim
& iudeorum & falsorum fratrum subire non aspernati sunt.
dummodo apostolum obsequiis & charitate iuuarent. Falsi
fratres hi erant qui credentes in christum: legem tantum ser-
uandam dicebant. Non sufficere ad plenum salutis ef-
fectum christum putantes: quod apostolus destruebat: que

& persecutionis ab his perpatiebatur. Horum etiam domesticos & uinaculos salutat: quos ecclesiam appellat: quia sanctorum uirorum erant discipuli circa fidem. Salutate ephentum dilectum mihi: qui est primitiuus alie in xpo. Huius ephenti etiam presentem dignitatem non taceo: ut ostendat & dignitatos hos credere: ut inuitet primos Romanorum ad fidem aut certe humiles crescerent. Salutate maria que multum laborauit in uobis. Commoneo hos nomine marie quam intelligimus ad exhortationem illorum impensius laborasse: ut gratias illi agant. Salutate andronicum & iuliam cognatos & concaptiuos meos qui sunt insignes in apostolis qui ante me fuerunt in xpo iesu. Hos cognatos & iuxta carnem & secundum spiritum. Quomodo & angelus dicit ad maria. **E**cce helysabeth cognata tua: & c. Quos etiam apostolis prioribus obsecutos cum testimonio sui declarat: & secum captiuitate passos fidei causa inuestigatos plenius honorandos. Salutate ampliandum dilectum mihi in xpo. Hunc quasi amicum salutat: sed in Domino amicum. Non tantum qui interfuerit labori eius aut captiuitati. Salutate urbanum adiutorem meum in xpo. Non solum istum suum adiutorem dicit: sed & ceterorum fuisse socium in exhortatione credulitatis. Salutate stachum quoque dilectum meum. Hunc stachum quis dilectum uocet: tamen subicit illum urbano participi operis euangelici. Salutate appellen probatum in xpo. Hunc appellen non quasi amicum suum aut participem operis salutat: sed propter quod temptationibus probatus est & in xpo fidelis inuentus. Salutate eos qui sunt ex aristoboli domo. Aristobolus iste congregator intelligitur fuisse fratrum in xpo. Cuius factum si probat ut eos quos congregabat dignos salu-

tatione sua designat. Salutate erodionem cognatum
meum. Hunc quem cognatum meum tantum uocat o
stendit deuotum in carne renascibilitatis non tantum
uigilantiam illius designauit. Salutate eos qui sunt
ex narcisci domo. qui sunt in domino. Narcissus hic
illo tempore presbyter dicitur fuisse sicut legitur in
aliis codicibus. & quia presens non erat uideris qua
causa eos in domino salute ut sanctos qui ex eius erant
domo. Hic ergo narcissus presbyter peregrini officio fu
gebatur exhortationibus firmanis credentes. Et quoniam
non sciebat apostoli merita illorum qui cum illo fuerant
sic dixit. Salutate eos qui sunt ex narcisci in domino.
Hec est quid scitius esse dignos. ex his salutatione mea
qui in domino posuerunt spem suam. illos salutate no
mine meo. Salutate triphenam & triphonam. que la
borant in domino. Has uno ore dignos declarat in christo.
Salutate perfidam karissimam. que multum labora
uit in domino. Ista ante posita uidetur supradictis.
quia multum laborauit in domino. Labor hic in exhorta
tione est. & in ministerio sanctorum. & in pressura
& in egestate propter christum. quia domos suas relin
quebant fugati. & opprobrio erant infidelis. Saluta
te rufum electum in domino. & matrem eius & meam.
Ideo istum rufum preposuit matri propter electionem
administrationis gratie dei. in quo mulier locum non
habet. Electus enim erat. i. promotus a domino ad
res eius agendas. matrem tamen tam sanctam habuit. ut
apostoli suam quoque matrem hanc uocaret. Salutate as
sineletum flegontam. herman. patrobam. herme. &
qui cum eis sunt fratres. Hos simul salutat quia sciebat
eos esse concordem in christo. hec est iunctos in amicitia
christiana. Salutat simul & fratres qui erant cum eis. quorum
nomina pretermisit. Salutate philologum. & iuliam

& nereum & sororem eius olimpiadem & omnes qui
cum eis sunt sanctos. Hi omnes unanimes intelligunt
fuisse quos hac causa simul saluat: quorum ex his
qui simul cum eis erant dinoscitur. Sanctos enim nu-
cupat eos ut merito illos salutare uideat. Salute inui-
cem in osculo sancto. i. in pace christi. Non in de-
siderio carnis: sed in spiritu sancto: ut religiosa sint
oscula non carnalia. Salutent uos omnes ecclesie
christi. Per hoc intelligitur dici ecclesia que non sit
christi. Unde dauid conspurationem iniquorum: eccle-
siam malignantium uocat. Omnium ergo locorum illorum
ecclesia dicit eos salutare: ut crescant in fide. Hoc ergo
ad superiorem sensum retulit ut ostendat christum esse
quo salus est: & hunc esse cuius populus fidelis est.
Et cuius nutu uiuit cuncta creatura. Auctor enim ui-
te hic est sicut dicit petrus ap[osto]lus: non lex in qua quidam
illorum putabant sperari debere. Oro autem uos fratres:
ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula propter
disciplinam quam uos didicistis faciunt: & declinate
ab illis. Hi enim tales christo domino non seruiunt sed
suo uentri: & per illecebras ac blandimenta sermonum
deprauant corda innocentium. Vestra enim obedien-
tia in omni loco diuulgata est. Hoc loco de personis
rupit pseudo apostolorum quos in tota epistola cau-
dos monuit sicut & nunc. Sed sine manifestatione &
traditione illorum compressit. Hi enim cogebant cre-
dentes iudicare: ut beneficium curae dei inanirent
sicut supra memorauimus. Compositis enim genealogie
uerbis tractatus sibi coaptabant ad commendationem
traditionis sue: per quos simplicium corda deciperet.
Vestra enim obedientia inquit in omni loco diuulgata
est. Hoc est quo in principio epistole dicit: quia fi-
des uestra predicatur in uniuerso mundo. Hoc signifi-

iterum

omni q[ui]s
notat
se i[n]
scio

cat q̄ securus sit de obedientia . Erat enim incredulus
quod non se subicerent post cognitam ueritatem regi .
Stulte quasi prudentes . Gaudeo igitur de uob . Et hic sen-
sus de superiori parte epistole est . Gaudeo enim quia
Romani qui regnum dei habere uidentur : subiecerunt
se fidei christiane . Solo uos proficere ut eruditi sitis in
bonum : rudes uero in malum . Eruditus in bono hic est
qui bona opatur . Rudes autem in malum : hi sunt qui
ignorant opera mala . i . usum malicie nesciunt . Deus
autem pacis conterat sathan suppedibus uestris uelociter . i .
breui . Hec de aduentu suo dicit : qui aduentus eius op-
prunet & diabolum : ob hoc quod isti spiritale gratiam
accepturi erant . Cui rei inuidet sathanas : quia uult ho-
mines permanere in errore : ut discrepent cum sint unius
professionis . Gratia domini nostri iesu xpi uobiscum .
Gratiam quam promisit illis in aduentu suo : iam optat es-
se cum illis . Si enim merentur accipere : iam cum illis in
spe . Salutat uos timotheus concors laborum meorum : &
lucius & iasin & soti pater cognati mei . Timotheus con-
sors laborum eius est quasi episcopus : & magna cum sol-
licitudine ecclesiam gubernabat positus in inuidia iu-
deorum usq̄ adeo ut inter initia circumciderentur propter
scandalum iudeorum : ut quia matre iudea erat doctor
esse non possit in circumcisus . Illos uero cognatos non
dicit : partim generis partim fidei causa . Saluto uos
ego tertius : qui hanc epistolam scripsi in domino . Ter-
tius nomine non numero . hic est scriba eple : & con-
cessit suo nomine salutare plebem romanam ad quam
scribit : ut ceteros saluent quos nominat . Ad huc re-
tores ecclesiarum pauci erant in locis . Salutat uos gauis ho-
spes meus : & uniuerse ecclesie . Hic gauis ut arbitror
ad quem scribit iohannes ap̄ls exultans in charitate ei
quam exhibebat fraternitati prebens sumptus illis ne-

cessarios ut cum superius dicat: salutant uos omnes ecclesie xpi: nunc iterat dicens: salutant uos uniuersae ecclesie. Quod puto non ociose iteratum. Nihil enim tantus uir & tam tractabilis superfluum ponebat. Sed quia salutant uos inquit omnes ecclesie xpi .i. omnes sancti. Sicut alio loco dicit. Qui autem sunt christi: carnem suam crucifixerunt. Nunc subiecit etiam hos salutare qui sequentes sunt ut benedictum populum significet ecclesie: quia in omni ecclesia duo sunt populi. **P**otest & duarum prouinciarum nominasse ecclesias: ut primum unius de inde alterius loci dixisset omnes ecclesias: aut certe iudeorum & gentilium. Salutat uos crastus dispensator ciuitatis: & quartus frater. Dispensator ciuitatis est: quasi curator. Qui dictante iusticia gubernabat ciuitatem: maxime in precus moderandis. Hos omnes ideo nominatum enumerat in salutatioe romanorum: ut scirent quales & quanti congaudent bono: cepto illorum. Et autem qui potest uos stabilire secundum euangelium meum: & predicationem christi iesu. **S**ecundum reuelationem ministerii: quod temporibus & aeternis in silentio fuit. **M**anifestum est autem nunc per scripturas propheticas secundum imperium aeterni dei ad obedientiam fidei in omnes gentes. Cogniti soli sapienti deo per iesum xpm: cui gloria in secula seculorum amen. deo patri ex quo sunt omnia dat gloriam: ut ceptum romanorum quia potens est dignetur implere confirmando infide animos eorum ad profectum euangelii & reuelationem ministerii absconditi a seculis. **M**anifestata autem per xpm ut in xpo. Sacramentum est quod latuit sepe in deo temporibus xpi declaratum est. Quia non singularis est deus: quia est apud illum ex aeternis & sermo & paraclitus: in qua ueritate omnem creaturam decreuit saluam fieri per agnitionem. Cuius quidem sacramenta ueritas per prophetas fuerat

designata figuris quibusdam : soli deo cogniti sapienti . e
cuius gratia participes uoluit esse gentes : quod latuit gen
tium . Solus g^o est sapiens : quia ab ipso est omnis
sapientia . sic dicit salomon . Omnis sapientia a dno deo e : & cu
ipso fuit semp . Sapientia ista xps est : qd de illo est & cu
illo erat semp . p quem ipsi gloria in secula seculoru am
I deo nihil sine xpo plenum : quia per ipsum omnia : q cu
agnoscit deo pri laus p ipm qd intelligit p xpm qd per
sapientiam suam : in qua saluos fecit credentes . Gra g^o pri
p filiu : hoc e ab obus gla in spu sco . quia utq i una gla
est . Gratia domini nostri iesu xpi cum omnibus uob :
amen . In conclusione xpi ponit p que facti & iteru re
formata sumus gra eius : ut metibus nris hereat qd bene
ficiorum eius memores sumus semp nos tuebitur sic dicit .
Eccc inqt ego uobiscu sum omnibus diebus usq ad con
sumatione secl -

Explicit tractatus sci ambrosii sup eptam ad R oanos
Amen .

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines, spanning most of the page's width. The characters are too light and blurry to be transcribed accurately.

INCIPIT LIBER SANCTI AMBROSII ARCHIEPISCOPI DE TRINITATE

VLLVS IGITVR QVI SANVM
 SAPIT Omnipotentem deum qui
 trinitas & spiritus est: corpus ali-
 quod uisibile aut palpabile arbi-
 tretur sed simplicem rationabilem
 inuisibilemque naturam intelligat: &
 que nulla omnino compage soli
 data aut aliquid ei extrinsecus
 & aliunde uideatur adiuuetus: quem nulla substan-
 tia nulla creatura nulla unquam dominatio antecedit:
 Fons ergo & principium uirtutum omnium uisibilium
 & inuisibilium creaturarum .i. celestium & terrestrium
 conditrix: sancta & inseparabilis trinitas est: que in
 se externum nihil recipit: ne circumscripta uideatur:
 aut alicuius rei indiga esse inueniatur: cum pura et
 unimoda ac mystica & ut ita dicam unione fecunda
 semp est. Deus ergo omnipotens: qui nec sexum habet
 nec etatem: nec definita corporis membra: sic se uoluit
 excellentissime euidentissime atque magnificentissime
 deprecari. Et trinitas ergo in patre: species in hymagine: uisus
 in munere est. Et hec tria: unus est deus: non tam
 in unius singularitate persone: sed unius trinitatis esse
 tia constant. Unus ergo diligens deum qui de illo est: &
 & unus diligens eum de quo est ipsa dilectio: & unus
 utrorumque .i. spiritus sanctus. Et tamen tria hec ut
 dictum est: unus bonus uerus iustus lumen uita ueri-
 tas spiritus atque charitas est deus. Deus ergo quia eternus
 & auctor est omnium: compositus intelligi non potest:
 nec anteriora deo sine quibus putatur esse compositus.
 Cunctam ergo creaturam que non est quod ipse: non fecit

nisi ipse: Ergo eternus appellari non potest: nisi is qui
& fine careat & initio .i. Deus pater qui coeternum sibi
& omnipotens uerbum & spiritum habet. Quod intellec-
tum perspicue probat substantiam filii ac spiritus sancti
ante omnem creaturam existere & extra omnia tempora
atque principium in deo patre semper permanere: Spiritus
ergo sanctus non est genitus sed genitoris genitique suauitas
sanctitas atque eternitas est. Nam cum pater sit spiritus
& filius sit spiritus: proprietate de spiritu dicitur spiri-
tus sanctus. Quia ergo coeternus & communis ambobus
id ipse uocatur quod ambo sunt. Quanta iam temerita-
te & infelicitate cecentur arriani: qui dicunt erat
tempus quando non erat filius: lector intelligit. Nun-
quid non potuit enim esse tempus quando pater sine uirtute
sine sapientia sine uirtute sine uerbo qui christus est fuerit
absit: cum manifeste ipse pater declararet dicens. Erue-
tauit cor meum uerbum bonum. Quod comprobans bea-
tus iohannes dicit: in principio erat uerbum & uerbum
erat apud deum & deus erat uerbum. Hoc erat in prin-
cipio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine
ipso factum est nihil. Quicquid ergo incorporale est et
inuisibile: diuersitate locorum non potest separari.
Si enim noster sermo aut uirtus aut sapientia a nobis
separari non potest: nisi cum e corpore abscedimus: quo
haec ab immortali & omnipotenti deo qui omnia per uer-
bum suum ex nihilo fecit poterit separari? Nam cuius
erit pater secundum impios hereticos: si ab eo filii na-
turatur separatur? Et cuius filius cuius erit filius: si
non origo sua referatur ad patrem: ut sit & ille qui
genuit & ille qui ex eo genitus est? Pater ergo ori-
go est deitatis & bonitatis. Recte & in filio & in spiri-
tu sancto: intelligitur & sentitur. In illo id est in filio:
uelut uerbo uirtute & sapientia. In hoc autem uelut spiritu

ab ipso procedente: Ita g̃ rectum & catholicum est: u
& unum deum secundum ueritatem substantie sue fitea
mur: & patrem & filium & spiritum sanctum in sua
queq; substantia sentiamus. Absque ullo est ergo sine cre
denda sancte Trinitatis diuinitas: & ad sentiendum etiã
ipsi mēti difficilis. Et hoc solum est quod ex ea compre
hendimus: quia comprehendere non potest. Vna est ergo
in tribus deitas: & tria sunt in quibus deitas. Nulla ergo
in unitate confusio: neque in diuinitate discidium est. Et
ideo pariter abiicienda est: & stulti sabelli comixtio: &
impū arriū separatio. Contraria & enim sibi: sed eque i
impie protulerunt. Sabellius enim dum omnia nominari
putat nihil esse unum quodq; designat: quoniã quide
desinit esse quod est: cum in alterutrum id quod esse
dicitur uniuscuiusque transfundit. Arius autē dum
creaturam patris filium: spiritum uero sanctum filii i
pie asserit esse creaturam. Sed abiectis istis impietatis &
spretis nobis sicut beatus Paulus apostolus ait. Vnus ē de
pater ex quo omnia: & unus dominus Iesus xp̃s p̃ que
omnia: & unus spiritus sanctus in quo omnia. Hæc ipm̃
autem quod dicimus ex quo & per quem & in quo om
nia: non naturam sectamur sed unitatem: & nature et
uoluntatis & operationis confitemur. Vnus g̃ deus in his
tribus: et hæc tria unus est deus. Quod ita esse idem cō
probat apostolus dicens: ex ipso & per ipsum & i ip̃o
sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum. Amen.
Cui rei congruens dauid propheta dicit: benedicat nos de
deus noster: benedicat nos deus & metuant eum omnes
fines terre: Pater g̃ pater est sine initio. Neque enim ali
ud aliquid est unde pater fuit & filius: Filius ē absq;
initio dumtaxat. De patre enim est & creator omnium
tēporum est: & ideo non sumit initium ex tempore
quia uerbum: quia uirtus: quia sapientia est que omne

tempus & fecit & antecedit. Spiritus autem sanctus uere
spiritus est procedens quidem ex patre: sed non ipse ut fi-
lius: quia non generatur sed procedit a patre.
Omne enim quod est: aut ingentum est: aut genitum
aut factum.
Et g: quod neq. natum: neq. factum est.
Et est quod natum est: & factum non est.
Et est quod neque natum: neq. factum est.
Et est quod factum est: & natum non est.
Et est quod factum est & natum est & renatum est.
Et est quod factum est & natum est & renatum non est.
Nunc autem propositorum memores: singulis iam rebus sub-
stantias designemus.
Quod g. neque natum neque factum est pater est: non enim
ab aliquo est.
Quod autem natum est & factum non est: filius est qui a
patre genitus est.
Quod uero neque natum neque factum est: spiritus sanctus
est qui a patre procedit.
Quod etiam factum est & natum non est: celum terra cete-
raque que sunt.
Quod autem factum est & natum est & renatum est: homo
est qui nascitur primo carnalis & in baptismo renascitur
spiritualis.
Quod uero factum est & natum est & renatum non est:
animalia sunt.
Ut g. singula doceamus exemplis: de patre enim ita scip-
tum est. Unus enim deus pater: ex quo omnia. De filio
autem unus dominus iesus xps p quem omnia. Et iterum:
Unus enim deus unus & mediator dei & hominum: homo
christus iesus. De spiritu uero sancto nemo enim nouit
que sunt hominis: & que in ipso sunt: nisi spiritus qui i
ipso est. Et iterum. Spiritus autem scrutatur etiam alta

dei. Quod autem pater & filius & spiritus sanctus initio care-
at exinde monstratur: quia quod pater est esse non cepit: &
si non cepit nec filius cepit. Spiritus autem sanctus qui
a patre procedit nec ipse cepit quia processio eius continua
est & ab eo est qui non cepit. Non enim pater cepit esse:
& quia non cepit nec spiritus cepit esse ea ratione: quia &
in ipso est & eius est. De filio iterum quod non cepit: eu-
gelista testatur dicens. In principio erat uerbum & uerbum
erat apud deum & deus erat uerbum. hoc erat in principio
apud deum. Ergo quia erat non cepit. Et quia apud deum
erat: non cepit. Et quia deus erat: non cepit. Et quia
hoc erat in principio apud deum: non cepit: quia ita deus
ex deo natus est: ut cepisse nesciat. Neque ergo fraudatus est
pater: eo quod ingenuus est aut quia genuit filium: neque
filius de fraudatur eo quod generatus est: aut quia ex ingenito
generatur: neque spiritus sanctus de fraudatus est: quia u-
trorūque id est patris & filii est. Sic tamen eorum est: ut ne-
que in patre neque in filium refundatur: quia deus est. Neque
initium neque ullum finem habens: ut pote qui patri & filio
consubstantialis & coeternus est: qui ubi uult & quos uult
& quantos uult & quantum uult inspirat sua propria uo-
luntate. Replet ergo gratia sui quos uult & quantos uult: non
ipse repletur. Perfectionem prestat non accipit. Sancti-
ficat non autem ipse sanctificatur. Hic ergo sicut pater ac-
filius & uita est & uiuificans: & lux est & illuminans: et
bonus & bonitas & sanctus & sanctitas. Hic est spiritus ad-
optionis: hic est qui dona sua diuidit singulis prout uult.
Hic est spiritus sapientie & intellectus: scientie & pietatis
consilium & uirtutis ac timoris dei. Hic est spiritus sanctus
per quem pater cognoscitur: & filius glorificatur & a qui-
bus solus ipse cognoscitur: & qui solus omnia eorum per-
unitatem nature nouit. Hic est de quo filius dixit. Et Pa-
ter meus dabit bona petentibus se: hoc est: aut ipsum aut

omnes gratias eius. Sicut ergo dominus christus & uerbum et
uirtus & sapientia & iustitia & margarita & lux et
uia & resurrectio & cetera que de eo scripta sunt appel-
lantur. ita & spiritus sanctus sapientie intellectus con-
siliū fortitudinis scientie pietatis ac timoris. ut iam
dictum est nuncupatur. Non tamen quod diuersus
sit iuxta differentias nominum. sed quod unus atque
idem cunctarum uirtutum fons sit atque principium.
qui in domino christo ut pote sue nature consorte semp
inhabitauit. Isti sunt septem oculi qui in zacharia
propheta in uno lapide. i. domino christo dicuntur in-
esse. Proprietas ergo unicuique immobilis sed unus cultus.
una ueneratio. una sanctificatio semper patris & filii
& spiritus sancti est. Neque enim dignum est aut fi-
lium defuisse patri. aut spiritum sanctum defuisse
filio sicut impii heretici mentiuntur. Nos ergo hęc
precauentes seruemus bonum propositum quod a
sanctis patribus suscepimus. Adoremus patrem et fi-
lium & spiritum sanctum. In filio patrem. in spiritu
autem sancto patrem & filium intelligentes diuiden-
tes antequam coniungamus. & iungentes antequam diuida-
mus unitatem in trinitate uenerantes. & trinitatem
in unitatem confitentes. Tota ergo a nobis sancta trini-
tas adoranda est. quia tota regalis est. quia unius
potestatis & unius glorie est. Supra mundum supra
tempora. increata inuisibilis in comprehensibilis in-
uestigabilis. Que quo ordine apud semetipsam sit. &
ipsa sola cognoscit a nobis aut equaliter adoratur. e-
I n qua inuisibili & ineffabili sancta Trinitate nihil
tam proprium tam fixum intelligere debemus. quam
pacem & quietem. Neque enim dissensio ulla in natu-
ra Dei est. quia nec dissolui posse sentienda est. ut po-
te que semper pax & charitas est.

S i enim quatuor substantie .i. calor sanguis flegma et humor hominem faciunt & unus homo est: tu in unitate trinitatem: aut intrinitate unitatem quomodo non intelligis? Deus igitur pater omnipotens omnes uerbum & spiritum habens: supra humanam intelligentiam est & ultra quam cogitari potest. Incomprehensibilis & eternus: quem tunc quantum fas inbecillitatis nostre permittit possumus agnoscere quando Dominum Christum qui eius forma & unicus filius est nouerimus: quia sicut ipse ait. Qui uidit filium uidit & patrem qui misit eum & qui in eo est & qui in eo manet. Et iterum. Hec est uita eterna ut cognoscant te uerum Deum: & quem misisti Iesum Christum. Ergo opus patris nomen patris per filium sortitus est: quia nemo sine filio pater esse dici potest: neque filius sine patre. Vnigenitum igitur Dei filium uerbum & sapientiam ac spiritum eius sanctum substantialiter equalis per omnia patri confiteri honorificum est. Nam quis reuera aut colorem aut habitum aut magnitudinem uerbi & sapientie iuxta quod sapientia est ac spiritus sancti coaptabit: ut gradus illic requirat & ordines faciat: ubi omnia uisibilia & unita ac pacifica semper permanet. Primo igitur omnium credendum est unum esse Deum qui cuncta ex nihilo per uerbum suum fecit: & per spiritum sanctum animauit. Qui cum uniuersa capiat: ipse a nemine capitur. Quod ita esse: uno uersiculo David propheta comprehendit dicens. Verbo Domini celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Iste est spiritus sanctus: qui in principio super fabricam mundi ferebatur super aquas. Iste est in quo moyses et aaron coram pharaone rege egypti: signa fecerunt. Et de quo magi dixerunt. Hic digitus Dei est. Iste est qui in moyse & in omnibus sanctis: patriarchis prophetis

apostolis locutus est. De quo apostolus dicit: & nos
omnes uno spiritu potati sumus. Iste est qui carnem uer-
bi dei in sacro uirginis utero fabricauit. Iste est quem post
baptismum pater super filium misit. Iste est cuius uirtute
Iesus plenus reuersus est a iordane: & regressus in galileam.
Iste est qui a filio aduocatus noster apud patrem: & alius
paracletus appellatur: quem filius ad nos missurum esse
promisit. Si ergo unius nature non esset cum patre et fi-
lio: nunquam alius a filio paracletus diceretur. Icirco
ergo alius paracletus dicitur: ut equalitate nature ac
potestatis agnoscamus. Alius ergo a nobis ad patrem ascende-
ns: alius a domino a patre ueniens paternum erga nos semper
ac piissimum affectum declarat. Qui unquam nos inter-
pationibus istius mundi & miseris nec sine aduocato nec
sine consolatore esse patitur. Iste est qui una patre filium
pro salute generis humani misit: sicut isaia propheta ex
persona filii testatur dicens. Dominus misit me: & spiritus
eius. Iste est in quo Iesus demonia eiciebat. Iste est quem
christus post tertiam diem resurgens a mortuis dedit disci-
pulis suis dicens. Accipite spiritum sanctum: quorum
remiseritis peccata remissa sunt: quorum autem retinueri-
tis retenta sunt. Iste est qui dies pentecostes super apostolos
descendens: diuersas eis impartitus est linguas & gratias
sancti iohel prophete uaticinium complens. Iste est qui
in sanctis martyribus loquens: diabolum & aduersarios
christi uicit. Iste est qui paulum impleuit & in apostolatu
segregauit: qui diuersa dona in singula membra domini
christi usque in finem mundi operatur. Iste est qui non solum
a nobis tristitia & merore & malas turpitudinum cogita-
tiones expellit: uerum etiam dei nobis memoria tribuit:
ut merito cum dauid propheta dicere possimus. Memor
fui dei: & delectatus sum. Et iterum. Memor ero mira-
bilium tuorum. Iste est qui nobis recte credentibus

Iste est qui
tenetis

& bene operantibus adueniens tenebras & angustias
ac pusillanimitatem cordis expellit : & sua luce illud
illuminat. **N**iscē sensui nostro sensum xpi : ut uitam
nostram que in xpo est abscondita cogitemus : & in
eternis superuenturis seculis qui noster status sit consi-
deremus. **S**equentes iesum filium dei qui penetrauit
celos : & in dexteram dei sedens & in omni exultēs loco
nihil siue presentie uacuum dereliquit : si tamen non
eum unius loci contineri pro dispensatione corporis p
nostra salute susceptum putemus aut circumscriptum
secundum diuinitatis & in corporalitatis siue naturam.
Diuersitate locorum diuinitatis non potest separari. Qd
ita esse : ipse saluator comprobauit dicens. Nemo ascen-
dit in celum : nisi qui de celo descendit filius hominis
qui est in celo. **N**on g̃ ad explenda opa sua loco indiget
spiritus : uerbum uirtus sapientia splendor humago
uapor & splendor dei sine macula que omnia sine du-
bio personam filii demonstrant. **N**ullum g̃ extitit tem-
pus : quando pater sine filio aut filius sine patre : aut
spiritus sanctus sine patre ac filio fuerit. **P**roprium g̃
dei est non coepisse : sed semper idem esse quod semp est.
Quod ita esse de metipso comprobatur deus loquens ad moy-
sen. **V**ade & dic filius israhel. **Q**ui est misit me ad uos.
Iste est spiritus sanctus qui neque natus neque factus ē :
sed est infectus sicut pater ac filius. **I**ste est spiritus
sanctus : qui lapsos erigit : & iacentibus occasionem tri-
buit resurgendi. **S**ingula q̃ iuxta uarietatem meritorum
& uoluntatem patris ac filii dispensat. **Q**uorum omnia
non p̃ inuestigationem : sed unitatem nature nouit. **I**pse
est de quo propheta ait. **S**piritus domini multiplex mun-
dus : incoquinatus & sanctus est. **S**icut ergo lumen te-
nebras non recipit : sic & spiritus sanctus per naturā habet
ut omnium sordium incapax sit : **I**ste est qui se transfert

a cogitationibus: que sine Deo sunt. Iste est qui se in
animas sanctas infundit: & amicos dei atque prophetas
constituit. Nisi ergo quis spiritum sanctum habuerit: nec
pater nec filius quorum est & cum quibus unus est deus
ad eum ueniunt: ut apud eum mansionem faciant. Iste
est spiritus sapientie qui ideo multiplex appellatur eo quod
in se multa habeat: & que habet hoc & est & ea omnia
unus est: nec in aliquid eorum que operatur ipse mutat
sicut humago ex anulo qui & in ceram transit & anulum
non relinquit. Quod ita esse comprobans dicens ad
moysen. Auferam igitur de spiritu qui in te est: & dabo
illis septuaginta quasi scilicet ignem de igniculo absque
detrimento eius unde summitur. Ob hanc ergo incommuta-
bilitatem & diuersam operationem dictum est a domino
de sancto Iohanne baptista: quod in spiritu ac uirtute helve
uenerit. Iste est quem deus misit in corda nostra clama-
rem abba pater: & in quo clamamus abba pater: & acce-
pisse nos spiritum in quo clamamus abba pater. Exposuit
ergo quod dixit clamantem: hoc est clamare nos facien-
tem. Iste est spiritus qui gemitibus in enarrabilibus po-
stulat pro nobis: quando quid orare oportet humanam
fragilitas ignorat: quod in se ipso beatus apostolus non
tantum uerbo nos edocuit: uerum etiam suo nobis de-
monstrauit exemplo: tunc quando contra utilitatem
suam ac perfectionem nesciens orabat ut discederet ab eo
stimulus carnis qui eum colaphizabat: quem postea a
spiritu sancto eruditus: iccirco eum dixit datum sibi:
ne magnitudine reuelationum suarum extolleretur:
& aliquod boni dannum pateretur. Sed quia eum dominus
diligebat: qui semper diuinitatis sue potentiam per in-
firma queque consuevit ostendere: non fecit quod ignoran-
ter petebat. Ipse est spiritus sanctus qui in ecclesia ca-
tholica toto orbe terrarum diffusa omni se gratiarum

fonte diffudit. Iste est spiritus domini Iesu qui in fine
mundi anti xpm potentia sua interficiet. Iste e spiritus
sanctus quem nullus hereticorum habet: qui licet om
nes habere se xpi baptisma putent: tamen nisi ueniant
ad ecclesiam xpi. spiritum habere non poterunt christi.
Quod ita esse comprobatur beatus paulus apostolus dicens.
Si quis spiritum xpi non habet: hic non est eius. Et iterum.
Nemo potest dicere dominum Iesum: nisi in spiritu sco.
Quod confirmat beatus iohannes aplos & euangelista
dicit in hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus
qui confitetur Iesum xpm in carne uenisse ex deo est:
& omnis spiritus qui soluit Iesum ex deo non est: et hic
est anti xps quem audistis quoniam uenit: & nuc iam
in mundo est. Et iterum. Quis est qui uicit mundum:
nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei? Hic est q
uenit per aquam & sanguinem Iesus xps: non i aqua
solum: sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui te
stificatur: quoniam Iesus est ueritas: quia tres sunt i
qui testimoniu dant. Spiritus aqua & sanguis: et
tres unum sunt. Iuste g eis qui eum sine spiritu sancto
dominum confitentur: dicturus est in iudicio. Quid
autem uocatis me domine domine: & non fecistis q
dixi? Et mecum non colligentes sparsistis populos
& membra mea pro quibus ego sanguinem effudi meu.
Et ideo oblatio hereticorum qui spiritum sanctum non
habent: non in dei cultum sed in demonum cultum
proficit. Quicquid enim in sinagogis suis heretici a.
in conuenticula sathane loquuntur non est doctrina
domini sed ululatus & prestigia demonum sut. Iste
enim sunt quibus spiritus sanctus p isaiam propbam
dicit. Populum iudeorum parasse mensam: dicene.
Et parabitis mensam fortune: Et ideo tam ipsos q peccato
res qui semetipsos non iudicantes audacter ad sacrosanctu

corpus & sanguinem christi accedunt increpat apostolus
dicens: non potestis mensē domini participes esse & mensē
se demoniorum. Non potestis calicem domini bibere: &
calicem demoniorum. Hoc de oblatione hereticorum o
dicta sufficiant: nunc autem ad ordinem reuertamur. o
Quicquid ḡ de spiritu sancto diximus: hec similiter & a
patre & filio fieri intacta & indiscussa dimisimus. licet
pro certo nouerimus quia sancta & inseparabilis trinitas
nunquam aliquid extra se nouerit operari: et ut ita eē
clareant: que dixi breuiter intinabo. Incarnationem
uerbi trinitas fecit fecit: & tamen non pertinet in carna
tio nisi ad uerbum. Vocem de celo super filium post bap
tismum trinitas fecit: & tamen non pertinet nisi ad patrem.
Aduentum spiritus sancti supra filium in specie colūbe
trinitas fecit: & tamen non pertinet nisi ad spiritum
sanctum. Quā trinam operationem in unitate manentem
comprobat beatus apłs: dicens: diuisiones gratiarum
sunt unus autē spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt
unus autē dominus: & diuisiones operationum sunt unus
autem deus qui operatur omnia in omnibus. Tria ḡ hec
unam credentibus tribuunt gratiam: quia nō alia atq;
alia est substantia sancte & inseparabilis trinitatis. Cū
ḡ singula & pater & filius & spiritus sanctus dicantur
operari: omnia tamen pariter operantur. Sapientia con
didit spiritum animauit: & iusto ordinauit iudicio. Ipse
ergo sua iusticia mundum in uarias formas distribuit:
& gratia sua ordinante tanta illius membra incomprehe
sibiliter dispensat continet & gubernat. Cuius prou
dentie gubernatio tam iusta tam archana tam occulta ē
ut que putatur pœna medicina sit paciēti. Unus ergo
deus in sua trinitate consistens: hec operatur. Quod ipse
comprobat: p̄ isaiam prophetam dicit. Ego dominus et
non est amplius extra me: Hec est preter uerbum et spm

meum uirtutem ac sapientiam meam que in me semper
est: nullus est alter deus atque saluator. De quo idem
propheta dicit: & mitte eis dominus saluatorem q̄ eos
saluos faciat a peccatis eorum. Et iterum ex persona patris
supra scriptus propheta dicit: In memetipso iuravi: quia
egredietur de ore meo uerbum: & ad me uacuum non
reuertetur. Non est re uera uerbum patris ad eū uacuum
reuersum quia obsides salutis nostre: i. ueram animam et
uerum corpus susceptum in dexteram collocauit patris.
Quod ita esse futurum in spiritu propheta intuens dicit: Vere
tu es deus absconditus: i. in carne: deus israhel saluator:
Et iterum absconditus uultus eius & despectus: ut scilicet
humano corpore diuina potentia celaretur. Et iterum: et
homo est & quis cognoscit eum: & iterum deus noster
& non estimabitur ad eum alius qui interris uisus est: et
cum hominibus conuersatus est. Et iterum: homo in
dolore & sciens ferre infirmitates: uerum scilicet cō
pus hominis per hęc uerba & uerā demonstrans ani
mam: qui sciens ferre infirmitates diuinitate superauit
pacificans per sanguinem crucis sue: siue que in celis
sunt: siue que in terra. Claruit enim per hęc uerba in
domino xp̄o non ex parte ueritatem & ex parte men
daciū: sed omnem in eo esse ueritatem: i. Dei & ho
minis. Sed hęc non intelligit humana sapientia: quā
condemnat beatus apostolus dicens: Fides nostra non
sit in sapientia hominum: quorum dominus cogita
tiones nouit quoniam uane sunt: sed in uirtute dei.
Et iterum: Non edocti huāne sapientie uerbis: sed e
docti spiritu sancto. Ergo fides non sit in hominum
sapientia: & heresis non est. In parte ḡ semper filius
& spiritus sanctus est. Quod ita esse ipse filius cōfir
mat dicens: Ego & pater unum sumus. Vnum prop
ter naturam deitatis: sumus propter personarum proprie

tates. Et iterum. Ecce uenit hora ut me solum relin-
quatis: & non sum solus quia pater mecum est. Et itē.
O pater que ego facio: pater in me manens ipse facit &.
I pater est q̄ semper in patre filius qui ad moysen dicit: qui
est misit me ad uos. I pater est cui profecto orbe congau-
debat pater: quia tantam molem terre fundass& super
maria & sup flumina collocass& eam: ut elementum
grauissimum sup tenues aquas eius pender& arbitrio.
I nstabilitate q̄ orbis terrarum quando illius fundamenta
pater firmabat nullus erat cum eo pater eos qui erant
in eo. i. filius & spiritus sanctus. E rubescant ergo impū
heretici qui filium dei aut spiritum sanctum creaturā
dicunt: aut fuisse tempus quando non fuerint. Neque
temporum conditor hab& aliquando principium. Quic-
quid q̄ filius loquitur: uerba sunt patris & uerba sunt
spiritus sancti. Quicquid pater loquitur: uerba sunt filii.
uerba sunt spiritus sancti. Quicquid spiritus sanctus lo-
quitur: uerba sunt patris: uerba sunt filii dei. Ergo unū
qui compl& omnia: & in quo sunt omnia. His uerbis s̄b
mysterio sc̄e trinitatis noticia predicatur. At enim
filius. Spiritus sanctus procedit: tamen propter socia-
tem unitatēq; nature a filio mittitur. Qui filius ab
isaia propheta in regnantis actu uisus est: sed propter
confortium maiestatis unitatēque substantie spiritus
sanctus propheta est locutus in cherubim sane atque
seraphim: ubi ipsa uisio facta describitur: ex parte
ostenditur dominus & ex parte celatur. Duabus
alīs siquidem uelabant faciem eius: & duabus uela-
bant pedes eius: & duabus uolabant. Velant ergo ea
que ante mundum fuerunt: ut ea que post mundum
erunt: que nec oculus uidit nec auris audiuit. Ex
q̄ que in sex diebus facta sunt: nobis in notitiam per
sacram lectionem uenerunt. Nos ergo in patre & filio

non solum unam operationem sed equalitatem confi-
temur. Quia ubi equalitas ibi eadem natura: eadēq;
substantia est. Propterea inquit euangelista cum
iudei persequerentur: quia non solum soluebat sab-
batum: sed etiam filium Dei se dicendo equalem se
faciebat deo. Quod ipse Dominus comprobat dicens.
Ego & pater unum sumus: & ego in patre & pater in
me est. Et iterum. Pater quod dedit mihi maius
omnibus est: & nemo potest rapere de manu mea.
Statimq; infert: & nemo potest rapere de manu patris.
Si ergo de manu filii que pater dedit nemo potest rapere:
& hec eadem in manu patris sunt que non rapiuntur
ab eo liquido comprobatur: omnia patris & filii esse
esse cōmunitio & filii manu teneri que filii sunt. Domi-
nus ergo xps Dei & hominis filius qui semper erat cum
patre & in patre duobus locutus est modis: idem nūc
secundum diuinitatis sue gloriam: nunc secundum no-
stre nature hominem susceptum. Pater ergo in filio et
filius in patre est: in utroque spiritus sanctus est. Et
ideo recta confessio mysterii sancte & inseparabilis
Trinitatis ignoratio nostra est. Cum enim sanctus
apostolus iudicia Dei inscrutabilia esse testetur: iam
ipse cuius inscrutabilia & occulta sunt: quā inscrutabi-
lis & occultus sit sapiens lector intelligit. Quia tamē
sanctus apłs non dixit: difficile inueniunt iudicia
Dei: aut nunquam ne spē penitus inquirentiū amputa-
re uideretur: sed ait. Inscrutabilia sunt iudicia Dei.
Quamuis ergo proficiat quis in scientia & sapientie dedi-
tus archana rimetur: tamen creata natura increati sub-
stantiam nunquam potest comprehendere: Cū enim
aliqua inuenit: rursus alia se offerunt questioni.
Et cum illa repperit alia: innumera queque inuenit:
Tanta itaque inuestiganti semper materia suggeritur

ne sps sc̄i: q & p̄s & filii

ut reliquorum ignoratio inuoluat priorum scientiam.
Vnde & sapientissimus salomon naturam rerum difficulta-
temq; cognoscent: & imponens mensuram sapientie sue i-
ait. Dixi sapiens efficiar: & ipsa longius recessit a me
q̄ erat: & excelsa profunditas quis inueniet eam? Et i-
terum. Plura enim opera domini in abscondito sunt. Et
iterum. Quemadmodum nescis que sit uia spiritus & q̄
ratione compingantur ossa in uentre pregnantis: sic ne-
scis opera dei qui fabricator est omnium. Et iterum.
Altiora te ne quiesieris: & fortiora te ne scrutatus fueris.
Et iterum. Quemadmodum qui mel multum comedit
non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis oppri-
mitur a gloria. Et re uera nil tam uerum: nihil tā ma-
nifestum. Scriptum est enim: delicta quis intelligit?
Si ḡ delicta sua homines non intelligunt: quanto magis
naturam dei & consilia eius minime poterunt inuenire.
Quod comprobans propheta: dicit: Generationem eius
quis enarrabit? In hanc ḡ unum deum patrem omni-
potentem credimus uisibilem & inuisibilem condi-
tor: cuius iudicia atque consilia occulta sunt: iniqua
autem nunq̄. Qui tamen pater sine ullo sibi patre pater
est: & ideo filius de hoc genitus: cuius generatione
humani sermo edicere nō ual&. Inferior ab eo esse n̄
potest: quia ut dictum est: uerbum uirtus sapientia
eius est. Deum ḡ dominum fatemur: Deum filium dei
patris altissimi: unci unicum, & cum patre ac spiritu
sancto: unum deum esse confitemur. Cuius lic& equa-
litatem humanus sermo explicare nequeat: in carnatio-
nis tamen eius sacrosancta ac ueneranda mysteria a sac̄to
gabriele archangelo sanctam uirginem uirginē mariam
alloquentē cognouimus uerbo facta: sola conscia aure ma-
ritata est. Ait enim. Spiritus sanctus superueniet tibi
& uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; quod nascet

sanctum uocabitur filius dei. Non igitur haec generatio,
qua de uirgine pro salute nostra natus est: posteriorem
eum facit patri: siue tempore siue potestate: quia non
est temporalis genitor: ut filio preiudicetur ex tempore.
quia aeternus pater filium genuit coeternum: nec extra
seculum natum aut factum: ut heretici mentiuntur: sed ex
propria substantia patris generatum uera fides habet. Ex
deo igitur uero in quo aeternitas & omnipotentia infecte et
sanctae trinitatis consistit: uerum filium confiteri bono
rificum est. Et ideo sicut in patre nos conuenit credere:
ita & in filio quia hoc omnino est ille qui genitus est quod
est ille qui genuit. Credimus & in spiritum sanctum: cui
maiestatem potentiam & equalitatem quam cum patre
& filio possidet: ipso donante iam superius extendimus p
cedentem ex patre & communem cum patre & filio deitate
operationem ac substantiam possidentem. Et distinguen
tes personas in proprietatibus suis: deitatem tamen sanctae
trinitatis inseparabilem confitemur: quia quod nominibus
& personis dirimimus: hoc potestate & deitate & unita
te unguimus. Ergo uocabulum sanctae trinitatis grande
mysterium & arcanum est: & ideo quando de spirituali
bus nobis sermo est: nihil est de carnalibus omnino
ante oculos cordis preponendum. Sanctae ergo & in
separabili trinitati lux inuisibilis: uirtus inseparabilis
substantia incomprehensibilis: uita interminabilis est
cui pax sempiterna omnis assistit: quae nulla creatura pe
netrat nulla conturbat. Siquis igitur extra potestatis maie
statem aut filium uocat aut spiritum sanctum: uidetur
ipse sibi de semetipso petere: id est de simili non de superiori
natura. Omne enim quod creatum est quantum ad hoc
pertinet ex eo quod non erat factum est & simile sibi est.
Ergo domino christo deus pater propria generatio est: nob
autem adoptione uoluntaria. Illi pater est per naturam

nobilis per gratiam. Illi deus est unitate mysterii: nobis
autem potestate. Qui ergo aliud quam hoc tenet & non ita
credit: anathema sit. Spiritus autem sanctus ipse est:
Spiritus ergo sanctus ipse est: sicut iam dictum est: qui et
pater & filius est. Ipse est qui sicut pater ac filius replet
orbem terre. Ipse est qui a filio: & sanctus & bonus
pronuntiatus est. Ipse est qui a dauid propheta sicut
Dominus christus: bonus & rectus pronuntiatur. Ait enim:
rectum est uerbum domini. Hoc de filio. Eructauit
cor meum uerbum bonum. De spiritu autem sancto.
Spiritum rectum inuolauit in uisceribus meis: & spiritus
tuus bonus deducet me in uiam rectam. Ipse est qui
futura tanquam presentia uidet. Ipse est qui nobis do-
mini christi natiuitatem mirabilia, persecutionem, pas-
sionem, crucem, mortem, sepulturam, resurrectionem,
in caelis ascensionem, & ad iudicium uenturum: ante
plurimos praenuntiavit annos. Sicut ergo pater sine prin-
cipio: ita & spiritum sanctum & filium habet sine
principio coeternum genitum ex se non propter se. Et
ideo sicut pater omnem antiquitatem temporum ante-
cedit: eternitate consumit: ita & filium genuit tam
sibi in uirtute quam in hac qua diximus equalitate con-
sortem. Sed haec uirtus: haec sapientia: hoc uerbum
quod filius est ut uerbis utar apostoli. cum in for-
ma dei esset non rapinam arbitratus est ut esset aequi-
lis deo: sed semetipsum exinanuit formam serui acci-
piens in similitudine hominum factus: & habitu in-
uentus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obe-
diens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter
quod & deus exaltauit eum: & dedit illi nomen
quod est super omne nomen: ut in nomine iesu omne
genus flectatur: caelestium, terrestrium, & inferno-
rum. & omnis lingua confiteatur: quia dominus.

Iesus xps in gloria est dei patris. Ob hoc g^o mysterium
filius dei xps uocatur: q^o tamen natiuitatem eius se-
cundum carnem / passionem / mortemq^{ue} significat. Sed
ista mirabilis & singularis natiuitas qua xps genuit^{us}
est de spiritu sancto et maria uirgine facta est: sicut
fidelis scⁱ symboli testatur. Hic g^o unicus in diuinitate
filius dei etiam in natiuitate carnali per quem homi-
nem nostrum ut saluare^t assumpsit: unicus iⁿ uenitur.
Solutus est enim natus ex uirgine: que nec p^regnatione
de uiro nec corruptionem sensit ex partu. De sancto eni
spiritu & maria uirgine secundum carnem eum natum
fatemur. Sic enim beate marie uirgini futurum ut ia
dictum est gabriel archangelus promiserat dicens. Spi-
ritus sanctus superueniet^{ur} in te: & uirtus altissimi obum-
brabit tibi. Et ideo quod nasceretur sanctum: uocabit^{ur}
filius dei. Qui filius dei pro nostra salute: sub pontio
pilato crucifixus est ac sepultus. Vera g^o cara ex uirgine
suscepta: uera crucifixa uera sepulta: uera est post tertia
diem resuscitata. A diuiscera igitur sacre uirginis & susci-
piendi inde carnem & formandi illic hominem: spiritus
sanctus opifex & sanctificator accessit: ut conuinctio
uerbi & hominis a prima informatione p^rfecte xps media-
tor dei & hominum nasceretur. Sine fraude humanita-
tis: sine corruptione deitatis exoritur obiturus morte:
quia creatus superaturus autem mortis uiricula quasi
creator. Non ergo inter uerbum & assumptum ab eo
hominem aliqua separatio dicenda est: quia ex dua-
bus naturis .i. diuina & humana mysterii ratione co-
positus unum xpm dei filium confitemur. Credere
ergo nobis: hec non discutere licet. Humiliter querere
non superbe inquirere. Verbum g^o & substantia dei
que per omnia in corporea est: inseri in corpore huma-
no non poterat nisi aliqua spiritali natura mediante:

id est anima. Anima igitur in secreta rationabili arte uerbum
dei capiente absque ulla contagione uiri: deus natus ex
uirgine est. Sicut ergo participatione sui filius dei pre-
bens omnibus exemplum iuxta id quod dei uerbum est
atque sapientia: non minuetur comunione participium.
ita sancta Iesu anima que propter nostra peccata tristis
fuit & conturbata est: nihil ex inde contraxit. Hec est
quam dilexit deus pro participibus suis. Hec est uita no-
stra: de qua ap[osto]lus ait. Et uita nostra abscondita est cum
xpo: in deo. Hec est que dilexit iustitiam: & odiuit
iniquitatem. Hec tristis non pro morte: sed usque ad mor-
tem fuit. Hec in cruce non pro se: sed pro nobis turbata
est. Non uirtus non sapientia non uerbum dei qui eam
pro nostrarum animarum salute assumpsit: & omni uir-
tutum ac sanctitatis decore adornans in consortium deita-
tis perduxit. De hac igitur que per omnia animarum nostra-
rum similis est saluator ait. Potestatem habeo ponendi
animam meam: & iterum summe[n]di. Et nemo eam tollit
a me: sed ego pono eam: & iterum summo eam.
Hec est beata anima que in cruce ad diuinitatem clama-
uit: dicens. Deus deus meus respice me quare me dereli-
quisti: clamauit ergo homo diuinitatis separatione
mortalis. Nam cum diuinitas morti libera sit: utiq[ue]
mors esse non poterat nisi uita discederet: quia uita di-
uinitas est. Nunquam enim patitur ul[tra] mortem ul[tra] cor-
ruptionem: quia in mortale semper & incorruptum est.
Deus igitur qui uerbum & spiritus est: qui ubi uult inspirat
carnem seu animam susceptam non deseruit inuitus:
sed quia uoluit ubi uoluit: quomodo uoluit et quan-
do uoluit relinquens posuit eam & iterum assumpsit
eam. Non igitur cuiusquam iure ac potestate exiit est
carne: sed ipse se exiit. Nam qui non potuit mori si
nolle: proculdubio quia uoluit mortuus est. Quod

ita esse comprobans apostolus ait: spolians se carne & principatus & potestates exemplauit triumphans illos in semetipso pro morte scilicet hominis suscepti: ut sic idem dicit apostolus: per mortem hominis suscepti destrueret eum qui habebat mortis imperium. i. diabolum & liberaret eos qui pro tota uitam obnoxii erant seruituti. Quod ita futurum multo ante isaias propheta predixerat: dicens: Sicut ouis ad occisionem ducitur: & sicut agnus coram tondente se obmutuit. Et iterum. Oblatus est quia ipse uoluit: ad multorum exhaurienda peccata. Et iterum. Tradidit in mortem animam suam: & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit: & pro transgressoribus ipse rogauit. Non ergo necessitate crucem dominus christus sed uoluntate sustinuit: dicens ad petrum qui timoris fragilitate ad crucis mysterium scandalizabatur: & humano pauore trepidabat. uade retro sathanas scandalum mihi es: quia non sapis que dei sunt: sed que hominum. Calicem enim quem dedit pater: non bibam illum: Alioquin si non propria uoluntate oblatus esset: & crucem sustinere noluisse: qui indicare & predicere poterat proditorem & apostolis dicebat: omnes uos in me in hac nocte scandalum sustinebitis: poterat eos qui ad eum comprehendendum missi erant declinare: quibus intrepidus occurrit & dixit: Quem queritis? Qui statim ceciderunt retrorsum: quia uocem presentis dei ferre non poterant. Non ergo necessitatis fuit ut pateretur sed uoluntatis: non tam sue sed patris cui dicit: ut facere uoluntate tuam deus meus uolui. Per ueram ergo carnem in mortali mediatoris dei & hominum: nos mortales redempti uiuificati saluati atque liberati sumus a laqueis & captiuitate diaboli: super quem nobis potestatem dedit dicens: Ecce dedi uobis potestatem super

serpentes & scorpiones: & sup omnem uirtutē inimici.
O mus ergo humilitatis ac mysterū incarnatio: ob hoc
facta est ut nos potestatem super diabolū accipem?
Qui se facturam per superbiam non cognoscens: intan-
tam dementiam decidit: & equalem se facere uolue-
rit altissimo creatori dicens. Ponam thronum meū
ad aquilonem: & similis ero altissimo. Quod ita
esse: comprobatur beatus ap̄t̄s dicens. Nam q̄ impos-
sibile erat legi in quo infirmabatur p̄ carnem Deus
filium suum mittens in similitudinem carnis peccati:
& de peccato .i. primi hominis damnauit peccatum i
carne: ut sicut in adam omnes moriuntur ita & in
xp̄o qui nobis per passionem crucis de latere suo lau-
crum & potum mysteria dedicauit: omnes uiuifica-
rentur. Ob hoc ḡ nos conuenit diligentius intueri:
qui offerat cui offerat: quid offerat: & pro quibus offe-
rat: is qui nobis uia ueritas & porta effectus est. De
qua porta spiritus sanctus ait. Hec porta Domini:
iusti intrabunt per eam. Et iter. Non confunde-
tur: dum loquetur inimicis suis in porta. Sed ad
istam portam nō uenient nisi hi qui meruerint per
dei gratiam & adiutorium de portis mortis exalta-
ri: hoc est peccatis. Eius ḡ supplicia cui credo: cō-
stanti professione cōmemoro. Nec me eorum pude-
que redemptor mundi & pro mea salute suscepit:
& pro sua uirtute superauit. Rideat licet indee atq;
gentilis: q̄ in eo spem meam locum quem crucifixum
mortuūq; profitear: ego tamen in his uulneribus glo-
rior per que hoc redemptori meo me placere q̄ tu
ignoras intelligo. Verbum enim crucis ut ait ap̄t̄s
pereuntibus stulticia est: salus autem futuris uirtus
dei est. Ecce pilati iudicis facio mentionem: a quo
iudicatus est qui est iudex mundi futurus. Quid aut

dignitatem fidei mee mordeant pene ille beati cor-
poris qualis celer resurrectio consecuta destruxit: Ne-
que enim hic finis fidei mee confessionisque est: sed
quid sequatur accipito. Tertia die resurrexit a mor-
tuis: ascendit in celos sedet ad dexteram patris inde
venturus est iudicare uiuos & mortuos. i. & iustos et
peccatores & gentiles & iudeos seu animas & corpora.
Videtur ne tibi iam stabilis esse atque felice nostra cri-
delitas: que ei inuitatur cui ne ipsa mors obuiare ac
resistere potuit. Denique nunquam magis quanta & clemē-
tia & potentia redemptor nostre abundare apparuit:
quod cum mysterium huius aggressus officium est: ut su-
scipiendo scilicet nostram substantiam: & patibuli-
tura suscipere. Nostri ergo prosperis aduersa ei impensa
sunt: & diuina atque humana nostro redemptore natu-
ra quoddam inter se sacrum in iere commercium: ut testi-
monium ab humanitate diuinitas premium a diui-
nitate ferret humanitas: hoc est ut uulneribus cor-
poris deus noster magnitudinem erga nos sui amoris
ostenderet & consortio diuinitatis repensari sibi obe-
dientie gratiam & animus noster & corpus agnosce-
ret. Quia igitur fide quauis deuotione huic domino
tantorum in nos donorum munifico adherere ac ser-
uire debeamus in tuendum est: quia ita nullum lar-
gendum modum habuit: ut tantum fidelibus donare
in premio quantum ipse possidebat in regno. Et ut cre-
deremus nos eius posse fieri coheredes etiam nature no-
stre consortes delegit: non tamen ut substantiam a
diuinitatis arce detruderet: sed ut infirmos & in ex-
trema mortis uilitate ac necessitate degentes: ad glo-
riam resurrectionis attraheret. Quia ergo in se quicquid
nobis pollicebatur ostendit: & non pure carnis substan-
tiam istius resurgendo perdocuit: & ubi post resurrec-

tionem futuram esse habitatio ascensione monstrauit. Hec
est g^o magnum & prorsus magnum pietatis sacramentum
quod in carne manifestum esse: ut rerum prouentus ita ge
tium doctor annuntiauit. Iustificatum autem dicitur i spi
ritu quoniam mediator dei & hominis homo christus iesus:
non solum sperande nobis felicitatis sed etiam capescende
prebuit unitatis exemplum. Quod sane sacramentum &
pietatis per quod nos conditor noster ac redemptor amplex
tatur: sicut testimonio uirtutis splenduit: ita etiam i ascen
sione assumptum in gloria celebratum est obsequium an
gelorum. Et ideo non est despicienda carnis humane natu
ra: que in sancte trinitatis substantiam atq. consortium
per dominum xpm ingredi meruit. Puto sane quod deo
donante de mysterio sancte trinitatis & in carnatione
domini saluatoris satis dictum sit. Verum quoniam i fide
dogmatis nostri carnis nostre ponitur resurrectio eadez
nobis sunt firmiter propter hereticos ac sepius repetenda. &
Verbum enim dei quod dominus xps est: qui est primoge
nitus omnis creature & qui est primogenitus ex motu
ad humanem suam quam prius ipse condiderat uenit. De q
ymagine scriptum est. Et plasmavit deus hominem ad
ymaginem & similitudinem suam: & carnem propter
carnem mediante anima rationabili ex sancta uirgine
maria suscipiens & similia idest animam & carnem p
similia purificans factus est p omnia homo absq. pecc.
Mediante ergo anima deo & carni: hic qui omnes sicut ait
apls diuites facit pauper effectus est: ut illius inopia nos
diuinis atque celestibus diuitis ditaremur per signum il
lud salutis quod deus generi dedit humano dicente isaia
propheta. Ecce dominus: dominus dabit uobis signum.
Ecce uirgo in utero concepit & pariet filium: & uocabitis
nomen eius hemanubel. quod est interpretatum nobiscum
deus: qui antequam sciret uocare patrem aut matrem suam

butyrum & mel manducauit .i. spiritu sancto repletus
est. Cuius doctrina nobis dulcior super mel & fauim e.
Qui spolia samarie a magis accipiens homo : rex & deus
comprobatuſ est. De hoc etiam mirabili signo sanctus
simeon ad uirginem mariam dicit. Ecce hic positus e
in ruinam & in resurrectionem multorum in israhel :
& in signum cui contradicetur. De quo signo & be- paulus
atus apostolus ait. Iudei signa petunt : & greci sapien-
tiam querunt. Pro ymagine sua g^o xps : quam i primo
considerat homine quam uiderat in homine diaboli
arte fugatam : uenit in similitudine carnis peccati : ut
hominem per passionem crucis & mortem ad pristinas
reuocare ymaginem. Que humago p^o incuriam obscu-
rari potest : deleri autem per naturam non potest. De
hac ymagine ait propheta. Quanquam in imagine dei
ambulet homo : tamen uane conturbatur. Nullus er-
go est qui non aliquam ymaginem habeat .i. aut fac-
tatis aut peccati. In ymagine dei ambulamus quando
cogitationes bone que nobis a deo in site sunt i nobis
permanent : & ad opera bona nos perducunt. Memo-
ria g^o dei excludit a corde nostro flagitia atq; peccata.
que diabolus nititur seminare in corde nostro atq; depin-
gere. Unde dicitur a propheta. Domine in ciuitate tua
ymaginem eorum ad nihilum rediges. Nihil g^o prode
legisse ut audisse : nisi ea que aut legeris aut audieris
bona : in memorie thesauro reposueris. Sicut ergo tria
sunt in homine : idest corpus anima & spiritus : sic tria
sunt eminentiora que nos aut ad bona aut ad mala per-
ducunt : hec est aut cogitatio aut locutio aut operatio.
Que tria breuiter spiritus sanctus in primo psalmo com-
prehendit dicens. Beatus uir qui non abuit in consilio i-
piorum : & in uia peccatorum non stetit : & in cathedra
pestilentie non sedit. Isti sunt terni statores diaboli :

qui misere insidiantur anime: ut aut in dicto aut in facto
aut in cogitatu eam incitent ad peccatum. Spiritu ergo
anima & corpore aut bene agimus aut male: aut casti sumus
aut fornicamur. Et ideo sicut auari atque raptores
serui sunt mamone: & sicut gluttones & ebrioli serui
sunt uentris atque libidinis: sic omne peccatum do-
minatur hominibus probante hoc propheta ac dicente.
Erunt quinque ciuitates in terra egypti: loquentes lingua
chanaan. hoc est quinque sensus carnales: qui misere
anime tenebris egypti oppresse loquuntur. Egyptus
enim persequens siue tribulans atque coartans interpre-
tatur. Nisi ergo aquilonem frigidissimum uentum calore
fidei christo nos uiuante qui bona & docet & delectatur
uicerimus: statim nobis calorem concupiscentie atque
libidinis suscitabit. At tenuetur ergo ieiunius caro: & cir-
cumcidatur omni concupiscentie cultro: nec regnet
peccatum in nostro immortali corpore: ut effugere con-
sortia mundi & opprobria diaboli possimus. Ieiunium
ergo afflictio & humiliatio anime est: afflictio autem
& corporis. Hec de humagine dei ad quam factus est
homo dicta sufficiant: nunc autem ad ordinem reuer-
tamur.

Ex matre ergo uirgine natus est inter homines sine homine
patre: quia deum patrem habebat in celis: quem nega-
re non uenerat ut ex alio nasceretur. Propter sententiam
ergo eue uirginis: quam post peccatum excepit: que
cum immortalis esset post transgressionem effecta mor-
talis est ipse per uirginem uenit ut sicut per uirginem
mors dominata est: ita per mariam uirginem uenit
ille qui mortem uiceret. Occasio mortis ingressa per li-
gnum est: mulier de latere uiri dormientis producta
est. Similiter autem & ecclesia de latere christi in cruce
per passionem & soporem mortis formata est. Ex latere

uiri formata est femina : & ideo in latere percutitur
dominus ut pro muliere uir paciatur : ex cuius late-
re formata est que eum suauit. Sed uideamus quia
locus expetit iam quid hereticus respondendum sit : q
anima ad e aut portionem dei esse uolunt : aut ante
eam factam quam eius corpus de terra fingeretur : qd
prorsus alienum a fide catholica & extraneum e. Sep-
tum nanque est : quia plasmavit deus hominem de
lymo terre : & post plasmationem insufflauit in eum
spiritum uite : & factus est homo in animam uiuente.
Quod ita esse : eue mulieris nos edocet exemplum : q
cum de costa ad e in mulierem formata esse : postea
animam a deo accepit. Que creationis forma usque
ad finem mundi in nobis seruat : sicut isaias propheta
testatur dicens : qui format spiritum in eo . Et dauid .
Qui finxit sigillatum corda eorum . Ergo secundum tam
uidens exemplum : nec prior est anima corpore nec
antea condita : nec ex dei substantia : nec in corporeas
atq; in rationabiles creaturas : ut heretici uolunt : mul-
to ante iam tempore nescio ubi fuisse uersata . Quod
unde probent non habent . Quotidie g deus maiesta-
tis in plasmatis iam corporibus animas facit & imittit
sicut legislator moyses de mulieribus pregnantibus
testatur : que formatum aut nec dum formatum in-
fantem habent . Quod ita esse comprobat dominus :
dicens . Pater meus usque modo operatur : & ego ope-
ror . Sicut g impium est animam hominis de substanz-
tia dei ul anima ex anima dici : ita impium est dicere
q ante plasmationem corporis facta sit : cum ipse ada
proclame dicens . hoc nunc os ex ossibus meis : & ca-
ro de carne mea . Aliud g est deus aliud anima hois
quia ab eo non de eo facta est . Deus enim inuisibilis in-
commutabilis incorruptibilis : qui nulla ex parte cor-

ipenetrabilis incognabil

rumpi potest: & cui nulla ex parte nocere potest. Anima autem hominis que deus non est peccati capax est: & in erumna uersatur: & infalsitatem ducitur. Temptatur: cecatur: conturbatur: corrumpitur: captiuatur: & ideo uirtute indiget liberatoris. Hec ergo mutatio anime: hec uarietas ostendit mihi manifeste quod anima hominis nec deus nec de eius substantia sit. Nam si anima hominis substantia dei est: secundum illos qui hoc dicunt: substantia dei contristatur: substantia dei decipitur: substantia dei cecatur: substantia dei corrumpitur: substantia dei captiuatur: substantia dei & modo iudicatur: & in die iudicii carne suscepta cum diabolo eterno igne damnabitur: quod quam impium sit qui sanum sapit intelligit. Clamat ipse dominus apostolos suos confortans ac dicit: nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere: sed eum timeate qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nunquid secundum istos uesano ut iam dictum est: portionem suam aut naturam suam iudicabit deus? Absit. Et ideo in ipsis corporibus quibus nati sumus: & ex quibus anime nostre egresse mortui sumus: in ipsis post resurrectione anime nostre deo uolente introeunt & resurgent. Si bona fecerunt in resurrectionem uite ad gloriam regni celorum percipiendam: si autem mala egerunt in resurrectionem iudicii: & opprobrium & confusionem sempiternam. Quod ita futurum comprobatur beatus ap[osto]lus: dicens. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal xpi: ut recipiat unusquisque propria corporis sui pro ut gessit: siue bonum siue malum. Tunc enim: secundum uaticinium Iseie prophete: nulla erit diuersitas inter nobilem & ignobilem: sacerdotem & laicum: seruum & dominum: ancillam & dominam eius: diuitem & pauperem: feneratorum & eum qui ere premitur alieno: inter cipientem & uendentem. Omnes ergo ex e[qu]o

stabant ante tribunal christi : nec erit personarum ac-
ceptio apud deum . Quod & sanctus Iob isdem prope-
modum uerbis enuntiat : dicens . paruus & magnus ibi
sunt & seruus liber a domino suo . Et saluator i euan-
gelium : cui omne iudicium propter gloriosam passio-
nem hominis cum angelis sanctis in maiestate patris
sui : tunc reddet unicuique secundum opera eius . hec
ergo omnia futura sunt : quia quod futurum est per
prophetas dominus est locutus : qui dicit . Ego uisio-
nes multiplicavi : & in manu prophetarum assimilatus
sum . Ad quod incarnationis secretum : superscriptus p-
pheta miratur ac dicit . O custos quid de nocte : custos
quid de nocte : Secretum meum mihi : secretum meum
mihi . Ve mihi . Cum inquit propheta hec audissem :
quod uidelicet deus maiestatis carnem esset induturus : &
uaticinium meum explendum esse perspicerem : Locutus
sum mihi in trino cordis affectu : quia non possum eue-
nta narrare que cerno . Hec & lingua faucibus meis : uox
dolore ac pauore concluditur quod tanta mysteria ante ocu-
los uersantur meos . Video enim presentia : que futura
sunt . Intellego quod custos samaritanus ille est cuius qui de ieru-
salem descendens in hierico incidit in latrones . Iste est
custos : cui beatus iob dicit . O custos hominum quare
posuisti me contrarium tibi : & factus sum mihi metipso
grauius . Cur non tollis peccatum meum : & quare non au-
fers iniquitatem meam . Iste est custos : qui dicit . Super
custodiam meam ego sum iugiter : tot diebus & noctibus
stans . De quo propheta dicit . Ecce non dormitabit neque
dormiet : qui custodit israel . Propter hec ergo uocabu-
la prophete : & quia persone in eis plurime ac parabole
sepius commutantur . obscuri sunt . Sed nunc iam ad ordi-
nem reuertamur . Solent igitur nobis heretici qui carnis
negant resurrectionem : illud beati apostoli testimonium

opponere quod dicit. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Reticientes callide que sequuntur. Cum ei dixisset: caro & sanguis regnum dei non possidebunt: sequitur ac dicit. nec corruptio in corruptelam possidebit. Hec ergo dicta sunt: non quod disperat natura corporum sanctorum nostrorum: sed quod corruptivum hoc induat in corruptionem. Sicut idem comprobatur apostolus dicens: sic & resurrectio multorum. Seminatur in corruptione: surget in corruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spiritale.

Isti sunt enim quatuor ordines resurrectionis qui in virga illa sacerdotali que in tabernaculo Domini floruit prefigurabantur. Sic ergo accipiendum est. Caro et sanguis regnum dei non possidebunt: quomodo illud quod comminatur deus populo peccatori dicens. Ponam celum quod super vos est aeneum: & terram quam calcatis ferream. Non quod elementorum natura mutetur: sed quod per ael & ferream penarum magnitudo monstratur. Veram ergo resurrectionem futuram in semetipso nobis Dominus Christus manifestavit: qui post tertii diei resurrectionem typus clavorum & lancee vulnus discipulis dubitantibus demonstravit. Non ergo contemnamus carnem nostram male & luxuriose vivendo: in qua dominus Christus & natus & passus est & resurrexit. Non despiciamus lutum carnis nostre que in Domini Christi deitate que ignis est excocta in testam purissimam regnat in celis. Querendum sane est cur apostolus dixerit. Et enim deus noster ignis consumens est: Deus enim noster qui ignis vivus divinus & eternus est: non istas materiales corporales sed conscientias peccatorum consumit: & in sui charitate corda succendit: & ideo angeli qui pleni sunt charitate: et

ipsi ignis appellantur. sed & sancti quique qui illo
accensi sunt igne de quo Dominus ait. Ignem ueni
mittere in terram: & quam uolo ut accendatur. Et
iterum. Sint lumbi uestri precinti: & lucernae ar-
dentes. De quo & apostolus ait. Spiritu feruentes Do-
mino feruentes. Ergo diuinus sermo: ignitus est et
feruens. Quod ipse Dominus comprobat dicens ad hie-
remiam prophetam. Ecce dedi uerba ^{mea} in ore tuo sicut
ignem. Quem ignem intra se ipse propheta exestuā-
tem declarat dicens. Factumq; est in corde meo:
quasi ignis exestuans. Quod ḡ dictum est: deus n̄r
ignis consumens est: ita dictum est: non quo deus
qui spiritus est ignis sit: sed q̄ iustos illuminet: s̄b-
stinentibus uero penam ignis esse uideatur. Hoc r̄
de eo quod dictum est: deus noster ignis consumens ē.
Nunc ad ordinem reuertamur. Quomodo ergo resurrec-
tio carnis negatur: cum multo ante tempore per pro-
phetam ex persona sua dominus Iesus x̄ps dixerit.
Caro mea requiescet in spe. Et in alio loco. Caro eius
non uidebit corruptionem. Et iterum. Sepultura
eius sublata est. Et iterum. Et uidebit omnis caro salu-
tare dei. Et iterum. Veniet omnis caro que adoratu-
ra est in conspectu Domini. i. aut in hierusalem cele-
stem: aut in omni loco ubi corruerit aut sepulta fuit.
secundum illud apostoli. Volo uiros orare: i omni
loco leuantes mundas manus. Si enim sol qui creatura
est: cui precipitur ut oriatur in omni orbe terrarum
uidetur ac radios suos extendit: quanto magis crea-
tor & omnipotens deus in omni credendus est confi-
stere loco? Cui propheta dicit. Quo ibo a facie tua?
Si descendero in infernum ades: & cetera. Si ergo om-
nis caro adoratura est dominum: & e contrario cada-
uera uirorum qui preuaricati sunt in deum aternis

tradentur ardoribus in utranq. partem uere carnis erit
resurrectio: & ideo nec ad dexteram nec ad sinistram
ab hac sancta & catholica fide declinandum est nobis
id est: ut nec iudaicum nec hereticum errorem sequamur.
Quorum aliqui qui carnales sunt solas diligere carnes
alii ingrati beneficiorum dei habere detractant qd
dominus iesus xps & natus habuit & resurgens pos
sedit in eternum. Hec enim uera est resurrectio qua
sic gloriam carni tribuit ut non auferat ueritatem.
Sicut iam dictum est: dicit apostolus. Corruptibile
hoc induet incorruptionem: & mortale hoc induet
in mortalitatem. Et iterum. Nolumus igitur spolia
ri subaudis carne: sed super indui cupientes gloriam
que de celo est. Et iterum. Ut uestiti & non nudi in
ueniamur: ut deuoletur quod mortale est a uita. Ne
mo g. super induitur nisi qui ante uestitus est. Sicut
& dominus noster qui in monte transfiguratus est in
gloriam: tunc quando moysen & helyam ad testimo
nium exhibuit suum. Cuius non solum uestimenta sed
& facies fulgebat ut sol. Sibi autem facies nominatur:
estimo quod & cetera membra conspecta sint. Ad hanc
igitur clarificationem iusti omnes in resurrectionem tras
formabuntur: probante hoc Iohanne euangelista ac di
cente. Qui filii dei sumus & non dum apparuit quid
erimus. Scimus quia cum apparuerit: similes ei erimus.
Et iustus dicit. Ego autem cum iusticia apparebo in con
spectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua. O
Resurgunt g. corpora nostra in eternum: aut ad gloria
aut ad poenam mansuram. Cuius testes sunt helyas et e
noch: qui per tot series annorum ita usq. ad secundam
aduentum domini iesu xpi permanent. Quod ita esse
comprobat beatus iob dicens. Scio qd redemptor meus
uiuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum: et

tursum circumdabor pelle mea : & in carne mea uidebo deum . reposita est haec spes mea in sinu meo . Erubescant ergo heretici qui aerium aut fantasticum corpus aut domini fuisse aut nostrum futurum esse : aut metempsychosim mentiuntur . Satis re uera impium est & iniustum ut iob qui oculis suis uulnera conspexit sua : & putredines ac uermes corporis sui manibus palpauit suis in alia dicatur : aut carnem aut animam resurgere . Quod ergo de beato iob diximus : hoc de petro : hoc de paulo & de omnibus sanctis qui diuersis pro deo tormentis animas posuerunt . Queritur sane a nobis illusorie ab hereticis utram in resurrectione diuersitas sexus sit . i . ut femine cum uiris resurgant : ignorantes ceci sententiam domini dicentis . Regina austeri resurges in iudicio cum uiris generationis huius : & condempnabit eos . Vbi ergo uera caro : ibi diuersitas sexus est . Et ubi diuersitas sexus ibi iohannes : iohannes est : & maria : maria est . Vera ergo carnis resurrectio sine operibus erit : quia sicut ueritas ait : neque nubent neque uxores accipient : sed erunt sicut angeli dei in celo . Similitudo ergo angelica nobis promittitur : non substantia carnis negatur . Quando enim dicitur : neque nubent neque nubentur : de his dicitur qui possunt nubere : & tamen non nubent . Si enim hic in hac uita que temptatio est super terram multi propter regnum celorum semetipsos castrantes non nubent : & non solum uiri sed etiam femine hoc faciunt : quanto magis hoc in illa beata uita non dicam fieri : sed nec cogitari licebit . Catholicum ergo & rectum . Catholicum ergo & rectum est : utrunque sexum in carnis resurrectione sine sexus operibus confitei : cum ut iam dictum est adhuc in hac uita positi nitamur cum dei adiutorio opera carnis que contra spiritum concupiscit non implere : Probante hoc aplo

ac dicente: uos in carne non estis: sed in spiritu. Ne-
gando eos in carne quos in carne esse constabat: non
carnis substantiam sed peccata .i. opera carnis damna-
uit. Et iterum. Ut absorbeat quod mortale est a
uita. Quia licet exterior homo noster corrumpitur:
sed renouatur interior. Quod tamen non solum in regno
celorum & baptisate: sed etiam in presentibus quo-
tidie fieri nouerimus: in quibus carnis interitus ad p-
fectum cedit spiritalem. Cui ergo nec opera carnis erit
nec augmenta membrorum nec capillus crescit: aut
unguis: quia omnes in uirum perfectum qui xps est
resurgemus. Si enim patribus inheremo .xl. annis
non capilli non unguis creuerunt: aut uestimenta at
calciamenta attrita sunt: hoc in regno celorum ubi
aufugit dolor & gemitus & tristitia: quæ quæ im-
pium sit sapiens lector intelligit. Sed contra hanc tã
ueram tam firmam doctrinam & tam clara documeta
& omni uirtute subnixæ solent nobis heretici illud
apostoli opponere quod ait. Non omnis caro: eades
caro. Sed alia caro hominis alia uoluerum & cetera
non intelligentes miseri beatum apostolum corporis
hoc onere: non generis differentia dixisse. Alia est
ergo caro hominis .i. serui dei: alia pecoris .i. ethnici
& peccatoris atque heretici. qui cum in honore esset
sanguine redemptus xpi atque honoratus non intellexit:
sed comparatus est iumentis insipientibus & similis
factus est illis. Alia uoluerum .i. martyrum qui ad
celestia pennis spiritus sancti subuecti conscendant:
Alia piscium .i. qui post salutaris baptismi aquam
assumuntur. Alia gloria solis .i. xpi. Alia gloria
lunæ .i. ecclesie: Et alia gloria stellarum idest
semini abrahe: & eorum qui se per fidem & opera
bona filios eius ostendunt. Stella enim ab stella dif-

fert in claritate .i. apostoli & prophete. Illi qui cupie-
runt uidere & audire xpm. Isti autem quia uiderunt
& audierunt eum : & corpora celestia & corpora ter-
restria . idest xpianorum & iudeorum . Postremo au-
tem & omnium resurrectionem ostenderet : sic con-
clufit sententiam suam dicens : sic & resurrectio morti-
orum . Quod ut ita possit intelligi nostre conditionis
que in hoc seculo fit : ponamus exempla . Infans enim
cum in puerum creuerit : puer uero in iuuenem . iu-
uenis autem in uirum & uir in senem nequaquam
per singulas etates perit : sed semper idem est q̄ fuit .
Pau latim ḡ hęc etas non autem natura perit . In illa au-
tem hierusalem celesti ubi sol ac luna septuplum lu-
cebunt : diuersitates non erunt etatum . ibi nec ifans
nec senes nec paruus erit qui non impleat dies suos .
ut pote filius resurrectionis & inmensuram pueniat
etatis plenitudinis christi : ut nec desint alicui anno-
rum spacia nec supersint . In illo ḡ tempore cū etas
fuerit una cunctorum & sanctus & peccator erunt
simili resurrectione perfecti nec inter se uariabunt tē-
pore sed alius ad premia eterna & in centuplum bona
recipienda : alius ad supplicia pertrahitur . Cum ergo
in genere humano aliter & aliter nascantur homines
in carnis resurrectione una omnibus & similis erit re-
surrectio . Aliter enim adam : aliter eua . Aliter chay
& abel . & omnes homines nati sunt atque nascuntur .
Aliter autem homo xps iesus qui est mediator dei et
hominum natus est . Licet ergo diuersis exordis ho-
mo nascatur : una tamen hominis natura non differt
resurrectione carnis omniumq̄ membrorum . Que oīa
membra una domini sententia domini declarantur .
cum de illo homo loqueretur qui non habuit uestem
nuptialem : nec seruauit illud mandatum omni tpre

munda sint uestimenta tua: quæ manibus pedibus con-
stringi iussit & auferri: ne recuberes in conuiuio ne se-
deret in solio: ne staret ad dexteram Dei sed iuxta in ge-
hennam ignis: ubi est oculorum fletus & stridor dætiuum.
Porro de capillis nostris dubitare satis est impium: quos
dominus dinumeratos esse signauit. Frustra g̃ dinumera-
ti sunt: si aliquando putari sunt. Sed non pereunt: quia
in similitudinem domini xpi cum omnibus membris resur-
recturi sumus. Si enim in istum ignem temporalem qui
omne quod accipit assumit: omnipotens deus potestatem
suam quam in tribus pueris ostendit: qui in camino ignis
ardentes capillos eorum intactos reseruauit: in resurrec-
tione capillos nostros non resuscitabit: Resuscitabit pla-
ne sine aliquo augmento ul detrimento. Nulla ergo in re-
surrectione uarietas aut differentia erit: sicut nunc fragi-
lis in nobis est carnis infirmitas: que sui oneris mole de-
primitur. Que fugatur fedatur cecatur iniuriatur uul-
neratur sanatur moritur corrumpitur: & in terram ac
puluerem reuocatur. Et tamen post hec omnia in die iudi-
cii in simplicis glorie primi ad e atque secundi reforma-
bitur. Vera g̃ in carne resurrectio mortuorum atque di-
uersitas sexus erit: sine opere carnis & sanguinis. Sicut
ait dominus hora: in qua omnes qui in monumentis sunt
audient uocem filii dei & procedent. Audient ergo auri-
bus: procedent pedibus sicut Lazarus: & omnes quos sal-
uator suscitauit. Ipsi g̃ procedent de monumentis qui in
monumentis illati fuerant. Veniet ergo omnis caro non
solum de terra: sed etiam & de mari & de fluminibus ut
uideant salutare dei. Mandauit enim piscibus ac flumi-
nibus maris & bestis terre & uolatilibus celi: & eructu-
abunt ossa & carnes omnium mortuorum: ut resurgant
alii in uitam eternam: alii in opprobrium sempiternum &
confusionem sempiternam. Tunc uidebunt iusti impiorum

pœnas atque cruciatus: quoniam uermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur: & erunt in aspectu omni carni. Quia igitur uerissime hanc spem habemus: sic exhibuimus membra nostra famula in mundicie & iniquitati ad iniquitatem: ita exhibeamus ea famula iusticie in sanctificationem uite: ut resurgentes a mortuis in nouitate uite ambulemus: ut uita domini Iesu manifestetur in carne nostra mortali propter spiritum eius abundantem in nobis. Iustum ergo est & uere iustum ut qui semper mortificationem xpi in corpore nostro circumtulimus: uita quoque eius in corpore nostro manifestetur.

Spoliantes igitur nos sicut dicit apostolus ueterem hominem cum actibus suis: erroris tunicam ac peccati non requiramus: ut nouum qui xps est induamus: imitantes sponfam eius dicentes. Non occe exui me tunicam meam: quomodo induat illa? Laui pedes meos: quomodo inquabo eos? Hanc igitur maiestatis ac potentie artem. i. resurrectionem figulus ille facit qui per hieremiam propham ad populum peccatorem loquitur dicens: Nunquid sicut figulus iste potero uos reformare ac redintegrare domus israhel? qui etiam hanc mirabilem maiestatis sue operam in manu moysi ostendit quam incandorem mutatam deinceps colori pristino restituit. Sed & ipsum resurrectionis uocabulum aperte significat: non aliud ruere & aliud resuscitari. Quod ergo in homine moritur: hoc & uiuificatur. Ita ergo seculum resurrectionem mortuorum: nec cum errat ignorat. Vulneratus denique ille in neris ierico continuo fertur ad stabulum: & delictorum plagæ misericentis gratiam in mortalitate sanantur. Prophetia ergo que pendebat uere in domini Iesu xpi carne completa est: quam spiritus sanctus nos edocere cupiens locutus est. Ait enim. Que est ista que ascendit de albata innitens super fratrualem suam: & delictus af-

fluens. Et iterum. Fratruelis meus candidus & rubi-
cundus. Rubicundus igitur ex incarnatione: candidus
ex diuinitate. Quod ita esse comprobatur beatus iohannes
euangelista cum dicit: quia equus super quem sedebat
dominus rubeus erat: corpus scilicet sanctum quod
ex sancta uirgine assumpsit: cui in celo ascendenti di-
citur. Quis est iste qui uenit de edom: tinctis uestibus
de bostia? Et quare rubrum est uestimentum tuum
& indumenta tua quasi calcantium intorculari. Et
est sensus. Quis est iste qui ascendit de terra: cuius ue-
stimenta sanguine sunt aspersa? Illud autem quod i za-
charia propheta dicitur: quia sequebantur eum equi
uariolorum colorum. i. qui uel martyrio rubri uel stur-
mini in uolatu: uel uariu in uirtutibus uel candidi i uir-
gine monstrantur. Quod autem equus iste rufus albus
denuo a sancto iohanne describitur diuinitatis i mor-
talitas & in corruptio eius ostenditur: & ideo om-
nes qui eum sequuntur candidis non solum utuntur ue-
stibus sed etiam equis sedentibus: in corruptis uidelicet
in mortalibusq; corporibus. Et ideo hunc omnes
sancti ipso adiuuante imitantur: qui uestimenta sua
non coinquinant: ac uirgines gratia ipsius donante
permanent: & ideo in albis uestibus ut dictum est
erunt sequentes agnum qui tulit peccatum mundi. To-
tum ergo hominem sicut dictum est filius dei susce-
pit ex uirgine: totum integrum resuscitauit id est a-
nima & corpus. Adimplens sententiam suam qua ait.
O mne quod dedit mihi pater non perdam ex eo quicquam
sed ego resuscitabo illud in nouissimo die. Quod dic-
tum tam de se q̄ de membris suis dominum iesum xpm
dixisse intelligamus. Qui suo & membrorum suorum
ore: in omnibus sanctis loquitur libris. Clamat ergo
ad deum & cap in corpore & corpus in capite. Hoc est

& ecclesia in xpo: & christus in ecclesia. Quia in nullis
membra a capite: neque caput separatur a membris.
Tunc ergo uidebunt eum aduersarii eius qui eum conu-
xerunt: & clamauerunt tolle tolle crucifigge eum.
Tunc angelorum uaticinium comprobabitur: quod stu-
pentibus apostolis dixerunt. Viri galilei quid statis
aspicientes in celum? Sic uenit & quemadmodum
uidistis eum euntem in celum. Et hoc sane quere-
ndum est: utrum post resurrectionem comessuri simus
ac bibaturi in regno celorum: sicut & dominus post
resurrectionem ut uerum corpus ostenderet & com-
edit & bibit: aut sicut lazarus & ceteri quos suscita-
uit. Comedit ergo dominus: ut ueritatem corporis
ostenderet: & dubitantes apostolos confirmaret:
qui eum spiritum aut fantasma esse putabant. Com-
edit fauum ut prophetiam impletet: que ex psal-
mi eius loquitur dicens. Comedi fauum cum melle meo:
comedite amici & inebriamini uicini. Ob hanc ergo
prophetiam: & uerum corpus manifestandum post
resurrectionem dominus comedit & bibit. Pro-
bante hoc beato petro apostolo: ac dicente. Nobis
autem manifestatus est qui manducauimus & bi-
bimus cum eo: postquam resurrexit a mortuis.
Nobis ergo post resurrectionem cibus uerbi: et uisio
dei & laudes eius & alleluia erunt: & illa que nec
oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis
ascenderunt: que preparauit deus diligentibus se.
Non ergo post resurrectionem manducandum nobis ac
bibendum est: nec in corrupta & immortalia cor-
pora alimonis sustentanda terrenis sunt. Alioquin
ubi cibi sequuntur: & morbi & cetera que in isto
seculo perpetuntur. Sicut ergo ueram carnem carnem
dominus suscepit: & uere passus est & uere resurre-

xix. & uere post resurrectionem manus & latus osten-
dit discipulis: ita & uere manducauit: & uere pedibus
ambulauit: & uere lingua cum omnibus apostolis et
cum cleopha locutus est: & uero cubitu cum eis in ce-
na discubuit: & ueris manibus accepit panem & bene-
dixit ac fregit: & porrigit illis. Quod autem ex ocul-
eorum repente euanuit: diuine uirtutis fuit non um-
bre aut fantasmatis. Alioquin & ante passionem cum
tenuissent & eduxissent eum de nazareth ut precipi-
tarent eum de supercilio montis sup quem ciuitas eorum
posita erat: transiuit per medium eorum .i. lapsus est
de manibus eorum. Aut nunquid carnem non ha-
buit qui flagellum de fune fecit: & omnes inimi-
cos ac persecutores suos de templo eliminauit ubi om-
nis potentia diuinitatis eius claruit. Illud autem qd
post resurrectionem ad discipulos clausis ingressus
est ianuam eiusdem uirtutis fuit: cuius ex oculis euane-
scere. Dicit enim homines seculi istius: qd appolloni^{us}
magus cum ante domitianum imperatorem in consisto-
rio stare & repente non comparuisse. Hec tamen nos
diximus: non qd magum de monte repletum dno
iesu xpo comparemus: sed ut hereticorum insaniam
confutaremus. Quod qd mago licet: si tamen uerum
est domino non licet. Luncheas ut fabule ferunt ui-
debatur transparentem: Dominus clausis hostiis nisi
fantasma fuerit intrare non poterit: Qui certe & an-
te resurrectionem pendulo super mare ambulauit in-
cessu. Et hoc ipsum aplo prebuit petro cum fide su-
per aquas ambulare & infidelitate postea mergi cepit:
nisi eum citius dextera domini continuisset. Aquil-
e & uulture transmarina cadauera sentiunt: salua-
tor apostolos suos nisi ostia aperuit non uidebit. Ad
postremum dicas uelim mihi quid maius sit tantam

terre magnitudinem tribus appendere digitis & sup
aqual incertam librari: an deum transire p̄ clausam cre
aturam: Creatori q̄ maior est tribus: & q̄ minus ca
lumniaris: Petrus apostolus ut iam dictum est sup
aqual ambulat: & graui & solido corpori: mollis
unda nisi paululum dubitasset non cesserat: & tu
deum calumniaris quare clausis ingressus sit ostie.
Paululum ḡ fides Petri dubitauit: & statim naturam
suam corpus agnouit: ut nos sciremus super aqual nō
corpus ambulasse sed fidem. Noli ad iudicium tuū
potentiam Domini magorum prestigis aut equare
aut inferiorem facere: ut uideatur fuisse quod non
fuit: ut putetur comedisse sine dentibus: fregisse
panem sine manibus: ambulasse sine pedibus: Locutu
fuisse sine lingua aut capite: Latul monstrasse sine cor
pore. Et quomodo inquit non cognoscebat eum iū
nere: si ipsum latebat corpus antea habuit: Erras enī
& multum erras: qui non audis euangelistam dicente:
quia oculi ^{eorum} tenebantur ne eum agnoscerent. Et paulo
post. Aperi sunt inquit oculi eorum: & cognouerūt
eum. Nunquid intantum desipies: ut eum alium fuis
se dicas quando cognoscebatur: & alium quando non
cognoscebatur: & certe unus atque idem erat. Cogno
scere ḡ & non cognoscere uidentium oculis fuit: nō
eius qui uidebatur: ut uaticinium sancti hieremie cō
pleretur quo ait. Quare sicut colonus futurus es inter
ram: & sicut uir declinans ad manendam. Deniq; ut
scias errorem qui uersabatur in medio non corporis
Domini sed oculorum fuisse clausorum: aperti sunt oculi
eorum & mox cognouerunt eum. Nam & maria magda
lene quam diu uiuum querebat inter mortuos non cog
noscebat Iesum. At ubi autem cognouit: mox dominū
confitetur. In nauī etiam una omnibus discipulis po

sitis: Iesus stabat in litore. Ceteris autem non cog-
scentibus: Iohannes prior cognouit eum dicens Do-
minus est. Decebat reuera & satis congruum erat
ut uirginitas uirginis prius agnosceret corpus. Idem
g^o erat & non idem ab omnibus uidebatur. Statioq;
subiungens euangelista dicit. Et nemo audebat eum
amplius interrogare tu quis es. quia uescentes ac pa-
riter bibentes cum eo hominem uerum ac Deum ui-
debant. Non tamen quod aliter Deus aliter homo
esset: sed unus atq; idem esset filius Dei & filius hominis.
Cognoscebatur enim ut homo: adorabatur autem ut
Deus. Complens illud quod eis ipse Dominus impreca-
uerat: dicens ad patrem. Hec est autem uita eterna: ut
cognoscant te unum uerum Deum & quem misisti
Iesum xpm. Dignum g^o est & satis dignum: ut ca-
ro hominis celis inferretur cuius habitator Deus esse
dignatus est. Nec potest uideri hominem contra me-
ritum factum esse incolam celi: cuius uaginam non
est dedignatus spiritus qui Deus est. Iustum g^o fuit ut
corpus in quo Deus habitando terram uisitare dignatus
est: per quod nostri particeps factus est: ut ad immor-
talitatem perduceret & in celestibus collocaret. Vbi
g^o Dei habitatio esse debuit: nisi in regno Dei. Vbi autem
regnum Dei: nisi in celis? Vbi nos omnes ipso donante
ac iuuante futuris sumus: quando corruptiuum hoc induerit
in corruptionem & mortale hoc induere immor-
talitatem: ut omnis caro uideat salutare Dei & agno-
scat q^o redemptor atque saluator ille sit qui luctatus
est cum iacob qui uirtus & auxiliator fuit ipsi iacob
qui in passione uoluntaria superatus q^o illa lucta pre-
figurabat. crucifiggentes se benedicent atque pro eis
orant & dicens. Pater ignosce eis: non enim sciunt quid
faciunt. Confirmans & illud quod per dauid ante pre-

dixerat: dum appropinquarent mihi qui edebant car-
nes meas: ego autem orabam. Caro ergo uerbi: non
uerbum editus caro: non deus qui spiritus est comme-
ditur: uos me ait prosequentes flagellastis: uos meam
faciem conspuistis: uos me crucifiggistis: ego tamen
uos ad poenitentiam prouoco. Nolo enim mortem pec-
catoris: sed tantum ut reuertatur a uia sua et uiuat.
Quod ita esse comprobatur beatus apostolus dicens. Et uos
cum essetis aliquando alienati & inimici sensu carnis
uestre in operibus malis reconciliauit nos in corpore car-
nis sue per mortem. Illud autem quod obiciunt di-
xisse apostolum: qui aut in carne sunt deo placere non
possunt: hec dicta sunt non quod carnis natura damnetur
cuius conditor deus est: & in qua plurimi sanctorum
placuerunt deo: regnantque cum christo: sed quod sensus et
opera carnis repudientur. Cum ergo lutum carnis nostre
ut iam dictum est: spiritualibus pennis cum subiectis
angelorum uolauit in celum: ubi uerum & pacificum
sue salutis obsidem habet in eternum. Ad quem rapie-
mur in nubibus obuiam christo in aera. Sicut isaia p-
pheta testatur: dicens. Super humeros tollentur: et
portabuntur ad loca sua. Et iterum. Qui sunt isti qui
ut nubes uolant: & quasi columbe ad fenestras suas:
id est ad mansiones meritorum suorum: de quibus
dominus ait. Multe mansiones sunt apud patrem meum.
Et iterum. Et adducent omnes fratres meos de cunctis
gentibus in hierusalem in equis & mulis & quadrigis
& carrucis & lecticis dicit dominus deus. Quod ne forte
alicui durum uideatur hominem in corpore isto
positum in aera posse uolitare: confirmat hoc idem
apostolus dicens. Fide enoch translatus est: ne ui-
deret mortem. Nam & helyas in corpore isto positus
in quo nunc usque est: curru igneo id est angelorum

subuectione qui sunt flamma ignis: qui faciunt uoluntatem dei quasi usque ad celum raptus. Et abba chuc propheta de iudea in chaldaea ab angelo ductus: & reductus est in momento temporis. Et ipse ap^{to} paulus raptus est usque ad tertium celum & in paradysum: & inde reductus est in mundum. Ut autem manifestius clareat uehicula ista sanctorum spiritus esse: i. angelos dei doceat nos exemplum sancti philippi un^o ex septem: quem spiritus domini de gaza rapientis subito posuit in azotum. E nudearius h^o & membratum q^o dammodo articulatiq^o scrutata: quantum intentione meam dominus adiuuare dignatus est dicta sufficiat. Tamen ne omisisse aliquid uideamur: ipsius domini ac saluatoris nostri probanda sunt uerbis. At enim cum de agro & tritico ac zizania loqueretur. In consumatione enim seculi mitte^t pater meus angelos qui separant zizania i. peccatores a tritico. hoc est iustis. Isti sunt angeli qui lazarus in agone paupertatis simul & infirmitatis probatum in sinu ac requiem substulerunt abrahe. Vere sicut scriptum est: probam te in camino paupertatis. Diuersis g^o modis probantur homines: i. alius p^o inopiam & infirmitatem corporis: alius per diuitias & sanitatem corporis. Que tamen omnia nec summa bona sunt. Summum enim malum mors eterna est: & summum bonum uita eterna est. Ista g^o omnia que uita mortalium habet: media sunt. In utroque enim temptatio est. Plerosque enim quos nec inopia nec infirmitas fregit: fragit sanitas & extinguunt diuitie. Que comprobant sapientissimus salomon dicens ad dominum. Diuitias & paupertatem ne dederis mihi: tribue autem tantum uictui meo necessaria. Scilicet ne aut in illis extolleretur: aut in istis mestus factus peccaret & aut blasphemaret. Q^o autem hec que media diximus aliena sint a nobis: co-

nec summa mala

probat Dominus dicens. Si in alieno fideles non fuistis:
quod uestrum est quis dabit uobis? Aliene ergo a nobis sunt
diuitie: quia extra nostram naturam sunt. Neque no-
biscum nascuntur: aut transeunt. Et ideo hoc scientes
non seruiamus alienis: qui nullum dominum habere
debemus nisi christum. Hospites ergo sumus rerum nostrarum.
Quicquid enim de seculo est: in seculo remanet. Et que-
quid heredum conquirimus nobis perdimus: quia nobis-
cum non aliud: nisi aut bona aut mala opera portamus.
Non ergo male sunt diuitie: sed male utentibus male sunt:
quia bona que deus fecit bona sunt ualde. Et ideo phi-
lophi mundi utique non dicunt summum bonum: nisi
pacem honestatem atque uirtutem. Et summum malum
non ponunt nisi malitiam: inhonestatem: auaritiam
atque turpitudinem. Omnium ergo bonorum repromis-
sio ac retributio uita eterna est. Et omnium malorum
comminatio ac retributio: mors secunda est. Hæc licet
extrinsecus dicta uideantur: tamen necessaria nobis &
utilia sunt. Et ideo nunc nobis ad ordinem reuertendus
est. Cum ergo lutum carnis nostre ut iam dictum est in-
testam fuerit excoctum: ut que prius graui pondere pre-
mebatur in terram: acceptis pennis gratie spiritualis cum
subuectione angelorum uolauit ad celum: ubi uerum
ac pacificum sue salutis obsidem habet in eternum. Quod
tam uerius tam manifestius: tam lucidius inueniri potest.
Tamen ne aliquid omisisse uideamur: accipe plenissimum
atque firmissimum huius spei nostre specimen. Aliter
illum orientis qui fenix nominatur: peculiari de singu-
laritate famosum: & de posteritate monstruosum: qui
semetipsum libenter funetans naturali fine decedens atque
succeedens: iterum fenix iterum ipsa est & non alia.
Cui rei decursum ad spei nostre firmitatem: etiam spi-
ritus sanctus qui deus est in scripturis sanctis posuit dicens

& florebit uelut fenix . hoc est florebit de morte de
funere tuo sicut fenix resurgit de funere suo . Si ergo
caro auis de cineribus suis resurgit : caro hominis de
cineribus suis non resurgit . Et ubi est q̄ dominus
iesus x̄ps : multis passeribus meliores esse pronuntiauit
tum . Vbi est & illud quod nobis per prophetam pro
misit dicens . Renouabitur sicut aque iuuentus tua .
Cuius auis naturam hanc esse tradunt . Cum enim ad
summam uenerit senectutem dicitur tam diu i aera
sublunari : ut usque ad nubes & ignem perueniat .
Quo igne contacta mox se in secretissimum fontem
precipitem dans tertio mergit . Et mox ad pristinae
iuuentutis uires atq̄ speciem reuocatur . Quod nobis
ita futurum beatus apostolus promittit : dicens . Vnius
cuiusque quale sit opus : ignis probabit . Aues enim
